CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXVIII.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII

OPERVM PARS I:

IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTA

COPIIS A GEORGIO SCHEPSS COMPARATIS

SVISQVE VSVS

RECENSVIT

SAMVEL BRANDT

VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCCVI.

ANICII MANLII SEVERINI

BOETHII

IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTA

COPIIS A GEORGIO SCHEPSS COMPARATIS

SVISQVE VSVS

RECENSVIT

SAMVEL BRANDT

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCVI.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

Boethii scripta omnia in Corpore scriptorum ecclesiasticorum Latinorum Academiae Vindobonensis edenda anno 1883 Georgius Schepss, tum professor gymnasii Wirceburgensis, susceperat opus aggressus ingens, sed uiribus suis, quo erat uigore iuuenili ingeniique ardore, non fore nimis arduum confisus. Sed assiduo usu bibliothecarum et singulari quodam librorum manu scriptorum amore uir impigerrimus, in quo eximia erat sagacitas et multiplex scientia, saepe a cursu instituto deductus est, ut in uarias alias regiones deflecteret; e quibus multa ac noua feliciter reportauit, celeberrimum ac praestantissimum omnium Priscillianum, cuius editione principe huic Corpori decus parauit insigne. Totius autem incepti forma ac ui certius dispecta cum uideret codices Boethii ad multitudinem immensam accrescere, ita ut etiam laborem ei scriptori impertiendum immensum fore appareret, anno 1890 opera Boethii ad musicam et mathematicam spectantia et alia nonnulla deposuit copias suas aliis tradens retinuitque Consolationem, opuscula sacra, commentarios Porphyrii et Aristotelis, e quibus Porphyrii commentariorum recensionem primam publici iuris facere constituit. Nullum tamen ne horum quidem librorum ei contigit ut uideret absolutum. Anno enim 1897 acerbo fato factum est, ut uir optimus graui morbo correptus quadraginta quinque annis nondum expletis e uita cederet.*) Iam cum Boethii patrono orbati cura haberetur, duobus commentariis Isagogae Porphyrii ego ut operam darem, a summo collegio quod huic Corpori edendo praeest rogatus non potui aut recusare munus tam honorifice mihi oblatum aut deesse memoriae amici optime de me meriti. Atque fuit haec

*) De amici defuncti uita studiisque egi *Biographisches Jahrbuch für Altertumskunde 1898.*

condicio copiarum e scriniis Schepssii mihi traditarum. Quamquam plurimorum codicum lectiones in apparatus critici formam ab eo erant redactae et certa quaedam fundamenta nouae recensionis iacta, tamen, ut et ipse in schedis quibusdam scripserat et res ipsa ostendebat, supererat pars non mediocris operae. Nondum enim omnium codicum propter antiquitatem respiciendorum notitia erat parata, quare quattuor codices, e quibus tres ad hanc editionem adhibiti sunt, ego contuli, ut praetercam sex codices iam a Schepssio collatos, quoniam non omnia ab eo exscripta plane intellegebam et de nonnullis eorum lectionibus etiam ipse se dubitare adnotauerat, me perlustrasse Heidelbergam missos. Etiam contextum commentariorum, quamquam facile agnoscebatur, quantum amicus in eo elaborasset, quod nondum ad certam formam erat adductus, meo Marte constituere necessarium duxi. In Prolegomenis componendis ea quae ad descriptionem codicum a se collatorum spectantia Schepssius reliquerat et alia quaedam quae in aduersariis eius inueneram, mihi usui erant, quae suis locis religiose nomini eius tributa sunt, cetera ego dedi. Nolo plura dicere: mihi satis erit, si haec editio, quae meum cum uiri illius optimi nomine coniunctum prae se fert, quamuis habeat quae minus perfecta sint, iudicibus aequis tamen communi nostro labore ac studiis multorum annorum non indigna uidebitur.

PROLEGOMENA.

I. De forma atque genere utriusque commentarii a Boethio in Porphyrii Isagogen conscripti.

Porphyrii[1]) philosophi celeberrimi Neoplatonici in Aristotelis Categorias Isagogen, doctrinam quinque uocum, generis speciei differentiae proprii accidentis, continentem, libellum nequaquam ingeniose illum quidem scriptum, sed, id quod euentus certe

[1]) De Porphyrio nihil hoc loco dicemus nisi de Isagoge eius conferenda esse quae scripserunt Ad. Busse in editione: *Porphyrii Isagoge et in Aristotelis Categorias commentarium* (*Commentaria in Aristotelem Graeca*, uol. IV pars I), Berol. 1887, p. V. XXI. XXXIV ss., atque in disputatione *Die neuplatonischen Ausleger der Isagoge des Porphyrius, Programm des Friedrichs-Gymnasiums zu Berlin*, 1892, p. 3, et Ant. Baumstark, *Aristoteles bei den Syrern vom V.—VIII. Jahrhundert*, uol. I, Lips. 1900, p. 131 ss. Nimis acerbe de Isagoge Car. Prantl iudicat, *Geschichte der Logik im Abendlande*, uol. I, Lips. 1855, p. 626 ss., defendit Porphyrium Ed. Zeller, *Die Philosophie der Griechen* [4], uol. III pars II, Lips. 1903, p. 698 ss. De Boethio quoque diuersa sunt iudicia Prantelii p. 679 ss. et Zelleri p. 922 ss. — De scriptura nominis 'Boethius', quam O. Paul, *Boetius und die griechische Harmonik*, Lips. 1872, p. XLVII impugnauerat formam 'Boetius' retentans, post ea quae Herm. Usener, Anecdoton Holderi, Bonnae 1877, p. 43 s. docuit, non opus est dicere quicquam praeter illud, Schepssium, cum Usenerus paucorum in ea re codicum fide uti potuisset, plus uiginti in antiquis codicibus eam inuenisse se testari (*Blätter f. d. bayer. Gymnasialschulw.* uol. XXIV p. 25). — Quaestionem quandam ad Boethium pertinentem ego tractaui in disputatione *Entstehungszeit und zeitliche Folge der Werke von Boethius*, Philologi uol. LXII (1903) p. 141—154. 234—275. — In significandis locis operum Boethii editione Migniana utor (Patrol. Lat. tom. LXIV), nisi ubi aliae editiones indicantur. Ubi ante numeros paginarum huius editionis numeri I uel II positi sunt, commentarius prior uel posterior significatur.

ostendit, ad tirones elementis quibusdam logicae imbuendos exercendosque haud inutilem, quem procedentibus saeculis ingentem uim et in Oriente et in Occidente nactum esse constat ne nunc quidem prorsus obrutam, Anicius Manlius Seuerinus Boethius duobus commentariis explanauit ita, ut unum, qui duorum librorum est, forma colloquii usus accommodaret ad opusculum Porphyrii, quale C. Marius Victorinus, rhetor grammaticusque ille, qui etiam in philosophia et theologia uersatus est, in sermonem Latinum transtulerat, alterum, qui quinque libros explet, suae illius interpretationi Latinae adiungeret.

Atque colloquium, quo prior commentarius continetur, Boethius in Aureliae montibus i. e. fortasse in uilla aliqua[2]) ad uiam Aureliam sita habitum esse ait, quo cum hiberno tempore se contulisset, quoniam propter uiolentiam austri somnus capi non posset, in lectulo recumbens per otium eius temporis locique de obscuris quibusdam quaestionibus doctrinae sermone cum Fabio auditore instituto disputauisset (p. 3, 5—4, 8). Id autem colloquium uel potius ea colloquia duobus libris descripta duabus noctibus continuis tribuuntur (p. 83, 4. 85, 1. 111, 8) usque ad lucem perducta (p. 44, 7. 83, 3. 132, 3), ita ut interdiu requiescendum, ad alterius autem noctis lucubrationem mature surgendum esset (p. 85, 3); in quibus quaedam satis mirifice ficta esse apparet. Personae colloquii sunt Boethius magister et Fabius auditor: qui, cum de condicione

[2]) Rud. Hirzel, *Der Dialog*, Lips. 1895, uol. II p. 363, Boethium exemplum secutum esse Ciceronis monet tempus et locum colloquii ita ut otium esset et uilla, constituentem; quo de genere dialogorum in uillis habitorum I p. 430 s. dixit. Addit nouum Boethii hoc in opere inuentum esse, quod cum alii dialogi die fieri solerent, hic noctu haberetur. Sed Boethius (cf. p. 3, 5 *hiemantis anni tempore*) hac in re mihi uidetur Gellii Noctes Atticas, quem librum posterioribus temporibus non nullo in usu fuisse constat, respexisse, quarum cf. locos praef. § 4 *longinquis per hiemem noctibus* et § 10 *tempore hibernarum uigiliarum*. — Nullam utilitatem praebent quae de duobus his commentariis eorumque forma scripsit Ad. Stahr, *Aristoteles bei den Römern*, Lips. 1834, p. 215 ss.

rebusque eius nihil plane proprii commemoretur, pro commenticio existimandus est. Boethius eum fingit cupidissimum discendi, ita ut haec eius cupiditas uoluntasque prima causa colloquii sit (p. 4, 3. 85, 1. 11. 131, 20), et studiosissimum sui audiendi, cuius uel etiam Porphyrii prudentiam disserendique subtilitatem effuse ac prope stupide ille admiratur (p. 8, 9. 12, 10. 16, 10. 44, 6. 85, 11), atque satis hebeti ingenio — ridicule tamen eum increpat non ita meritum (p. 26, 25) —, uidelicet ut habeat cui 'frequentius inculcare' (p. 72, 15. 108, 13. 114, 15) possit doctrinae suae praecepta; et bonus ille recinit *frequentius inculcatum est* (p. 75, 8). Eae autem tantummodo Fabii partes sunt, ut monitis et interrogationibus intericiendis (p. 4, 10. 5, 11. 7, 5. 8, 9. 12, 11. 15, 5. 13. 24, 2. 31, 12. 44, 7. 75, 8. 85, 11), interdum etiam locis Isagogae suggerendis (p. 16, 10. 32, 3. 63, 17 s. 77, 8. 98, 19. 100, 7) orationi magistri aliquid uarietatis afferat, sed illae interpellationes in libro secundo rariores fiunt, denique post locum p. 100, 7 nulla amplius Fabii nisi in epilogo p. 131, 20 mentio est. Colloquii autem uicissitudinem in Isagoge Porphyrii exponenda ut eligeret, eo Boethium adductum esse probabile est, quod Porphyrius ipse commentarium in Aristotelis Categorias 'per interrogationem et responsionem' scripserat.[3])

Totus commentarius ut duarum noctium esse dicitur, ita (p. 27, 18 *secundo libro*) diuisus est in duos libros, quorum unus prolegomenis quibusdam, *didascalicis* ut ait scriptor, (p. 4, 14—15, 21), prooemio Isagogae (p. 15, 21—32, 2), tractatione generis et speciei expletur, in altero differentia, proprium, accidens, eorum communia et propria describuntur. Porphyrius ipse alia ratione duas partes libelli constituit, qui, ut ex clausula p. 13, 6 Busse (p. 102, 9 et 281, 4 nostrae ed.) intellegitur, priore parte genus, speciem, differentiam, proprium, accidens comprehendit, cetera posteriori parti tribuit.[4])

[3]) Hic commentarius a Bussio post Isagogen Porphyrii p. 53 ss. editus est.

[4]) Ex Graecis Isagogae commentatoribus Ammonius et Elias distribu-

Sed ut ad posteriorem commentarium a Boethio in Isagogen compositum transeamus, diuisum est hoc opus in quinque libros,[5]) id quod cum prooemiis librorum tum uerbis p. 237, 22 *quibus absolutis modum uoluminis terminabo, ut quarti arca libri differentiae reseruetur* et *tertii libri* commemoratione p. 255, 2 ostenditur et loco qui est in libro quarto commentarii Topicorum Ciceronis p. 1114 B (Cicero,

tionem propriam quandam rerum statuentes tres partes libelli ualde impares fecerunt, Dauid tam bipartitam quam tripartitam rationem commemorat ipse priorem probans. Ammonius enim p. 23, 12 Busse (*Comment. in Aristot. Graeca* uol. IV pars III) scribit: ἰστέον δ'ὅτι διῄρηται τὸ σύγγραμμα τοῦτο εἰς τρία, καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ μέρει διδάσκει περ τῶν εἰρημένων πέντε φωνῶν, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ συμπλέκει αὐτὰς κατὰ δύο καὶ διδάσκει τί κοινὸν αὐταῖς καὶ τί ἴδιον .... ἐν δὲ τῷ τρίτῳ διδάσκει τίνα πάντων ἅμα κοινά ἐστι. Altera pars apud Ammonium p. 115, 3—117, 2 perbreuis est unum Porphyrii capitulum Περὶ τῆς κοινωνίας τῶν πέντε φωνῶν p. 13, 9—21 B. (p. 102, 9. 284, 2 nostrae edit.) comprehendens. Itaque Ammonius non, ut Baumstarkius p. 142 ait, duas partes libelli fecit, immo ipsius Porphyrii diuisio est bipartita eamque sequitur commentator ille Syrus Baumstarkii p. 148. Apertissime Elias p. 39, 20. 93, 11. 94, 32 Busse (*Comment. in Aristot. Gr.* uol. XVIII pars I) Isagogen tripartito diuidit, apud Dauidem autem p. 93, 6. 16 Busse (*Comment. in Aristot. Gr.* uol. XVIII pars II; quae editio princeps integri huius commentarii, dum noster hic liber typis conficitur, emissa est) scriptum legimus: ἰστέον ὅτι τὸ παρὸν σύγγραμμα διαιρεῖται εἰς δύο τμήματα κτλ. τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι εἰς τρία τμήματα διαιρεῖ τὴν παροῦσαν πραγματείαν κτλ. Ceterum inter hos commentatores Isagogae, quos modo appellauimus, eam rationem intercedere Bussius demonstrat (in edit. Porph. p. XXXIX s., Eliae p. V ss., Dauidis p. V s., in programmate supra adn. 1 commemorato p. 7. 13 ss.), ut Eliae eiusque sectatoris Dauidis commentarii sint propagines enarrationis, quae tamen interiit, Olympiodori, philosophi Neoplatonici, qui ipse rursus sequatur commentarium Ammonii magistri sui, sed ea quae Olympiodorus tradidit, Dauidem ab Elia accepta licenter insipienterque dilatasse; has autem explanationes non ab illis ipsis conscriptas esse, sed esse scholas a discipulis exceptas auctasque.

[5]) Ex eo quod singuli libri mensura nonnihil uariantur — libri I sunt 16 columnae Mignianae, II : 12, III : 17, IV : 18, V : 25 — Boethium iam codice, non uoluminibus usum esse colligitur. Itaque loco supra p. X allato p. 237, 22 uocabula *liber* et *uolumen* promiscue usurpat. De loco p. 181, 9 *in priore uolumine* cf. infra adn. 7. De alia re cf. adn. 50.

ed. Orelli uol. V pars I p. 339): *eos commentarios quos de genere, specie, differentia, proprio atque accidenti composuimus libris quinque digestos.* Quae diuisio multo et ab ea distat quam Porphyrius fecit et ab illa quam Boethius in priore commentario adhibuit. Duabus autem sine dubio causis factum est, ut Boethius noua explanatione Isagogen enarrare animum induceret. Videbat enim Victorinum parum integre uerba exemplaris Graeci seruasse, praeterea ipse, cum priorem commentarium componeret, interpretationem Victorini ne totam quidem exhibuerat, sed morem commentatorum illius aetatis secutus partes eius uel particulas excerptas proposuerat cetera ipsi commentario suo inmiscens uel suis uerbis reddens. Utrumque autem incommodum tum maxime eum sensisse existimo, cum ad efficiendum propositum quoddam, quod in fine prioris commentarii ostenderat, accederet. Quo loco Fabium haec dicentem facit (p. 131, 26): . . . *te praesertim docente, a quo totam fortasse logicae Aristotelis, si uita suppetet, capiam disciplinam,* ad quae ipse respondet (p. 132, 4): *si quid illud est, diligentiore postea consideratione tractabitur.* His uerbis manifesto iam consilium suum totius Organi Aristotelici exponendi patefacit, quod postea peregit. Sed ubi ad explicandum primum librum Organi perrexit, Categorias dico, fieri non potuit, quin cum hunc totum conuertere in Latinum uellet, ut totum conuertit, parum conuenire ad perfectam propositi rationem intellegeret, si libellum illum, quem non solum ut *ianuam* Categoriarum (p. 15, 4), sed etiam omnium in logica positorum studiorum *praegustatorem et initiatorem* (p. 14, 25, cf. p. 12, 19 ss,), ut *maximum totius logicae adiumentum* (p. 158, 18) uix satis collaudare atque commendare potest, non totum sua opera sedulo elaboratum praemisisset. Haec tamen coniectura colligimus, non Boethii indicio scimus, quippe qui sine ulla aut laude aut uituperatione Victorini, quem semel in fine operis (p. 347, 26) gemina expositione Isagogen a se patefactam esse scribens appellat, hoc sese studuisse dicat (p. 135, 6—12), ut *fidi interpretis* more *uerbum uerbo expressum comparatumque redderet,* qua in re *per integerrimae*

translationis sinceritatem non luculentae orationis lepos, sed incorrupta ueritas exprimenda esset. Neque temere eum promisisse se nouam eamque accuratam plenamque translationem Isagogae daturum esse infra ostendetur.

Sed ut animaduertimus Boethium posteriore in commentario respicere in priorem, ita in priore num forte prospiciens posteriorem componere cogitauerit in disceptationem uocandum est. At in priore commentario nihil eiusmodi reperimus, quod quidem pro aperto eius consilii testimonio accipi possit[6]),

[6]) Verba p. 10, 2—5 *quam quidem artem* (sc. *logicam*) *quidam partem philosophiae, quidam non partem, sed ferramentum et quodammodo supellectilem iudicarunt. qua autem id utrique inpulsi ratione crediderint, alio erit in opere commemorandum,* non possunt cum uerae coniecturae spe in hanc sententiam conuerti. Hoc enim loco Boethius quaestionem a posterioribus Peripateticis studiose agitatam (cf. Prantl p. 536. 561) attingit, utrum logica instrumentum esset philosophiae, quae erat ipsorum sententia, an pars, id quod Stoici contendebant, sed eam non persequitur, quod *alio in opere* esset explicanda. Et explicat eam fusius in posteriore commentario p. 140, 12—143, 7. Quam ob rem Boethium illo loco iam nouum Isagogae commentarium significare conieceram (*Entstehungszeit* p. 150 s.), sed haec opinio, quoniam ille facile aliud aliquod opus cogitare poterat, parum stabilis est atque repugnant etiam quae supra p. XIII in contextu ex Boethio ipso (p. 131, 20. 132, 1) afferuntur. Quod uero eam opinionem adeo euertit, ut ne illud quidem credibile sit, Boethium aliud opus certiore consilio prospectasse, uerba illa tam mirifice congruunt cum loco Ammonii eadem in parte commentarii in Isagogen scripti posito, ut Boethium ea aut ex Ammonio ipso aut ex eodem quo Ammonius usus est auctore — quam quaestionem infra tractabimus — temere transcripsisse manifestum sit. Hic enim in prooemio commentarii Isagogae p. 23, 23 scribit: ἡ δὲ λογικὴ οὐ μέρος τῆς φιλοσοφίας, ἀλλ' ὄργανον, ὡς ἐν ἑτέρῳ δείξομεν, atque de hac controuersia uerbose disputat in Comment. in Aristot. Analyt. prior. libr. I, p. 8, 15—11, 21 Wallies (*Comment. in Aristot. Gr.* uol. IV p. VI); hunc librum si illo loco significauit, sequitur ut hic commentarius post illum scriptus sit. Quem locum etiam asseclae Ammonii Elias et Dauid in commentariis Isagogae arripuerunt simul certa librorum nomina adicientes, quippe cum apud priorem illum scriptum sit p. 26, 36: δειχθήσεται γὰρ σὺν θεῷ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς ὅτι ἡ λογικὴ οὐ μέρος τῆς φιλοσοφίας, ἀλλ' ὄργανον, et iterum p. 39, 31: ἀνάγεται δὲ (sc. ἡ Ἰσαγωγή) ὑπ' οὐδὲν μέρος τῆς φιλοσοφίας, ἀλλ' ὑπὸ τὸ ὄργανον αὐτῆς, φημὶ τὴν λογικήν,

immo si extrema eius uerba (p. 131, 20) spectamus, ipse *omnia quaecumque ad Introductionem Porphyrii pertinent, plenius uberiusque tractata* esse ait, ut opera sua in Isagogen explicandam collata contentus esse uideatur, seque non ad nouam eius expositionem, sed ad *totam fortasse logicae Aristotelis disciplinam* (p. 132, 1) tractandam progressurum esse promittit. Sed in posteriore commentario talis quaedam significatio, quasi explanatori iam priorem conscribenti opus retractare fixum deliberatumque fuerit, p. 154, 2 est: *sed si cui haec pressiora . . . uidebuntur, eum hoc scire conuenit, nos ut in prima editione dictum est, hanc expositionem nostro reseruasse iudicio, ut ad intellegentiam simplicem huius libri editio prima sufficiat, ad interiorem uero speculationem confirmatis paene iam scientia nec in singulis uocabulis rerum haerentibus haec posterior colloquatur.* At eius propositi nec uola nec uestigium in priore commentario apparet. Itaque scriptor aut memoria lapsus est aut postea aliquo utique modo per speciem consilii iam prius praecepti duos commentarios inter se colligare uoluit.[7]) Ergo illi tum, cum primam

ὡς δειχθήσεται σὺν θεῷ ἐν τῇ Ἀποδεικτικῇ (de his locis cf. Bussium p. VIII), apud alterum p. 94, 8: ἡ δὲ λογικὴ εἴτε μέρος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας εἴτε ὄργανον, ἐν ταῖς Κατηγορίαις μαθησόμεθα (de hoc loco cf. Bussium p. VII).

[7]) Eandem speciem Boethium etiam primis posterioris commentarii uerbis efficere uelle p. 135, 5: *secundus hic arreptae expositionis labor nostrae seriem translationis expediet*, causa non est cur quis putet. — Hac oblata occasione etiam locus spectandus est qui est in secundo libro posterioris commentarii p. 181, 9: *descriptio uero est, ut in priore uolumine dictum est, ex proprietatibus informatio quaedam rei et tamquam coloribus quibusdam depictio.* Nam quoniam uis descriptionis et in priore commentario (lib. I. c. 15), licet non adhibeatur ea ipsa uox, explicatur tamen et in libro primo posterioris (p. 153, 10 ss.) tractatur, neutro autem loco illud *tamquam — depictio* extat, dubium est utrum ad locum uerba illa referenda sint. Sed mihi Boethius caput illud prioris commentarii significare uidetur, quae expositio multo magis cum hac (cf. p. 180, 20 ss.) consentit quam alter ille locus atque etiam eidem lemmati Porphyrii subiecta est (cf. p. 39, 4. 179, 18). Etiam quod *priore uolumine*, non *primo* dicit, eodem spectare uidetur (cf. Comment.

operam daret Isagogae explicandae, nondum in mentem uenisse iure nobis dicere licet, ut posteriore studio eandem curam repeteret. Haec huius quaestionis summa ad quam aliam quaestionem quid ualeat, infra in capite III apparebit, nunc alia antiquiora habemus.

Etenim iam de uniuerso genere commentariorum agendum est. In quo primum translationes Latinae Isagogae et Victoriniana et Boethiana examinandae sunt. Usus est Boethius in priore commentario Isagoge Porphyrii, qualem Victorinus[8]) Latine reddiderat ad Menantium aliquem missam: quod nomen substituit Chrysaorio, cui Porphyrius librum suum dedicauerat.[9]) Sed quaerendum est, quemadmodum Victorinus Isagogen Latine reddiderit, utrum uoluerit accurate exprimere an liberius transtulerit et ad suum quoddam institutum conformauerit.[10]) Ipse autem fortasse eo quod Menantii nomen, non Chrysaorii praescripsit, non interpretem, sed auctorem operis se uideri uoluit[11]) atque etiam eo loco libri De definitionibus ante Usenerum (Anecd. Hold. p. 59 ss.) Boethio tributi, quo translationem suam commemorat, talibus uerbis utitur, quibus quin eandem speciem mouere intenderit dubi-

in Aristot. Π. ἑρμην. II p. 421, 12 Meiser *prioris commenti*; p. 186, 5. 422, 1 *prioris editionis*), *uolumine* autem singulari numero usus dicere poterat, etsi opus erat duorum librorum (cf. Landwehr, *Archiv f. lat. Lexikogr.* VI p. 242).

8) Victorinum Boethius appellat I 4, 12 ss. II 347, 26, de aliis locis cf. Indic. nomin. Priore autem horum locorum quod scribit *id quod Victorinus ... Porphyrii per Isagogen, id est per introductionem in Aristotelis Categorias dicitur transtulisse*, praepositio *per*, quae obscurius dicta uidetur, idem est quod *secundum*: cf. Indic. uerbor. s. u.

9) Menantii nil nisi nomen nouimus locis p. 16, 12. 17, 4 seruatum. De Chrysaorio cf. Busse p. V adn. 1; Kroll, *Real-Encyclop. d. cl. Altert.* ed. Wissowa-Pauly III p. 2485. Incredibilia de Menantio et Chrysaorio excogitauit Fr. Osann, *Beitr. z. griech. u. röm. Litteraturgesch.*, II (1839), p. 375 s.

10) Posterior sententia esse Teuffelii uidetur, *Gesch. d. röm. Litt.*⁵ p. 1032, Bussius p. XXXI Boethium 'non tam uersionem Isagoges composuisse, quam in compendii formam eam redegisse' ait.

11) Hoc Usenerus p. 61 monet; cf. etiam Schanzium, *Gesch. d. röm. Litt.* IV pars I (1904) p. 142.

tari non potest.[12]) Sed quaestionem illam soluere non poterimus nisi consideratis quae apud Boethium seruatae sunt reliquiis uestigiisque interpretationis Victorini. Boethius enim, ut iam supra dictum est, non integram interpretationem Victorini exhibuit, ita ut eam in particulas idoneas diuideret, quibus subiungeret expositionem suam, sed saepe initia modo uel breues locos capitum proponit, cetera autem ita expositioni suae implicat, ut nisi quis operam impendit inquirendo, non possit ubi alterius utrius uerba aut incipiant aut desinant dispicere, atque etiam adeo mutata uel uariata uerba illius repetit, ut ipsa uix iam agnoscas: cuius usus explanatorum illius aetatis, ut alia non dicam, uolumina editionis Berolinensis Commentariorum in Aristotelem Graecorum satis multa exempla continent.[13]) Nam ut ex locis Isagogae per totam nostram editionem infra indicatis facile cognoscitur, Boethius totam interpretationem Victorini ita persecutus est, ut alios locos eius, quorum magnus est numerus, ad uerbum transcriberet (p. 16, 12. 32, 5. 37, 21. 39, 4. 44, 11. cet.), alios minus ad uerbum exprimeret saepe in oratione obliqua positos et uerbis *ut ait*, *dicit* uel simili modo inductos (p. 23, 23. 24, 3. 31, 7. 34, 11. 40, 6. 66, 9. cet.), aliorum, qui permulti sunt, sententias tantummodo proferret uerba Victorini aut inmiscens orationi suae aut leuiter attingens (p. 57, 9. 65, 4. 15. 66, 14. 70, 18. 71, 1. 16. 72, 25. cet.; maxime in

[12]) De defin. p. 25, 13 Stangl (*Tulliana et Mario-Victoriniana,* programm. Monac. 1888) = Boeth. p. 896 D: *nos quia iam uno libro et de his quinque rebus plenissime disputauimus* . . . — Librum De definitionibus esse Victorini, nunc etiam subscriptione quadam codicis Abrincensis confirmatur infra p. 132 allata, de qua loco ibidem significato egi.

[13]) Eandem rationem Boethium etiam in priore commentario libri Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας sequi ex iis quae Meiserus in editione p. VIII exponit cognoscitur. Potest addi in posteriore illum rursus si non plane eodem, at simili certe modo atque in Isagogae commentario posteriore factum est, totum illum libellum Latine redditum edidisse. — Hoc more doctores commentatoresque uti poterant, si liber quem enarrabant audientium uel legentium in manibus erat, atque haec uidelicet origo eius moris fuit. Ita Fabius interdum locos Isagogae magistro legit, cf. supra p. IX.

capp. 10 ss. libri II). Omnino quo festinantius ad finem operis properat, eo parcior est in afferendis locis Victorini ad uerbum repetitis. Per totum igitur commentarium Boethius in uestigiis sententiarum Victorini, quarum series apud eum continua et integra est, insistit atque plurimis locis uerba ipsa eius repetit, ita ut causa non sit, cur Isagoge a Victorino in compendium redacta dicatur. Sed sunt quae parum polite ac ne dilucide quidem scripsit, uelut *multitudo capienda* p. 78, 11 (διὰ πλήθους ἰέναι Porph. p. 6, 17), locus p. 77, 9 ss., maxime uero ipsum initium Isagogae p. 16, 12 ss., ut celeberrimum rhetorem tam durum interpretem fuisse satis miremur. Quorundam minus recte dictorum culpa in codice Isagogae a Victorino adhibito posita est, uelut p. 32, 7 (cf. 35, 10 *ad aliquid,* πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους Porph. p. 1, 19), 32, 10 (*loco* omissum), 64, 1 (*hominem* om.), fortasse etiam grauis erroris ab ipso Boethio notati, quod (p. 95, 14 ss.) adiectiuum ἀνάλογον quasi ἄλογον esset uertisset. Occurrunt etiam consulto mutata. Atque quod pro Graeco τὸ Ἡρακλειδῶν γένος Porph. 1, 20 ponit *Dardanidum genus* p. 32, 8 (cf. *a Dardano* 37, 9, τοῦ Ἡρακλέους Porph. 1, 21) ut exemplum Romanis ex Vergilio familiare,[14]) non est improbandum, ferendum etiam quod uersui Euripidis Porph. 4, 1 (cf. II p. 199, 14) uertendo supersedit p. 63, 21; quod autem p. 96, 18 *nos scilicet* scripsit, quo loco Porphyrius p. 11, 24 καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ θεοί habet, nisi deorum nomen iam in codice Isagogae quo uteretur defuisse uolumus, hoc ex loco illum Isagogen tum edidisse

[14]) Etiam quae Boethius in commentario p. 34, 10 nomina Aeneae et Anchisae habet, ex Victorini loco, quem ipsum Latine non affert, sumpsisse uidetur, apud Porphyrium p. 2, 2 s. Orestes et alii (cf. II 147, 6) pro exemplis sunt. Idem p. 73, 10 ss. *(a Romulo — Ioue)* factum esse credibile est, ubi Porphyrius 6, 2 item nomina Graeca habet (cf. II 216, 18), itemque inter se comparandi sunt loci p. 113, 21 *de Hortensio et Cicerone* et Porph. 16, 5 Ἄνυτος καὶ Μέλητος, et p. 70, 27 *Ciceronem et Virgilium* et Porph. 4, 24 Σωκράτης καὶ Πλάτων; p. 53, 20 enim *de Socrate, Platone, Cicerone,* cum Porphyrius 2, 26 Σωκράτους καὶ Πλάτωνος scripserit, Victorinus ipse nomen Ciceronis addit; cf. infra adn. 18.

conicio, cum ab antiqua religione iam se remouisset.[15] Desiderantur praeterea apud Victorinum p. 32, 8 (post *genus*) uerba Porphyrii 1, 20—23 ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως — κεκλημένου (cf. II 172, 2—4 *ab unius* — *dictae*) et p. 64, 3 quae sunt apud Porphyrium 4, 4 τὸ δὲ τρίγωνον τοῦ σχήματος εἶδος (cf. II 199, 18 s.), alia particula indicata est ad p. 107, 21 (Porph. p. 14, 20 s.; cf. II 296, 3—5 *amplius* — *inrationale*) Simplicitati fortasse studebat p. 56, 18—20 *cum* — *ostendunt* (Porph. 3, 8—10; cf. II 189, 8—11 *interrogantibus* — *sit*) et p. 59, 12 s. (Porph. p. 3, 19 s.; cf. II 196, 16 s.) et p. 96, 17—22 (Porph. 11, 21—12, 1; cf. II 270, 5—10). Addidit praeter illud *Cicerone* p. 53, 20 (cf. adn. 14) perspicuitatis causa p. 32, 6 *id est uno modo* (Porph. 1, 18; cf. II 171, 11), locum autem Porph. 6, 16 male distendit p. 77, 9—12 (cf. II 225, 16 s. *infinita* — *disciplinam*). Vim uero intulit Isagogae Graecae mutatione a Boethio tamen excusata magis quam incusata (p. 35, 5), quod tres quas Porphyrius proposuit significationes nominis γένος p. 1, 18 ss. ita et contrahendas et augendas esse opinabatur, ut duas priores in unam redigeret (p. 34, 12 ss. 36, 1 ss.), secundo autem in loco quasi singularem nouumque poneret sensum uocis a Romanis in arte rhetorica usurpatum, alienum a Graecorum consuetudine, quem ipse exemplo demonstrat p. 34, 18 *ut est genus causae honestum*, tertiam eandem quae apud Porphyrium tertia est retineret (p. 34, 11. 35, 2. 37, 1 ss., cf. 39, 4. 7), quo fit ut re uera quattuor significationes eueniant (p. 36, 18).[16]

[15]) Huic coniecturae fortasse eo fides quaedam additur, quod Victorinus etiam in libro De definit., quem post interpretationem Isagogae composuit (cf. supra adn. 12), non deorum, sed dei appellatione utitur cum p. 24, 20 St. (Boeth. p. 896 B) tum loco p. 40, 17 St. (p. 905 B), quo de definitione dei agit. — Boethius cum Porphyrio p. 11, 24 deos p. 270, 9. 271, 11 dicit, sed ne ipse quidem ab iis nominandis abhorret (cf. Indic. uerbor. 'deus', maxime p. 297, 10).

[16]) Haec diuisio a Victorino infelicissime excogitata est propterea, quia, quae res notissima est, rhetores Latini 'genera causarum' non solum quinque illa, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum (Cic. de

Simili modo p. 63, 20 ss. diuisionem speciei a Porphyrio p. 3, 21 ss. datam corrupit, quae leuitas a Boethio ipso p. 64, 8 ss. notata est.

Ex iis quae exposui manifestum fit Victorinum Isagogen non in breuiorem formam redegisse, sed totam Latine uertisse atque ita, ut etiamsi noluerit operam suam intra angustam Porphyrii imitationem concludere atque etiam lapsus sit peccaueritque, tamen si summa rei perpenditur, non nimis licenter exemplar Graecum inmutasse reperiatur.

De Boethii translatione Latina Isagogae, quae est materia posterioris commentarii, post ea quae p. XI s. ex ipso attuli, res cito absoluta erit. Qui quod loco ibidem proposito de fide sua uertendi promiserat, id maxima, saepe nimia prorsus cura effecit ueritati magis quam elegantiae consulens, in rebus tamen leuioribus, uelut in particulis coniunctionibusque uarie transferendis et in formis uerbi substantiui addendis, non se astringens constanti seueritate.[17]) Victorini sermone quanto politius ipsius dictio composita sit, etsi haud raro asperitate quadam offendimur, uel ex comparatione prooemii (II 147, 5. 159, 3. 167, 21 et I 116, 12) facile agnoscetur. Quod ipsum quam arte Boethius etiam in collocatione uerborum Latina Graecis applicet, documento esse potest, quippe cum tribus modo inuersionibus ab exemplari Graeco discedat (p. 147, 14 *quaestionibus abstinens*, ἀπεχόμενος ζητημάτων; 159, 7 *dicere*

inuent. I 15, 20. Quintil. IV 1, 40. Rhet. Lat. p. 497, 27 Halm), sed etiam, quod Boethius ipse p. 34, 20 s. animaduertit, tria illa, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale appellabant, maxime uero, quia hic usus uocabuli *genus* continetur tertia significatione a Porphyrio constituta, qua *genus* sensu logico dicitur, *cui supponitur species* (p. 37, 2. Porph. 2, 10), eiusque exemplum modo est. Victorini hac in re corrigendi uanitas eo peior est, quod ipse de illa ambiguitate locutionis *genus causae* in Explanationibus in Ciceronis De inuent. libros (Rhet. Lat. p. 195, 16) longa disceptatione agit.

[17]) Boethium etiam in transferendo Aristotelis libro Περὶ ἑρμηνείας officio interpretis diligentissime satisfecisse Car. Meiser ostendit *Jahrb. f. klass. Philol.* uol. 117 (1878) p. 247 ss.

recusabo παραιτήσομαι λέγειν; 167, 23 *tibi nunc*). Nonnumquam tamen loci in translatione mutati sunt, sed causa ut horum, ita etiam proximorum quae afferemus, interdum in codice Isagogae a Boethio adhibito posita uidetur; indicaui mutationes ad p. 167, 22 (cf. 168, 11). 189, 11. 202, 16 (*autem*, cf. p. 201, 13—16). 230, 14. 240, 1. 246, 16. 258, 13. 262, 13. 265, 19. 270, 6 (*qua*). 272, 15. 280, 20. 286, 11. 291, 11. 13. 296, 13. 304, 4. 310, 9. 11. al.[18]) Ne errores quidem desunt.[19]) Addita esse pauca apparet ex notis nostris ad p. 159, 6. 172, 2. 178, 16. 188, 21. 253, 20. 286, 8. 297, 1. 313, 5. 318, 2. 10. al. Multo plura omissa sunt, quorum quaedam editores fortasse recte, pleraque sine dubio praepropere adiecerunt; neque enim credibile est archetypum codicum nostrorum in ipsis lemmatis Porphyrianis multa ea damna accepisse, perpauca in commentario indicia uestigiaque eiusmodi deprehendi, neque credibilius est Boethium hac in re tantam neglegentiam admisisse. Exempla, etsi non omnes loci subscripti sunt, apparatus noster praebet p. 174, 9. 178, 17. 188, 18. 196, 17. 201, 16. 205, 19. 206, 11. 12. 211, 19. 20. 212, 11. 12. 221, 4. 228, 6. 235, 1. 236, 11. 240, 8. 253, 20. 258, 19. 270. 6. 275, 6. 8. 295, 20. 304, 9. 308, 5. 318, 4. 327, 12. Omnino autem qui mutationes illas additamentaque examinauerit, in longe plurimis Boethium non

[18]) Non omnes locos in apparatu significaui, hic tamen hos addo: p. 172, 1 *Romani* Ἡρακλεῖδαι, item 174, 11. 177, 11; p. 172, 2 *Romulus* Ἡρακλῆς, item 174, 12. 177, 9; p. 308, 6 in nominibus *Cato et Cicero* Ἄνυτος καὶ Μέλητος Victorinum imitatur, cf. supra p. XVI cum adn. 14.

[19]) Non recte adiectiuum γρυπός Porph. p. 9, 10. 13. 22 apud Boethium p. 248, 15. 249, 3. 251, 12 *aquilus* redditum est, communi usu *aquilinus* postulatur, nam *aquilus color est fuscus et subniger* (Festus Pauli p. 22, 2). Quod eo magis miramur, quia substantiui γρυπότης Porph. p. 8, 14 interpretatio *nasi curuitas* p. 240, 9 uera est. Etiam uerba διαφέρει Porph. p. 15, 15. 16, 11 et διενήνοχεν p. 22, 5, quae propter neutra in titulis capitum extantia in singulari numero posita sunt, quod p. 304, 2. 309, 19. 346, 2 singulari *differt* transtulit, parum intellexisse uidetur (cf. διαφέρουσι Porph. p. 19, 21 *differunt* p. 334, 4). De aliis cf. adn. 20.

temere, sed consulto, aut maioris perspicuitatis aut uarietatis uel congruentiae causa aut ratione sermonis Latini habita a Graeco declinasse reperiet. Quibusdam locis tam singularis est consensus interpretationum Victorini et Boethii, ut hunc auctoritate illius ductum esse suspicandum sit.[20]) Sed multo magis attendendum est latiusque patet quod Boethius re deliberata quaedam aliter atque Victorinus conuertit[21]): Victorinus εἰδικώτατον satis ineleganter *magis species* (de his et proximis cf. Indic. uerbor.), γενικώτατον *magis genus* reddit, Boethius *specialissimum* et *generalissimum*; item differunt *sine eius in quo est interitu* (χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς) et *praeter subiecti corruptionem* (ergo terminum *subiectum* Victorinus nondum nouit), cf. 'praeter' in Ind. uerb.; *postnatiua sunt, id est a foris uenientia* (ὑστερογενῆ πέφυκεν καὶ ἐπεισοδιώδη τὴν φύσιν) et *posterioris generis sunt et aduenticiae naturae*; *probatio* p. 16, 16 (ἀπόδειξις) et *demonstratio* p. 147, 10; *quod infertur et aufertur* p. 100, 9 (ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται) et *quod adest et abest* p. 280, 14 (cf. etiam 'adesse' in Ind. uerb.; deest etiam in comm. I); *declarare* p. 39, 6 (ἀποδιδόναι) et *adsignare* p. 179, 19 (deest etiam in comm. I). De aliis uerbis, quoniam Boethius locos Victorini ipsos non attulit, minus constat, uelut in uoce *particulares* (*homines*) i. e. οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι: in priore commentario deest, at *singuli*

[20]) De nomine Romanorum aliisque iam in adn. 18 dictum est. Perperam uterque (p. 128, 10. 342, 2) interrogatiuum ΠΩΣ Porph. p. 21, 10 pro indefinito accepit; mira est translatio substantiui γλαυκότης Porph. p. 8, 14, quod cum caesium colorem significare soleat, quae significatio ad loci illius sententiam multo aptior est, apud Boethium p. 240, 9 *caecitas oculorum* est pariterque in priore commentario p. 86, 2. 88, 6. 91, 12, ubi subest idem ille locus Porphyrii — quapropter editores p. 86, 2 *caesiis* scripserunt —, *caecis oculis* uel *caecitas oculorum* extat. In aliis, uelut quod uterque formulas saepe usurpatas ἐν τῷ τί ἐστιν Porph. p. 2, 15 et ἐν τῷ ποῖόν τί ἐστιν p. 3, 10 reddit *in eo quod quid sit* I 40, 7. II 180, 2 et *in eo quod quale sit* I (57, 12.) 94, 9. II 189, 10, res minus certa est.

[21]) Boethius ipse adiectiuum *intellectibilis* primus finxit, ut aperte ostendit p. 8, 8 ss.

saepius legitur, quod deest in posteriore. Uter prior illa posuit, quae etiamnunc in usu sunt nostras in linguas propagata, *constitutiuus*, *specificus,* Victorinus an Boethius? an alius aliquis?

Diximus de duabus interpretationibus, restat ut duos commentarios spectemus. Hac tamen in re, ne nimis lata fiat expositio, satis sit commemorare, etiamsi scriptor p. 154, 5 ss. priorem commentarium ad intellegentiam simplicem Isagogae sufficere, posteriore iis qui scientia iam confirmati essent, interiorem cognitionem aperiri uelit, uix tamen conspicuum in eo intellegentiae scientiaeue progressum prae priore animaduerti, immo ipsum se 'ingredientium intellegentiae' (p. 290, 14, cf. 168, 23) seruire fateri, posteriorem autem eo potissimum ultra priorem excedere, quod oratione magis fusa sententiisque latius explicatis est perscriptus. Nihilo minus sunt partes quaedam posterioris contractiores uel simpliciores quam eaedem prioris: cf. I 44, 11—53, 23 et II 183, 7—187, 21; I 59, 12—63, 16 et II 196, 16—197, 12; I 94, 11—96, 6 et II 267, 3—269, 5; uel repetitiones inutiles commentarii prioris praecluduntur: de definitione I 10, 25—11, 23. 22, 14—23, 2 et II 153, 8—154, 8; de diuisione I 11, 23—27. 22, 14—23, 1 et II 154, 9—157, 6; de aequiuocis uniuocisque I 17, 18—19, 2. 32, 12—33, 20 et II 155, 18—156, 5. Addita quaedam esse in posteriore commentario cum propter locos quales sunt in prooemiis librorum II. III. IV de serie tractandi quinque uoces uel de quattuor generibus causarum p. 174, 14 ss., de ratione quadam speciei et indiuidui p. 217, 18—219, 22, de corporibus caelestibus p. 208, 22—209, 3. 257, 2—15. 259, 16—22, de regula calculi combinatorii p. 324, 11 ss., tum propterea mentione dignum est, quia diuisiones speciei a Porphyrio factas nimis confidenter augere posse sibi uidetur p. 186, 12 ss. 187, 1 ss. 188, 1 s. 199, 20—201, 8. Sed uere discrepare inter se duos commentarios non repperi.

Ea quae ad hunc usque locum exposuimus, ex commentariis ipsis hausimus. Sed plenius ueriusque de his iudicium ita

tantum fieri poterit, si eos etiam Graecorum cum explanationibus Isagogae comparauerimus: sic enim aliqua ex parte perspiciemus, quatenus Boethius quae profert ex alienis copiis assumpserit, qualis ipsius fuerit opera. Quae res eo magis est tractanda, quia quod sciam nondum in eam inquisitum est. Graecis autem Boethium nonnulla debere uel ex multis illis artis uocabulis Graecis in utroque commentario occurrentibus, quae in Indice Graeco nostro comprehenduntur, perspicuum est. Sed si quaeritur, quibus fontibus Boethius usus sit, rem non eo usque apertam esse fatendum est, ut doctrina eius ad certa auctorum nomina referri possit. Ab ipso enim in priore commentario p. 4, 1 *doctissimi uiri*, p. 4, 15. 17 *expositores uel etiam commentatores* et *magistri* commemorantur, quos Graecos fuisse ex uerbis Graecis quae p. 4, 19—5, 8 sequuntur apparet, atque etiam aliis in quaestionibus, quae tamen non magis ad ipsam Isagogen pertinent, p. 10, 2—4 (*quidam — quidam*), p. 28, 14—16 ss. (*sed sunt — hi*) doctorum controuersiae sententiaeque indicantur, uno loco p. 92, 5 in re ad ipsam Isagogen spectante eos asciscit *qui de differentiarum definitione tractauerunt.* In posteriore commentario similes loci sunt p. 140, 18 ss. 141, 20; etiam nomina commentatorum quorundam inueniuntur, Alexandri (Aphrodisiensis) p. 164, 4. 168, 14, Boethi p. 168, 14, sed ne his quidem locis sermo proprie in Isagogae explanatione uersatur. Fuerunt tamen commentatores Isagogae iam ante Boethium. Atque unius ex his non solum nomen constat, sed seruatus est etiam commentarius, Ammonii filii Hermiae, philosophi illius Neoplatonici summae apud suos auctoritatis, commentatoris laboriosissimi Aristotelis et Platonis, qui aetate tanto superat Boethium, ut huic illius librum iam in notitiam usumque uenisse prorsus credibile sit.[22]) Sed Ammonius non

[22]) Ammonius discipulus fuit Procli, qui mortuus est a. 485 (Zeller[4] III, pars II, p. 835 adn. 2; Freudenthal, Mus. Rhen. uol. 43 p. 486 ss.), Boethius autem non ante annum 480 natus uidetur; cf. infra p. XXIX. Editio Ammonii a Bussio curata iam supra adn. 4 nominata est.

primus Isagogae enarrator fuit, immo saepius ad alios respicit, quorum tamen non modo libri, sed ne nomina quidem tradita sunt.[23]) Atque eiusdem rei apud Boethium ipsum uestigia esse uideo, unum fortasse minus certum p. 92, 5 *qui de differentiarum definitione tractauerunt,* quo loco rem a Porphyrio p. 10, 22 s. commemoratam tangit, alterum certissimum p. 12, 20 *omnes post Porphyrium ingredientes ad logicam huius primum libelli traditores fuerunt.* Sed neminem Boethii et Ammonii commentarios Isagogae legentem quam insignis eorum consensus sit fugiet, atque iam Schepssius locos quosdam illorum inter se comparauerat. Tantae autem similitudinis haec potissimum causa fuisse uidetur, quod Boethius librum Ammonii in usum suum conuertit. Neque obstat Boethii de eo usu silentium, quoniam quem auctorem maxime secuti erant, eum minime appellare mos fuit expilatorum notissimus. Verumtamen is modus iudicio imponendus est, ut si quis Boethium non Ammonium ipsum, sed eum quem Ammonium ducem habuisse uelit, ea sententia non prorsus improbanda sit. Sed ut rebus ipsis demonstremus quod posuimus, primum dicendum est rationem illam excerpendi locos quosdam Porphyrii, ceteros cum expositione confundendi communem esse Ammonii et prioris commentarii Boethii, deinde Boethium popularium suorum atque tironum intellegentiam respicientem quae rerum doctrinaeque Graecorum propria sunt exclusisse: cuius generis cum non pauca atque etiam exquisita apud Ammonium sint (cf. Bussii Indicem nominum), Boethius perpauca Latina affert, locos Ciceronis p. 12, 3. 22, 20. 139, 20, Horatii p. 25, 16, Petronii (Arbitri, cf. Indicem nostrum) p. 132, 3, Macrobii p. 31, 22 (cf. *Entstehungszeit* p. 262 adn.); accedunt fabulae quaedam Graecae p. 73, 12 ss. 221, 10 ss., commemoratio Epicuri p. 138, 12, sententiae ab Aristotele p. 257, 3 et Platone p. 209, 2. 257, 9. 259, 20 de corporibus caelestibus propositae. Omnino Graecus copiosior est, Latinus uerbosior. Minime sane

[23]) Busse, Porph. proleg. p. XXXIV; programm. p. 3.

in uniuersa quae inter Ammonium et Boethium est sententiarum atque etiam uerborum congruentia differentiae eaeque grauiores desunt,[24]) sed contra eas non pauca communia stant tam singularia, ut de illa cognatione dubitari non possit. Praeter exemplum enim supra adn. 6 allatum haec, etsi ab Ammonio breuiter interdum demonstrantur, ab utroque in lemmatum Porphyrianorum expositione adiunguntur nullo modo

[24]) Omittuntur a Boethio nonnulla quae sunt apud Graecum ut a suo consilio sensuue aliena: δημιουργός Amm. p. 63, 15; δαιμόνια 99, 19. 100, 18; ἄγγελος 32, 14. 97, 14; de ordine quinque uocum 31, 14—33, 24; de ratione quadam generis, speciei, accidentis 34, 1—14; de dialectica Platonis et Aristotelis 34, 17—35, 3; de duobus generibus habitudinis (τῆς σχέσεως) 50, 7—14; de nominibus rerum 50, 16—51, 7; de specie 70, 5—71, 11; de figuris geometricis 71, 24—74, 3; de circulo in demonstrando 74, 10—75, 25; de casibus et numeris 91, 4—17; de coniunctionibus accidentium 95, 17—96, 9; de controuersia quadam Peripateticorum et Platonicorum p. 101, 12—105, 10; de rebus naturalibus et arte factis 106, 15 ss.; alia leuiora. Minus quam in aliis partibus cum explanatione generis (Porph. p. 1, 18—3, 20), quae est apud Ammonium p. 47, 3—69, 11, Boethii commentarii I 32, 12—63, 16. II 171, 9—197, 12 consentiunt. Aperte uero inter se discrepant eo, quod Boethius I 75, 20 ss. 76, 24 ss. II 226, 21 ss. cum Porphyrio p. 6, 12 indiuidua infinita esse docet, Ammonius contra p. 86, 12 ss. captiosa demonstratione usus finita dicenda esse uult. Etiam in illa de generibus et speciebus disceptatione, utrum uere sint an mente humana modo fingantur, soluendae quaestionis uiam ab Ammonio p. 39, 9—42, 26 diuersam ingreditur I 23, 23—30, 31. II 159, 10—167, 20, ab Alexandro Aphrodisiensi (p. 164, 4) monstratam. Multo longioris apud Ammonium quam apud Boethium tractationis exemplum est disputatio de definitione et descriptione instituta Amm. p. 54, 6—58, 15: II 153, 8—154, 2. 180, 20—181, 13. Contrarium est in locis de quinque uocum ad Categorias utilitate Amm. p. 30, 10—31, 2 : I 17, 1—19, 18. II 151, 10—153, 6; de earum utilitate ad diuisionem pertinente A. 35, 4—9: II 154, 9—157, 6, ad definitionem A. 35, 9—16: I 19, 19—22, 12. II 153, 8—154, 8, ad demonstrationem A. 35, 16—36, 1 : II 157, 7—158, 13, sed Ammonius p. 36, 1—15 analyticam addit quam Boethius omittit. Omnino nonnulla cursim Ammonius notat, non explicat, alia omnino praeterit, maxime plana illa quae sunt in extrema parte Isagogae (p. 14, 10 ss.: Amm. p. 118, 6—128, 3), quae Boethius in priore commentario (lib. II c. 12 ss.), pleraque certe, constanter persequitur, in posteriore uero (lib. V c. 3 ss.) nimia sedulitate excutit.

ipsis uerbis lemmatum postulata: cur a Porphyrio p. 1, 3 dictum sit *cum sit necessarium* (ὄντος ἀναγκαίου), non *cum necessarium sit* Amm. p. 26, 18 ss.: I 15, 22 ss., itaque harum ineptiarum insulsitas non residet in Boethio; de ui adiectiui *necessarius* (ἀναγκαῖος) A. 24, 18 ss.: II 149, 10 ss.; de ordine tractandi generis A. 47, 6 ss.: II 170, 2—171, 8, speciei A. 69, 14 ss.: II 198, 8—199, 10, differentiae A. 91, 24 s.: II 239, 2—16; de aequiuocis A. 48, 18 ss.: I 32, 12 ss. II 155, 18 ss. (paulo prius positum); ὑπογραφὴ δὲ λέγεται οἷον σκιαγραφία τις οὖσα A. 55, 2: *descriptio uero est . . . tamquam coloribus quibusdam depictio* II 181, 8; δύο . . ἀξιώματα . . πρῶτον μὲν ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντος . . . δεύτερον δὲ ὅτι τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἅμα οὐκ ἐνδέχεται εἶναι A. 101, 12. 14. 19: *ex duabus . . propositionibus, una quidem, quoniam duo contraria in eodem esse non possunt, alia uero, quoniam ex nihilo nihil fit* II 263, 3; τὰς ἀντικειμένας (sc. διαφοράς) Porph. 11, 3, sequitur explicatio ἐπεὶ ἔσονται τὰ ἐναντία ἅμα A. 106, 1 s.: *quae uero nos contraria dicimus, Porphyrius opposita nuncupauit* II 265, 9; de communitatibus et differentiis quinque uocum A. 115, 4—19 (πρός τινα τῶν ἐπιπολαιοτέρων γράφει 14): II 285, 6—14 (*propter planiorem intellectum* 11); regula calculi combinatorii A. 122, 25 ss. (etiam 115, 20 ss.): II 324, 11 ss.; haec ergo non ascribenda est Boethio (cf. Cantor, *Vorlesungen üb. Gesch. der Mathem.* I² p. 535). Accedunt exempla quaedam insignia isdem sententiis Porphyrii adiecta: τὰ δὲ ἐν ψιλαῖς ἐπινοίαις ὑπάρχει οἷον Ἱπποκένταυρος A. 39, 14 ss.: Centaurus I 25, 7 s. (cf. 24, 12 *an in solis intellectibus nuda inaniaque fingantur*). II 164, 10; ξίφος καὶ μάχαιρα A. 65. 10: gladius atque ensis II 192, 13;[25]) definitio hominis A. 68,

[25]) Docet me A. Hilgard hoc exemplum (ξίφος et μάχαιρα) etiam in Dionysii Thracis Arte grammatica § 12 (p. 36, 6 Uhlig), praeterea in Scholiis in eam a se editis (Grammatici Graeci III) p. 236, 14 ss. 390, 3 ss. 576, 5 et in Choerobosci scholiis in Canones uerbales, quae ipse quoque edidit (Grammat. Gr. IV uol. 2), p. 129, 21 usurpari: uerumtamen omnibus his locis ad uim synonymorum illustrandam adhibetur, at locorum Ammonii et Boethii alia prorsus eaque communis est ratio.

7 ss.: I 60, 4—63, 12. II 197, 2 ss.; τὰ ὄστρεα καὶ οἱ σπόγγοι A. 79, 7: ostrea uel conchilia I 70, 22; ἰδιότητες αὐτοῦ (sc. τοῦ Σωκράτους) . . τὸ φαλακρόν, τὸ προγάστορα εἶναι A. 90, 17: *Socratis enim proprietas, si fuit caluus* . . *propenso aluo* II 235, 12; etiam exemplum patris et filii II 199, 2 (de specie) ex loco simillimo A. 47, 10 ss. (de genere) sumptum est.

Etiam prooemia Ammonii et Boethii si in comparationem uocantur, apparet, qualis sit inter eos necessitudo qualisque opera Boethii, quemadmodum prolegomena Ammonii paene tota, sed uarie dirempta uel coartata ad commentarium priorem transtulerit, in posteriore autem ne eandem uiam relegeret, alium aditum ad Isagogen parauerit.[26]) Satis igitur perspicuum esse arbitror Boethium in duobus commentariis conscribendis Ammonio aut fortasse commentatore aliquo Isagogae, cuius e segete communiter et Ammonius et ipse amplam messem fecerint, usum esse — nam Boethium res ex alio aliquo petisse qui ipse secutus esset Ammonium, nimis ratio temporum obstat ne coniciamus —, sed ita eam imitationem temperauisse, ut non pauca omitteret uel mutaret, etiam adderet quaedam uel suum iudicium sensumque adhibens uel etiam aliorum scriptorum libros assumens. Etiam grauissima pars commentariorum (I 23, 23—30, 21. II 159, 10—167, 20), ex qua una cum loco Isagogae ipsius (I 24, 4 = II 159, 2) medio aeuo concertatio illa nominalismi et realismi nata est ingenia exagitans, cum disceptaretur, utrum notiones rerum uel uniuersalia — quae uox ipsa ex Boethio p. 166, 15 ss. sumpta est — essent ante res an post res an in rebus, Graecis potius, ut uidimus (adn. 24), quam Boethio ascribenda est.

II. De tempore utriusque commentarii.

Hac in re enodanda inde proficiscendum est, quod Boethius a. 510, quo anno consul erat, in commentario Categoriarum Aristotelis conscribendo uersabatur.[27]) Huius enim

[26]) Cf. Excursus I.

[27]) Initio libri II (p. 201 B) scribit: *Etsi nos curae officii consularis*

commentarii non solum initio proximum opus quod edidisset explanationem Isagogae esse docet,[28]) sed etiam alio loco rem quandam exponit, quam illo in commentario expositurum se esse in explanatione Isagogae promiserat. In qua postquam eam regulam calculi combinatorii qui nunc dicitur protulit (p. 324, 11), qua, si certus numerus elementorum positus est, quot combinationes binorum elementorum sint efficitur, his uerbis rem absoluit, p. 325, 4: *atque hanc quidem regulam simpliciter ac sine demonstratione nunc dedisse sufficiat, in Praedicamentorum uero expositione ratio quoque, cur ita sit, explicabitur.* Is autem locus commentarii Categoriarum, quo loco regulam illam firmat ad doctrinam quae est de oppositis reuocans (p. 264), est in libro quarto p. 272 C.[29]) Quodsi Boethius in posteriore commentario Isagogae iam locum quarti libri commentarii in Categorias conscribendi designat, apparet illum tum, cum Isagogen denuo tractaret, simul, id quod in tanta cognatione argumentorum procliue erat factu, etiam commentarium Categoriarum iam secum constitutum perpensumque habuisse. Ergo Boethius a. 509 uel etiam a. 508 posteriorem commentarium Isagogae non modo in manibus habebat, sed prope iam ad finem perduxerat.

Iam uideamus de priore commentario, qui quibus locis posterioris commemoretur, p. XI. XIII cum adn. 7 demonstratum est. Haec quaestio loco quodam praefationis Institutionis arithmeticae soluitur, qua Boethius hoc opus cum impensa obser-

impediunt eqs. De anno consulatus cf. Clinton, Fasti Rom. I p. 726. Rem iam Geruasius animaduertit, *Vie de Boëce*, apud Mignium p. 1448.

[28]) P. 159 A: *Expeditis his quae ad Praedicamenta Aristotelis Porphyrii institutione digesta sunt, hos quoque commentarios in Praedicamenta perscribens* eqs.

[29]) *Sed quoniam quattuor species oppositionis dictae sunt, nunc Aristotelis uestigia persequentes earum differentias colligamus: quae sunt numero sex. nam si quae res sint quattuor easque differre a se ac distare uolumus, sex solas differentias inuenimus. cum enim primam differre a secunda ac tertia atque quarta ponimus, tres sunt differentiae* eqs. De hac re iam dixi *Entstehungszeit* p. 148 s.

uantiae uenerationisque declaratione Symmacho dedicat, p. 5, 19 Friedlein: *Recte ergo, quasi aureos Cereri culmos et maturos Baccho palmites, sic ad te noui operis rudimenta transmisi. tu tantum paterna gratia nostrum prouehas munus. ita et laboris mei primitias doctissimo iudicio consecrabis* eqs. Dictio *laboris mei primitias* hoc primum Boethii opus esse significat consentitque altera *noui operis rudimenta*, uoce *noui* autem scriptor, quoniam ante non de ullo alio doctrinae genere dixit a quo ad mathematica litteris explicanda transierit, ita, ni prorsus fallor, utitur, ut idem sit quod *recentis* uel *modo confecti*. Hoc cui recte conclusum uidebitur, is priorem commentarium Isagogae post Institutionem arithmeticam compositum esse concedet.[30]) Praeterea Institutio arithmetica Boethii et re et tempore cohaeret cum libris De institutione musica et, si quid in ea Boethii est, Arte geometrica, ad quae opera etiam Astronomia accessisse uidetur. Itaque Boethium hoc 'quadruuium', quod nisi pertractatum sit, 'haud quemquam in philosophiae disciplinis ad cumulum perfectionis euadere' posse ait (Inst. arithm. p. 7, 23), continua opera scribendi persecutum esse ueri simillimum maximeque consentaneum est eumque

[30]) Minime quo Institutionem arithmeticam post priorem commentarium Isagogae scriptam esse demonstretur, hoc proferri potest, quod Boethius in praefatione illa Symmachum sic adloquatur p. 5, 21: *tu tantum paterna gratia nostrum prouehas munus,* id eum dixisse propterea, quia Symmachus tum iam socer eius esset; anno enim 522 filios Boethii consules, sed pueros demum fuisse (Consol. p. 30, 27. 32, 22 Peiper), ita ut illum Rusticianam filiam Symmachi non admodum iuuenem duxisse appareat; itaque Institutionem arithmeticam posteriore tempore, cum illam iam duxisset, compositam esse. At quod de *paterna* gratia loquitur, nullo modo ad coniunctionem illam affinitatis trahi necesse est, immo pari iure de grata memoria eius curae intellegi potest, qua Symmachus parente orbatum susceperat. Eadem enim paterni nominis translatione Boethius in primo commentario Isagogae Fabium auditorem erga se ipsum pie utentem facit p. 131, 25: *Tu, inquit, paterno haec mihi animo polliceris.* Praeterea incredibile est Boethium per totam illam praefationem eximiam suam Symmachi admirationem caritatemque testari, firmissimum affinitatis uinculum ne uerbo quidem attingere.

hoc fundamentum posuisse philosophiae Latina oratione enarrandae illustrandaeque, qua potissimum in laude uires uitamque consumere homo impigerrimus propositique tenacissimus decreuerat.[31] Sed quoniam natus est intra annos 480 et 482[32] et iam adulescens docendi peritia eminuit,[33] ut eum libros illos mathematicos circiter annum 500 componere coepisse et proximos annos huic labori dedisse existimandum sit, sequitur ut post illos prior commentarius sit confectus ac non nimis longo temporis spatio posteriori antecedat. Et quod Boethius in fine prioris commentarii, ut uidimus (supra p. XI), id consilium se cepisse aperte ostendit, ut iam totius logicae Aristotelicae doctor existeret, hoc, ut opinor, non dixisset, si prius de mathematica et musica scribere animum induxisset.[34]

III. De titulo utriusque commentarii.

Nunc demum, postquam absoluimus quae adhuc tractata sunt, de titulis duorum commentariorum agere possumus. Quos autem titulos editiones prae se ferunt, nimis hi carent fide atque etiam prioris commentarii appellatio 'dialogi', licet ipsius cum forma congruat, a codicibus tamen prorsus aliena est. Sed longe plurimorum codicum testimoniis alius eius titulus commendatur, cuius ueram formam, quamquam saepe a librariis inmutata uel corrupta est, fuisse *Boethii in Isagogen*[35]

[31]) His de rebus egi *Entstehungszeit* p. 152 ss. 234 ss.

[32]) Sic statuit Usenerus p. 40. 45 adn. 10, adsentitur Mommsenus in editione Variarum Cassiodori p. XXXII et in indice s. 'Boethius'. Cf. etiam *Entstehungszeit* p. 146 s.

[33]) Ennodius p. 409, 7 Hartel: *Boethius patricius, in quo uix discendi annos respicis et intellegis peritiam sufficere iam docendi;* p. 181, 16 *quem in annis puerilibus sine aetatis praeiudicio industria fecit antiquum.*

[34]) Cf. Excursus II.

[35]) Forma *Isagogen* recte seruata est in codicibus T (p. 1. 132; cf. 4, 13) et G (p. 238), in ceteris prioris et posterioris commentarii codicibus formae plurales *Isagogae, Isagogarum, Isagogas, Isagogis* (*Ys*-) esse solent.

Porphyrii commentorum editio prima ueri esse simillimum concedet qui inscriptiones libri primi quales sunt in codicibus DRS, etiam CPT, in quibus uox *commentorum* deest, et eiusdem libri subscriptiones in codicibus CD (GST) et secundi in CGK (PT) extantes comparauerit.

Minus plana res est in posteriore commentario. Varias inscriptiones uel subscriptiones codicum nostrorum quae extant generatim digestas haec tabula, in qua tamen Boethii nomina praetermisi, ostendit.

Primum genus:

Commentum S p. 169. *Commentum in Isagogas* R p. 135. *Commentorum*[36]) F p. 169, N p. 197. *Commenta in Isagogas* G p. 135. *Commentarius* S p. 197. *Commentariorum* C p. 169.

Secundum genus:[37])

Editionis secundae commentariorum C p. 348. *In Ysagogas Porphyrii secundae editionis* E p. 238. (*editionis secundae*) G p. 348.
Expositio[38]) *secunda in Ysagog.* E p. 135. *In Ysagog. Porphyrii secundae expositionis* E p. 197.
Commentum in isagogis porphirii; Expositio Secunda L p. 135. *Secundi super Ysagogas commenti* P p. 348.

Tertium genus:

In Ysagogas Porphyrii a se translatae editionis secundae P p. 135. *In Isagogas* (uel *Ys-*; *Isagogen G* p. 238) *Porphyrii* (uel *Porphirii*) *id est Introductionem* (*Introductiones* C p. 197 N p. 348) *in Categorias* (E p. 284. 348, *Katheg-* N p. 348; *in Categorias* omittit G p. 238) *a se* (om. N p. 348) *translatas* (sic C p. 197, *G* p. 197, N p. 348; *translatae* E p. 348, G p. 238, *translã* EG p. 284) *editionis secundae* (*secundae* om. G p. 238) CEGN, sequitur *commentum in secundo* in C p. 197, *commentarius secundus* in G p. 197.

[36]) Ubi genetiui positi sunt, sequitur *liber* cum numero.

[37]) In numero harum inscriptionum indicando erraui *Entstehungszeit* p. 150 adn. 6.

[38]) Vox *expositio* ex primis uerbis commentarii p. 135, 5 *Secundus* .. *expositionis labor* uel ex extremis p. 348, 1 *gemina expositione* petita uidetur.

Accedit quod habet L p. 197 *secundae translationis commentarius*, fortasse ex primis uerbis commentarii p. 135 *Secundus . . . labor . . . translationis* fictum.

Non solum magna uarietas titulorum est, si codices inter se comparantur, sed ne singuli codices ipsi quidem diuersis locis eandem formam retinent. Sed ut mittamus primum genus, longe plurima testimonia Editionis secundae commemorationem continent, ita tamen ut in tertio genere uerba *a se translatae* sint addita. Haec autem uerba germanam partem inscriptionis esse minus credibile est. Nam non mediocris momenti est quod huius et prioris commentarii inscriptiones inter se ut congruant postulandum est: sed in priore similia uerba ad translationem Victorini spectantia parum firmantur testificatione codicum. Accedit quod uerba illa facile ex loco qui est commentarii ipsius in fine p. 347, 25 *libri seriem primo quidem a rhetore Victorino, post uero a nobis Latina oratione conuersam gemina expositione patefecimus* adici poterant. Maxime uero nos mouet quod extat forma tituli quae omissis illis uerbis ambas inscriptiones congruentes inter se coniunctas habet ac tam concinna conueniensque est, ut huic sit summa dignitas tribuenda. Quae inscriptio est in codicibus prioris commentarii D, uno ex optimis, et S: *Boetii . . . in Isagog(en) Porphyrii commentorum* (*commentatorum* D) *editionis primae libri II. Editionis secundae libri V* (p. 3). Hanc formam, qua nulla mihi uideretur esse remotior a periculo erroris, recepi, etiam Schepssii sententia confirmatus, qui de priore commentario idem constituerat, in posteriore paene eundem titulum — ponebat *commenti* cum signo interrogationis — ascripserat.

Nihil autem aut a Boethio ipso aut ab aliis scriptoribus suppeditatur, ex quo de forma tituli uel prioris uel posterioris commentarii aliquid certae memoriae accipiamus. Aliorum scriptorum — medio autem aeuo qui hos commentarios commemorant, hic in numero esse non possunt — duo tantummodo uel unus potius locus mihi notus est, Cassiodori scilicet, qui in fine breuioris editionis Institutionum humanarum haec adiecit primum ab Usenero (Anecd. Hold. p. 65 s.)

ex codice Bambergensi prolata: *Isagogen transtulit Victorinus orator, commentum eius quinque libris magnificum Boethius edidit,*[39]) quae paucis mutatis Isidorus repetiit Orig. II 25, 9: *Isagogas* (sic edd.) *autem ex Graeco in Latinum transtulit Victorinus orator commentumque eius quinque libris Boethius edidit.* Boethius autem ipse duobus illis locis librorum postea compositorum, quorum unum in commentario Categoriarum Aristotelis p. 195 A occurrentem iam p. XXVII adn. 28, alterum qui est in commentario Topicorum Ciceronis p. 1114 B supra p. X s. attulimus, titulum non appellat neque magis perspicua uerba prioris commentarii p. 4, 12. 131, 20 sunt, locis autem posterioris commentarii qui supra (p. XIII cum adn. 7) propositi sunt, cum dicit de *prima* et *posteriore* editione (p. 154, 2 ss.), de *priore uolumine* (p. 181, 9), ad formam titulorum statuendam uti non possumus, sed his ad aliam potius quaestionem perducimur. Etenim quamquam Boethius ipse nominibus editionis primae et posterioris utitur, inuestigandum tamen est, utrum ipso in initio, cum commentarios scripsit, statim illis hos titulos imposuerit an alia sit horum origo. Illud in priore commentario ea tantum condicione fieri potuit, si tum, cum illum composuit, non solum iam certum consilium alterius scribendi ceperat, sed etiam in libro ipso aliquo certe indicio rationem tituli Editionis primae reddidit.[40]) Sed illud consilium, ut expositum est (p. XII s.), non ceperat neque quicquam in priore commentario de titulo illo significat. Sequitur ut titulum uocabulo editionis insignem non natiuum fuisse, sed postea libro inditum esse pro certo habendum

[39]) His uerbis Cassiodorum, quoniam nihil nisi Victorini interpretationem Latinam Isagogae et commentarium posteriorem Boethianum commemorat, rem non accurate declarare apparet.

[40]) Eius generis exemplum Boethius ipse dat in commentariis quibus Aristotelis librum Περὶ ἑρμηνείας enarrauit: quorum et prima in editione, ipso in principio (I p. 31, 6 Meiser), duplicem se eius libri commentationem confecturum esse ostendit, quid primae, quid secundae editioni tribueret designans, et utraque in editione saepe alteram nominatim appellat (cf. indicem Meiseri p. 507).

sit. Haec conclusio necessaria est. Posterioris commentarii de genuino titulo ita fortasse quis dubitauerit, ut Boethium in eo appellatione Editionis secundae usum esse putet, sed de hac re certi quicquam dici non potest. Ego saltem meliorem rationem excogitare non possum quam hanc. Veri tituli commentariorum, prioris sine dubio, posterioris fortasse, mea sententia eo extincti sunt, quod aliquis duos commentarios in unum corpus coniunctos edidit atque etiam geminis titulis conexuit: quod ita factum esse inscriptione illa codicum D et S demonstratur. Quem communem titulum qui finxit, is eo magis appellationem editionum adhibuit, quod Boethius ipse ea loco illo posterioris commentarii p. 154, 2 ss., fortasse etiam in inscriptione eius usus erat. Et quoniam posterior commentarius ut plenior etiam separatim ex illa communi editione descriptus est, ei exemplo simplex titulus *commentum* datus est (cf. supra p. XXX 'Primum genus') alios in codices propagatus. Eodem modo factum est, ut codices quidam (cf. CFHNS p. 135) inscriptione priuarentur. Nam quia in codicibus, id quod notissimum est, subscriptio prioris et inscriptio posterioris libri in unam scriptionem coniungi solebant,[41]) cum Editio secunda describeretur seorsim, incuria librariorum titulus eius neglegebatur.

Sed auctor illius copulationis duorum commentariorum qua aetate atque etiam quis fuerit, de ea re facere non possumus quin coniectura quantum progredi liceat temptemus. Boethium ipsum quidem duo scripta sua, Institutionem arithmeticam et commentarium Topicorum Ciceronis, recognita edidisse constat, sed idem illum in his commentariis fecisse ut ne uestigio quidem indicatur, ita propterea minus ueri simile est, quia ipse in locum prioris commentarii posteriorem substituit. Notum est Martium Nouatum Renatum dialecticos quosdam libros Boethii recensuisse, inter eos tamen fuisse commentarios Isagogae nulla est memoria. Renatus ipse usus

[41]) Velut in codice T (p. 132) inscriptio libri Victorini De definitionibus subscriptioni commentarii prioris adhaesit.

erat exemplari quod Flauius Theodorus scriba insignis ille, Prisciani grammatici discipulus, confecerat, ac Theodorus rursus opera aliqua Boethii Mauortio consule (a. 527) *ex authentico Flauiani*, qui ipse quoque Prisciani discipulus fuerat, exscripsisse traditur. Renati rursus codice adhibito se libros quosdam Boethii correxisse aliquis ignoti nominis subscripsit.[42]) Frequentior igitur fuit in libris Boethii eiusmodi cura. Non temerarium autem uidetur iam Theodorum et Renatum aequales Boethii communicata scribae et grammatici opera ut alios eius libros, ita etiam commentarios Isagogae edidisse suspicari, casu tamen eius rei commemorationem interisse. Illud certe, ut ex descriptionibus codicum Boethii usque ad hanc aetatem notis iudicare licet, affirmauerim, originem huius editionis commentariorum quam proxime ad Boethii ipsius aetatem referendam esse idque propterea, quia in inscriptionibus codicum D et S prioris commentarii, quae, ut ostendimus, plenum titulum duarum editionum continent, inter dignitates Boethii post nomen eius additas etiam magisterium officiorum locum tenet. Quae dignitas inter tot Boethii libros manu scriptos in paucissimis, quantum quidem scimus, quorum tamen propria quaedam est condicio, inuenitur. Nullum autem aliud de ea Boethii dignitate extat testimonium nisi uno loco libri recentioribus demum temporibus reperti, in Excerptis Valesii c. 85: *Boetius patricius, qui magister officiorum erat.* Ergo rei nequaquam communi notitia uulgatae tam sin-

[42]) De ea opera Boethii: Usener, Anecd. Hold. p. 2 adn. *. 41. 47 adn. 14; Schepps, *Subscriptionen in Boethiushandschr.*, *Blätter f. bayer. Gymnas.* uol. XXIV p. 27 ss.; de Renato, Flauio, Flauiano apud Teuffelium, *Gesch. d. röm. Litter.*[5] pp. 1233 et 1243 omnia indicata sunt. Sed quod apud Teuffelium p. 1233, postquam cum aliis libris dialecticis Boethii duo commentarii Isagogae nominati sunt, scriptum est: *Unsere handschriftl. Überlieferung der letztgenannten Schriften geht ... auf ein von ... Renatus ... durchgesehenes Exemplar zurück*, hoc de commentariis Isagogae adhuc non est demonstratum, sed nostra demum disputatione haec quaestio tractatur. — De ignoto illo correctore: Jahn, *Über die Subscript. i. d. Handschr. römischer Classiker*, *Berichte d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* uol. III (1851) p. 355; Schepss l. c.

gularem in codicibus commemorationem eius aetatis esse apparet, quo accurata rerum Boethii scientia nondum interierit.[43]) Sed huius quaestionis condicio fortasse tum omnino perspicua fiet, cum cunctis uetustioribus Boethii codicibus cognitis quae sit historia operum eius et quae in corpora sint digesta inuestigatum erit.

IV. De codicibus rationibusque criticis.

Varia his in libris Boethii codicum, si quid contineant spectatur, genera sunt. In aliis commentarius prior, in aliis posterior modo inest, alii nihil nisi Isagogen Latinam Boethii exhibent, sunt rursus quibus comprehenduntur aut duo commentarii aut hi coniuncti cum Isagoge separata aut cum eadem alteruter commentarius. Sed in codicibus commentarii posterioris commemorandum est lemmata Isagogae minime inesse integra omnia, sed longe in plerisque pauca plene esse perscripta, plurima ita intercisa esse, ut primae et extremae modo partes nota *usque* uel *usque ad* interposita (cf. ad p. 178, 14) relictae sint.[44]) Integra in omnibus codicibus breuiora modo lemmata quaedam sunt (cf. p. 147, 5. 159, 3. 167, 21. 171, 23. 174, 3. 177, 7. 179, 18. al.), cuncta lemmata plena nullo commentarii codice continentur, ita ut complura codicibus Isagogae separatae (Ω) modo seruata sint (cf. ad p. 188, 11. 194, 21. 228, 4. 251, 1. 253, 13. 14. 258, 11. 260, 7), pleraque praeter codices Ω tradantur codicibus L et R tantum (cf. ad p. 267, 5. 270, 6. 272, 3. 275, 6. 280, 15. 286, 1. 3. 291, 6. 295, 16. 302, 18. 304, 4. al.), alia duobus R et S (cf. ad p. 211, 17. 220, 13. 230, 11), duo tribus LRS (cf. ad p. 216, 7. 225, 12), nonnulla uno R (cf.

[43]) Cf. Excursus III.

[44]) Itaque hoc *ad* post *usque* positum non potest ad lemma trahi, ut in editione Bussii factum est ad p. 30, 1 (apud nos p. 206, 17): et] 'ad *A*' (nobis codex *P*); p. 31, 6 (= p. 216, 17): ut] 'ad *A*'. — Unum exemplum illius notae *usque ad* inueni apud Augustinum, De catech. rud. c. 15 (t. VI p. 273 F. G Maur.), ubi in contextu posita est.

ad p. 234, 16. 236, 8. 240, 1. 248, 13. 262, 5. 265, 15), unum uno L (cf. ad p. 246, 14). In codicibus commentarii et prioris et posterioris lemmata ita distingui solent, ut uel signo paragraphi uel, idque saepissime, hamulis in margine ante singulos uersus positis uel scriptura accuratiore uel maiore, in Parisino P splendidissime minio facta uel litteris initialibus saltem eodem colore pictis, insigniantur. Codicum autem Isagogae separatae haec sine dubio fuit origo, ut lemmata ex commentario posteriore excerpta in unum conscriberentur, haec autem lemmatum contractio indicio illo *usque (ad)* significaretur: quod cum in uno aliquo codice omnium nostrorum parente factum esset, ad paucos tamen (LRS) pleraque lemmata non inminuta propagata sunt. Priore ex commentario lemmata excerpi non potuisse res ipsa ostendit.

Magnus est numerus codicum commentariorum et Isagogae separatae, quorum plurimos bibliothecae Gallicae, pauciores Germanicae, non multos pro sua multitudine et magnitudine Italicae et Britannicae habent. Nullus tamen codex decimum saeculum superat, plurimi saeculis duodecimo et tertio decimo scripti sunt. Condicio rei ex eo perspicietur, quod, sicut ex indice codicum a Schepssio diligentissime confecto colligitur, in bibliothecis Parisinis triginta quinque codices uel integri uel mutili sunt, e quibus decem sunt saeculi X uel XI, tria saec. XI uel XII, undecim saec. XIII, nouem saec. XIV, duo saec. XV. Ex his priorem modo commentarium tres continent, quinque posteriorem, Isagogen separatam uiginti tres, utrumque commentarium duo, posteriorem et Isagogen unus, duos commentarios et Isagogen unus. Omnes omnino saeculorum X. XI. XII codices, quantum Schepssii ex tabulis apparet, uel integri uel mutili numero sunt triginta sex.

Tot codices cum aut collatos aut ex locis idoneis satis cognitos habeamus, maxime uero quia pauci duorum commentariorum loci in omnibus codicibus a nobis adhibitis damna eaque leuia modo contraxerunt, non putauimus ad posteriora saecula aliquid integrioris memoriae permanasse librosque his saeculis scriptos praetermisimus. — Ordinem codicum qualem

iam in descriptione sequemur et in apparatu editionis secuti sumus a Schepssio institutum, etsi neque cum auctoritate neque cum cognatione eorum prorsus congruit, mutare tamen noluimus. In percensendis autem codicibus ea diuisio aptissima uidebatur, ut primum codices commentarii prioris, deinde posterioris, tum Isagogae separatae perscriberemus: in quo fieri non potuit quin codices quidam binis uel ternis locis appellarentur, incommodum tamen, ut opinor, inde non existet.

1. Codices commentarii prioris.

Codex Monacensis 6403 (olim Frisingensis 203), quem C
iam a Bussio (p. XXXII) adhibitum Schepssius hunc secutus littera C signauit, 19, 5 × 25, 5 cm., 201 foliorum, 31 in pagina uersuum, in foliis 53ª—86ᵇ commentarium priorem, 87ª—128ᵇ posteriorem continet. Codex totus litteris grandibus ab eadem manu diligenter scriptus est circiter a. 1000, id quod hac inscriptione demonstratur in folio 53ª posita: GOTTSCALCHO EP̄O P̄CIPIENTE ANTRICO FIDELI EI' CLERICO MAGISTRO SCOL⟨AE⟩ CUM DISCIPULIS SUIS IMPETRANTE ISTE LIBER CONSCRIPTUS EST. Gottscalchus autem sedem episcopalem Frisingae, ubi postea Otto episcopus (mort. a. 1158) Boethii potissimum libris usus dialecticae eximie operam dabat (cf. Prantelium II² p. 105. 229), annis 994—1005 tenuit.[45]) Correctiones in codice paucae ab ipso scriptore factae

[45]) De hac aetate Gottscalchi cf. Meichelbeck, *Histor. Frising.* I p. 189 s. 204, et Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter*⁷ I p. 454 adn. 7. Eadem in pagina Wattenbachius de Gottscalchi et Antrici cura operaque scribendi libros dicit (de Antrico cf. adn. 8), praeterea in libro *Das Schriftwesen des Mittelalters*³ p. 441. Etiam codices nunc Monacenses 6256. 6303. 6372 ab Antrico iussu episcopi sui confectos esse scribit, e quibus 6256 et 6372 eandem quam 6403 inscriptionem habent: in qua uocem IMPETRANTE parum intellegi posse ait, Antricum eam fortasse quasi *patrante* esset posuisse; nam 'patrare' libros non solum 'comparare', sed etiam 'scribere' significasse (ibid. p. 471 s.). Sed rectius rem A. Engelbrecht explicat mihi scribens causam non esse, cur *impetrante* non de eo dictum esse possit qui precibus impetrauerit, ut exem-

sunt, nonnullae eaeque ex alio codice a manu altera, quaedam etiam a tertia additae sunt: quas posteriores correctiones ut ad rationes criticas hic et alibi nullius momenti in editione una nota *m2* comprehendimus. Etiam glossae et scholia inueniuntur. Hic codex etsi nullum genus uitiorum uel casui uel consilio tribuendorum abest, omnium tamen primo in loco est ponendus. Schepssius a. 1890 contulit, ego quoque Heidelbergam transmissum a. 1902 perlustraui.

D Codex Coloniensis 189 (cf. Jaffé et Wattenbach, Eccles. Metropolit. Colon. codd. manuscr. p. 79), saeculi X uel XI, 19 × 23, 5 cm., 23 uel 24 in pagina uersuum, in foliis 1ᵇ—32ᵇ commentarium priorem usque ad p. 97, 25 continet. Correctiones habet scriptoris, praeterea ex alio codice sumptas alterius manus, nisi duae correctrices fuerunt. Contulit Schepssius a 1892, ego quoque multos locos a. 1902 Heidelbergae legi.

F Codex Coloniensis 187 (cf. Jaffé-Wattenbach p. 78), saeculi XI, formae maximae, 30 × 48 cm., 61 uersuum, 56 folia ordine ualde turbato, qui in catalogo illo descriptus est, conexa continet. In foliis 1—4 et in parte folii 5ª est Isagoge
Φ separata, nobis Φ, sequitur in folio 5 et in septemdecim proximis commentarius prior, in undecim aliis posterior usque ad p. 233, 13, accedunt *Boetii de musica libri.* Codex accurate scriptus paucas correctiones et glossas habet a scribis adiectas. In Isagoge et in commentario priore omnes, in posteriore, cuius alii meliores codices sunt et ipsius codicis ratio alia atque in priore est (cf. infra adn. 62), potiores lectiones dedi.[46])

plari comparato liber describeretur; Antricum enim magistrum scholae una cum discipulis suis episcopum adisse, ut librum ad scholae usum necessarium conficiendum curaret, et iussu episcopi preces eorum accipientis librum siue ab Antrico ipso siue ab alio aliquo confectum esse. — Notitiam Horatii habuisse librarium ex additamento quod p. 25, 18 in contextu codicis est noscitur.

[46]) Et hoc et aliis in codicibus hanc rationem secundum Regulam ab Academia Vindobonensi de editionibus Corporis script. eccles. Lat. apparandis constitutam secutus sum, ne adnotatio critica inutilibus scripturis obrueretur.

Collatus est a Schepssio a. 1892, a me a. 1902 Heidelbergae multis locis inspectus.

Eiusdem fere generis est fragmentum commentarii prioris usque ad p. 65, 10 *definire*] pertinens, quod in Londinensi Harleiano 2713, saeculi XII, in foliis 43 ss. est.

Codex Sangallensis 831, saeculi XI, ut Scherrerus G (*Verzeichnis der Handschr. der Stiftsbibliothek v. St. Gallen* p. 282) ait, secundum Schepssii aestimationem iam saeculi X,[47]) 18 × 25, 5 cm., 364 paginarum, 33 uel 34 uersuum, per binas columnas pulchre scriptus, perpaucis cum correctionibus, in paginis 184—259 commentarium priorem, 280—294 Isagogen, nobis Σ, 295—331 et 333—344 excerpta commentarii poste- Σ rioris, quibus etiam loci prioris inmixti sunt, continet. Huius tertiae partis ad editionem nostram usus esse non potuit. In Isagoge selectas modo lectiones codicis dedimus. Contulit Schepssius a. 1892.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 8672, K olim Colbertinus 1496, saeculi X uel XI, 23, 5 × 31 cm., 27 uel 28 uersuum, in foliis 53^{a}—88^{a} commentarium priorem continet. Multi errores atque etiam mera monstra uerborum occurrunt, perpaucos tamen locos deprauatos manus prima, etiam pauciores alia correxit. Lectiones commemoratione dignas modo recepi. A Schepssio a. 1892 collatus est.

Similis codicum FGK — nam propriam classem efficiunt —, propior tamen fortasse codicibus K uel etiam F quam G, est Vindobonensis 2269, saeculi XIII, in foliis 9^{b}—24^{b} hunc commentarium exhibens.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 11129 P (cf. Delisle, *Inventaire des manuscrits latins . . . 8823—18613, I supplément latin*, p. 111), saeculi XI, 17 × 25 cm., 32 in pagina uersuum, commentarium priorem (fol. 2^{a}—43^{a}), Isagogen (fol. 43^{a}—52^{a}), quam littera Π signauimus, commentarium Π posteriorem (fol. 52^{a}—107^{b}) continet. Per totum codicem, etsi plurium librariorum opera confectus est, scripturae eadem est

[47]) Itaque p. 2 (*G*) et 134 (Σ) 'saec. X—XI' scribere debui.

diligentia, usque in alterum librum commentarii posterioris lemmata minio, ut iam p. XXXVI dictum est, picta sunt. Permultis locis aut a prima manu aut alio codice ascito ab altera correctus est.[48]) Bussius hoc codice, quem A appellat, in Isagoge edenda, sed lemmatis modo eius ex commentario posteriore sumptis[49]) usus est (p. XXXI) tantum dignitatis ei attribuens, ut eum agmen ducere iudicaret (p. IX). Quam ad aestimationem etsi accedere non possum, tamen hunc testem memoriae excludendum non esse arbitratus, postquam a. 1902 Heidelbergae contuli, ita eo, ut potiores modo lectiones subscriberem, usus sum.

R Codex Monacensis 14436, saeculi XI, 20, 5 × 24, 5 cm., 26 uel etiam 25 in pagina uersuum, in foliis 67—82 et quae perperam sequuntur 62—66 commentarium priorem usque ad p. 61, 24 continet. Pulcherrime scriptus est neque correctionibus retractatus, redundat tamen lectionibus peruersis. Itaque utiliores modo in adnotationem recepi. Contulit Schepssius a. 1890.

N Codex Bambergensis 325, saeculi XI, 21, 8 × 28, 5 cm., 42 uel 43 in pagina uersuum, in folio 1 et parte folii 2 prooemium commentarii prioris usque ad *uideatur*] p. 16, 11, post in foliis 2^b—25^a commentarium posteriorem continet. Perrarae sunt correctiones manus alterius. In prooemio illo quoniam codex cum Monacensi R paene ad uerbum con-

[48]) In ea parte codicis quae Isagogen separatam continet, tres glossae theotiscae superscriptae sunt, etiam Sangallensis Σ duas habet: de quibus Gust. Ehrismann, cui tradideram, disputauit *Zeitschrift für deutsche Wortforschung* IV (1903) p. 249 s., qui quattuor harum quinque glossarum etiam in codice Vindobonensi 311 Isagogae (cf. infra p. XLVII s.) inueniri ostendit editas a Steinmeyero et Sieuersio, *Die althochdeutschen Glossen* II p. 366 (descriptus est Vindobonensis uol. IV p. 633). Memorabilis hic est glossarum consensus, referendus fortasse ad scholam Sangallensem, ex qua ut ipse Sangallensis Σ, ita etiam Parisinus Π et Vindobonensis primam originem accepisse uidentur.

[49]) Isagogen ipsam in codice inesse apud Bussium ne indicatur quidem; is qui codicem in usum eius contulit, eam non animaduertisse uidetur, sed etiam in catalogo omissa est.

sentit, etsi Schepssius eum admiserat, ego seclusi, in commentario posteriore delectum lectionum feci. Contulit Schepssius a. 1892.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 12958, antea Sangermanensis 777, saeculi X, uel 20 uel 20,5 × 26 cm., 42 uel 43 uel 44 uel etiam plurium in pagina uersuum, in foliis 1—19^b commentarium priorem ab una, 20^a—43^b posteriorem mutilum usque ad p. 239, 4 ab altera manu scriptum, nisi forte sub finem, a fol. 41^a = p. 222, 14, tres ni fallor deinceps aliae succedunt, continet. De diuersa hoc in codice origine duorum commentariorum infra adn. 62 dicetur. Scriptores, idque maxime de commentario priore dicendum est, officio parum sedulo satisfecisse uidentur, multi enim errores neglegentia admissi sunt. Sed quod in fine folii 8' totus locus qui est inter uerba p. 58, 23 *non praedicari* et p. 63, 17 adn. DE SPECIE, pariterque in folio 10^b qui est inter uerba p. 69, 13 *collata* et p. 73, 24 *quodsi,* omissus est, hoc damnum eo fortasse est effectum, quod iam in eo codice ex quo S descriptus est, duo folia interciderant. Duo hi loci postea, unus ab alio aliquo, alter a correctore codicis in singularibus foliis refecti sunt. Codex maxime in priore parte incuria casibusque male est habitus. Correctiones nonnullae a manu prima, multo plures auxilio alterius codicis factae a duabus aliis manibus antiquis adiectae sunt, quae tamen in commentario posteriore propter similitudinem scripturae et liquoris uel fului uel flaui saepe discerni non possunt (cf. infra adn. 57 extr.); fortasse praeter has alia quoque manus correctiones adiecit. Manus correctrices glossas quoque litteris *i.* = *id est* uel *s.* = *scilicet* praescriptis addiderunt, sed etiam proprius glossator quasdam aspersisse uidetur. Nihil omnino insuauius quam istarum correctionum glossarumque obseruatio et distinctio. De singulari quodam usu lemmata Isagogae et explanationem Boethianam significandi ad p. 167, 21 et 24 dictum est. Propter multitudinem errorum correctionumque in lectionibus codicis ad apparatum admittendis modum haberi necesse fuit. Schepssius a. 1892 contulit, a. 1901 ego quoque Heidelbergae operam ei dedi. S

T Codex Abrincensis 229 *Ex Monasterio Sti Michaelis in periculo maris* (cf. *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publ. de la France* t. X, 1889, p. 107, et *Catalogue général . . . des départements* t. IV, 1872, p. 540), saeculi X, 21 × 26 cm., 33 in pagina uersuum, manu celeri et exercitata, sed ineleganti scriptus, in foliis 1—10 et 99—114[a] commentarium priorem discerptum continet, sequitur in foliis 114[b] et 115[a] initium Isagogae usque ad p. 212, 18 *continetur*] (sic). Insunt correctiones et primae et duarum aliarum manuum. Codicem, quem propter aetatem examinandum esse Schepssius censuerat, cuius tamen specimen nondum habuerat, ego eo magis asciui, quia duo codices D et R mutilati sunt, omisi tamen in apparatu lectiones quae nullius momenti sunt. Partim a. 1902, partim a. 1904 Heidelbergae contuli.

Codex Oxoniensis Laudianus 49, saeculi XI, Isagogen (fol. 1[a]—3[a]) et duos commentarios (I: fol. 3[a]—14[a]; II: 14[a]—27[b]) continet. Ex lectionibus eius quas Schepssius comparauit. in commentario priore similem eum esse Abrincensis conicitur. Schepssius nonnullas lectiones eius in adnotationem receperat, ego p. 8, 1 unam, quae tamen minime grauis est, reliqui atque etiam in contextu posui.

2. Codices commentarii posterioris.

De codicibus CFNPS, praeterea de Oxoniensi 49 in capitulo 1 dictum est.

E Codex Einsidlensis 338, saeculi X, 9, 5 × 11, 5 cm., in paginis 2—271, uersuum 18 uel 19, hunc commentarium continet. Correctus est a manu prima et lectionibus ex alio codice sumptis ab altera; etiam scholia insunt. Schepssius contulit intra annos 1892 et 1894.

G Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 13955, olim Sangermanensis 1094, saeculi X, 18, 5 × 22 cm., 29 in pagina uersuum, commentarium in foliis 5[a]—46[b] continet. Rarae correctiones sunt primae aut alterius manus, glossae quoque paucae. A Schepssio a. 1895 collatus est.

Codex Coloniensis 188 (cf. Jaffé-Wattenbach p. 79, ubi etiam decem uersus editi sunt folio primo inscripti, ex quibus *audimus scholasticum inuitis pueris Boethii scripta exponentem*), saeculi XI, 23, 5 × 32 cm., litteris grandibus egregie scriptus est, commentarius est in foliis 1ᵇ—119ᵇ, 23 uel 24 in pagina uersuum. Perpaucis locis a manu prima correctus est, sed etiam duae aliae manus, una diligentior, altera neglegentior, correctiones, non multas tamen, plerumque notis *al* aut *l* praepositis ascripserunt, prior etiam glossas, quae signo *i.* noscuntur, addidit. Raro aliae quoque manus quaedam adnotauerunt. Schepssius a. 1893 contulit, ego quoque a. 1902 eo usus sum. H

Codex Monacensis 14516, olim Ratisbonensis S. Emmerami 516, saeculi X, 16 × 22 cm., in foliis 3ª—12ª med., 28 in pagina uersuum, Isagogen, apud nos Λ, in foliis 12ª med. — 49ª, plerumque 38, raro 37 uel 39 uersuum, commentarium posteriorem continet. In Isagoge margines et interualla uersuum prorsus obsita sunt scholiis glossisque a duabus manibus paene continenter, etiam ab aliis disperse ascriptis. Etiam in commentario plurimae correctiones sunt saepe signo *al* notatae, multae factae a manu prima, plures ab altera simillima et a tertia, quae cum atramento usa sit, facile a duabus illis discernitur, quarum scriptura fului coloris est. Ac ne aliae quidem manus desunt. Glossas iam prima manus addidit nota *s.* uel *i.* signatas. Hoc in codice pleraque lemmata Isagogae integra perscripta esse iam p. XXXV dictum est. In his lemmatis lectiones codicis omnes, in commentario selectas dedimus. Schepssius a. 1891 contulit, ego Heidelbergae a. 1902 permultos locos recognoui. L Λ

Hoc cum codice arta propinquitate coniunctus est codex Monacensis 4621, saeculi XII, a Bussio, qui eum littera B significauit, in editione Isagogae adhibitus (p. XXXII). In foliis 80ᵇ—120ᵇ est Isagoge, ante hanc in foliis 76ª—80ª et in marginibus foliorum 80ᵇ—120ª commentarius est scriptus, ita tamen, ut quoniam spatia marginum satis ampla non sunt, magnae partes eius omissae sint. Schepssius cum codicem a.

1891 conferret, de quo egit *Blätter f. d. bayr. Gymnas.* uol. XXIX (1893) p. 116 ss., maximam inter hunc et Monacensem L similitudinem intercedere inuenit atque etiam scholia in margine codicis L posita in contextum illius recepta esse: quare codicem B Bussii ex L descriptum esse dixit. In schedis autem etiam illud scriptum reliquit, codicem B ab eodem confectum uideri, qui in L correctiones nigro liquore factas adiecisset, lemmata autem Isagogae partim ex L, partim ex Λ sumptas esse. Plurimi sane loci eiusmodi sunt quibus Schepssii sententia confirmetur, non desunt tamen quibus inter se differunt. Bis, p. 146, 11 et 24, codex singulares prae ceteris codicibus lectiones habet, quarum una fortasse uera est, altera nobis uera esse uidebatur, ita ut eam reciperemus: sed emendationes faciles sunt, fortasse inter scribendum librario subortae. Praeter hos locos codicis rationem non habuimus.

Hic etiam codex Laurentianus plut. 89 sup. cod. 80 adiungendus est, saeculi XI, in foliis 2ª—13ᵇ Isagogen, 14ª—72ᵇ commentarium continens, sed sextus quaternio deest, in quo fuit locus p. 211, 15 *substantia* — 241, 13 *accidentibus*. Bussius in recensione sua Isagogae constituenda inter codices Isagogae separatae huic, quem L appellat, secundum locum tribuit (p. XXXII), lectiones quasdam commentarii p. XXXIV dedit, multas a Floriano Weigel excerptas nos habemus. Ex quibus hunc et Monacensem L prope inter se contingere colligitur,[50]) ita ut Laurentianus melioribus libris adnume-

[50]) Codicem proxime accedere ad Monacensem L cum ex hoc apparet, quod plures cum hoc quam cum ullo alio nostrorum codicum lectiones communes habet, tum illa re, quod in folio 36ª post uerba *differt genus* p. 193, 18 pariter atque in Monacensi locus p. 189, 5 *quoniam etiamsi* (sic uterque codex) usque ad *animal* p. 189, 16 et uerba p. 194, 20 s. *Quare — praedicantur* inlata sunt. Etiam lemma p. 194, 20—195, 5 cum uno Monacensi, in quo pars media lemmatis postea addita est, integrum praebet. Per errorem tamen apud Bussium dictum est commentarium in codice tribus libris exhiberi: hoc enim ex catalogo Bandinii uol. VI p. 340 sumptum est, a Bandinio autem re non satis inspecta propterea cre-

randus sit, sed propter lacunam illam Monacensi inferior est. Permultas glossas superscriptas habet.

Codex Vaticanus Reginensis 1332, olim Petauii, saeculi X, formae quadratae, 21 in pagina uersuum, in foliis 1ª—45ᵇ commentarium ita continet, ut paginis in binas partes diuisis in exteriore quae est angustior parte lemmata Isagogae scriptura grandi, in interiore commentarius scriptura minuta positus sit. Lemmata, ut supra p. XXXV dictum est, paene omnia plene perscripta sunt. Multa in codice neglegenter aut mendose scripta aut omissa sunt, quorum magnam partem manus quaedam simillima atramento pallidiore correxit, ita ut quae correctiones scriptoris, quae correctoris sint, non ubique satis dispiciatur. Plane eadem illa scriptura apparet in margine dextra folii 43ª, ubi anno MXXXIII a. d. III Kalendas Iulias eclipsin solis factam esse pluribus uerbis narratur: quem locum a librario, non a correctore scriptum esse si constaret, codex non saeculi X, sed ineuntis XI esset.[51]) Codice eodem modo quo Monacensi L usus sum. A Friderico Ladek a. 1892 collatus est. R

Etiam codex Vaticanus 566, saeculi XII, in foliis 1—25ª commentarium continet, sed lectionibus perpaucis sane quae praesto nobis sunt, non commendatur. Neque plus iuris alii quidam codices, quia recensionem admodum mixtam habent, pars etiam mutili sunt, obtinere possunt. Parisinus 6288, olim Colbertinus 1489, saeculi X, in foliis 71ª—109ª commen-

ditum, quia initium quarti libri cum sexto quaternione interiit, quintus uero liber inscriptione caret. Pariter in Parisino 6288, quem p. XLV s. commemoramus, Bussius p. XXXII commentarium in duos libros diuisum esse ait sine dubio ueterem catalogum bibliothecae Regiae Parisinae (1744) t. IV p. 224 secutus, ubi *Boetii in Porphyrii isagogen a se translatam libri duo* esse dicuntur: sed hic quoque error magna lacuna codicis non animaduersa ortus est. Quod propter ea quae p. X exposuimus, monendum fuit.

[51]) A Reifferscheidio, *Bibliotheca Reginensis*, *Sitzungsber. der k. Akad. d. Wissensch. in Wien, phil.-hist. Cl.*, uol. 59 p. 41 ss., codex non commemoratur: qui quoniam codices post decimum saeculum scriptos praetermittere solet, illum huius saeculi esse non existimasse uidetur.

tarium, cuius tamen magna pars p. 168, 13 *ac probabiliter* usque ad p. 233, 14 *de speciebus*] intercidit finem libri primi, secundum totum, tertium prope totum comprehendens, et in foliis 148ª—156ᵇ Isagogen continet. Breuiter a Bussio (p. XXXII 'cod. E') commemoratur, qui tamen lemmata modo Isagogae quae in commentario fol. 75ᵇ sunt respicit, de Isagoge separata tacet; de alia quadam re adn. 50 dixi. Codex eius classis est quae, ut infra demonstrabimus, codicibus EGRS efficitur. Fragmentum commentarii est in Parisino 7183 miscellaneo, saeculi X uel XI, in octo foliis non numeratis quae quindecim prima folia sequuntur, desinit p. 174, 9 *cuiusque*]. Etiam in Parisino 12957, saeculi X uel XI, in foliis 75ª—82ᵇ initium commentarii usque ad p. 184, 7 *et nix*] superest, classi codicum CFHN ascribendum, sed magis deprauatum quam hi codices. Ex recensionibus CFHN et EGRS contextus codicis Oxoniensis 49, de quo p. XLII dixi, mixtus est pariterque codicis Aurelianensis 267, antea 223 (*Catalogue général ... des départ.* t. XII p. 130). Huius codicis posteriorem partem Libri abstulit, nunc est codex Parisinus *Nouv. acquis. lat.* 1611; in quo Isagoge separata est, quam in proximo capitulo (cod. Δ) commemorabimus.

3. Codices Isagogae separatae.

Codices Λ (Monacensis L) Π (Parisinus P) Σ (Sangallensis G) Φ (Coloniensis F) iam p. XLIII. XXXIX. XXXVIII sunt commemorati. Praeter hos alii tres a nobis adhibiti sunt.

Γ Codex Coloniensis 191 (cf. Jaffé-Wattenbach p. 80), saeculi XI, 22 × 30 cm., 22 in pagina uersuum, Isagogen in foliis 1ª—22ᵇ continet. Insunt paucae correctiones manus primae et aliarum, in marginibus loco scholiorum particulae commentarii posterioris, sed etiam prioris quaedam ascriptae sunt. Schepssius a. 1893 contulit.

Δ Codex Parisinus *Nouv. acquis. lat.* 1611, antea pars codicis Aurelianensis (olim Floriacensis) 223, nunc 267 (cf.

in capit. 2 extr. de hoc codice dicta et Delisle, *Catalogue des manuscr. des fonds Libri et Barrois*, 1888, p. 59 ss.), saeculi X uel rectius XI, quattuor in foliis 57—60 Isagogen continet. Correxit manus prima, sed etiam adhibito diuersi generis codice altera atque tertia. Schepssius a. 1895 uel 1896 contulit.

Codex Erlangensis 579, antea *beate marie uirginis in Haylsprun*, saeculi XII, 12 × 18, 5 cm., 32 in pagina uersuum, Isagogen in foliis 2^{a}—9^{a} continet. A prima manu et duabus aliis correctus est. Potiores modo lectiones dedi. Contuli Heidelbergae a. 1902. Ψ

Iam breuiter ceteros antiquiores codices Isagogae enumerabo. Sunt autem hi: Fragmentum Abrincense: cf. de codice Abrincensi T supra p. XLII. — Codex Aurelianensis 277, antea 233, olim Floriacensis, saec. X, in fol. 52 et 53 Isagogen usque ad p. 313, 5 *Aethiopibus*] continet, reliqua pars quae erat in fol. 54 cum duobus proximis foliis furto Librii ablata nunc Parisini *Nouv. acquis. lat.* 1630 folia 14. 15. 16 sunt: cf. *Catalogue général.... des départ.* t. XII p. 137 et Delisle in libro modo ad cod. Δ appellato p. 100. 102. — Codex Cantabrigiensis 206 Collegii Corporis Christi, saec. X. — Codex Cartrensis 100, antea 92, saec. XI, fol. 1—11. — Codex Laurentianus 89, 80, L Bussii: cf. supra p. XLIV. — Codex Leidensis 139 B (466 in catalogo Geelii), saec. XI, fol. 40—45; in cod. 84 saec. XI catalogi a. 1716 editi *Boethii Dialectica uariis libris digesta* Isagogen non esse scimus. — Codex Marcianus Venetus 497, saec. XII, fol. 106^{b}—113^{b}. — Codex Monacensis 4621, B Bussii: cf. supra p. XLIII. — Codex Oxoniensis 49: cf. supra p. XLII. — Codices Parisini Bibliothecae Nationalis: 6288, cf. supra p. XLV s.; 7193, saec. X, fol. 17—22; 7730, saec. XI, fol. 19^{b}—26^{b}; 12949, saec. X uel XI, fol. 46^{a}—80^{b}. — Codex Turonensis 676, saec. XII uel XIII, fol. 1^{a}—7^{a}, inter meliores est, similis Erlangensis Ψ; contuli Heidelbergae a. 1902. — Codex Vindobonensis 311, saec. XI,

fol. 37^b—54^a; de glossis theotiscis huius codicis cf. supra adn. 48.[52])

Hos inter codices etsi quidam probiores sunt, nullum tamen affirmauerim esse qui praeter septem ΓΔΛΠΣΦΨ, quorum testimoniis editio nostra nititur, ueri fructus quicquam nobis afferre possit. Bussius quidem, qui p. XXXII etiam sex Laurentianos saeculi XIII enumerat, horum duos, unum bibliothecae S. Crucis 11, 5 (P), alterum 89, 76 (Q), quos tamen ipse deterioris familiae esse ait (p. IX), in editione sua Isagogae apparanda loco testium habuit. Et sunt quattuor nostrae editionis loci quibus uerae lectiones his duobus libris uel uno Q continentur, at tales sunt, ut facillime coniectura librariorum emendari potuerint (p. 206, 7. 231, 7. 314, 14. 342, 14), ac ne Bussius ipse quidem eiusmodi locis multum tribuit (ibid.). Contra uiginti fere locis quibus nos nostros codices secuti sumus, Bussii codices cuncti non sufficiunt, ita ut aut suorum auctoritati confisus uera non assequeretur aut etiam suas coniecturas easque feliciter interponeret.

4. De rationibus criticis.

Ex enumeratione et descriptione librorum manu scriptorum plurimos atque antiquissimos decimi saeculi esse apparuit. Sed si quis propter hanc aetatem, quae fidem integrioris memoriae praestare uidetur, illos pro auctoribus satis certis antiquae formae horum librorum ducendos esse existimet, is ubi accuratius eos examinauerit, nonnihil tam ampla de aestimatione detrahet. Nullus est enim inter codices illos qui non modo neglegentia aut imperitia, sed mutationibus quoque consulto factis et

[52]) Codices saeculo XIII superiores quorum non habuimus lectiones, sunt: fragmentum codicis Bernensis 702, saec. XII, in fol. 1. 2 initium Isagogae usque ad p. 189, 9 *illud de quo praedica*] continens et Cheltenhamensis 16236, saec. XII. — Codices Amerbachii et Glareani, qui in editione Basileensi 1546 (1570), praefat. fol. a 3 commemorantur, non hos, sed alios Boethii libros Aristotelicos continuisse uidentur, ut Prantelius II² p. 105 adn. 22 conicit, codex autem 'peruetustus' coenobii Diui Georgii in Silua nigra (*St. Georgen*) ibidem et in titulo editionis nominatus non commentariorum, ut Prantelius putat, sed Arithmeticae et Musicae fuit.

additamentis, saepe etiam glossis in contextum inlatis deprauatus sit. Cuius condicionis causa haec est, quod inter paucos illos libros, quorum usu nono saeculo studia dialectica in Gallia per Scotum Erigenam, in Germania per Hrabanum Maurum, fortasse iam eodem saeculo in Helvetia quoque per scholam Sangallensem ad uim eximiam excitabantur, Boethii Isagoge Latina et commentarii praecipuum locum obtinuerunt. Horum autem studiorum, licet ipsa fuerint honestissima, residua tamen uestigiaque ad codices magno horum cum damno nec minore nostro cum incommodo adhaeserunt, ita ut faecibus interpolationum omnis generis haec opera Boethii nimis obtegerentur. Et corruptio illa adeo inueterauit, ut etiam in editiones propagata ueram speciem horum librorum usque ad hanc aetatem obscurauerit.

Contextus commentariorum etsi in codicibus uel casu uel consilio pessime mutatus est, magna tamen illa ac saepe multifariam dissipata uarietas paucis rationibus continetur. Atque ut eas quam breuissime fieri potest demonstremus, priore in commentario has esse repperimus.

Omnes codices commentarii prioris ex eodem archetypo orti sunt, qui erat tam probus, ut incuria modo librariorum non nimis multis in locis aut uerbis perperam scriptis (p. 16, 17 *magna* pro *magnae;* 23, 18 *molliterque* pro *mediocriterque*; 30, 10. 36, 13. 42, 14. 43, 4. 44, 11. 46, 7. 53, 23. 61, 6. 67, 5. 69, 8; post pag. 70 unus locus est 131, 7) aut omissis (cf. p. 13, 12. 32, 17. 49, 5. 59, 10. 63, 5. 74, 25. 81, 8. 82, 6. 10. al.) erratum sit, ipse licentia tamen iniuriam non acceperit.[53]) Hoc ex archetypo duos codices fluxisse, unius

[53]) Loco 69, 8, ubi uox *mixta* et sensu et Isagogae loco postulatur, plerique codices a manu prima *in ista* (*istis*) uel *inmistra* habent, FGK uocem sine dubio ut corruptam obscuramque omiserunt. Quo ex mendo cum in archetypo litteram *m* non satis clare scriptam fuisse colligi possit, ut *in* legeretur, hac tamen in re parum adiumenti ad aetatem archetypi definiendam positum est. Nam ut omittam lectionem illam *inmistra*, potuit tam in scriptura semiunciali quam minuscula, uix tamen in unciali, littera *m* ita scripta esse, ut similis litterarum *in* esset. Cf. adn. 61.

autem recensionem eamque meliorem codicibus CDR, alterius, quae quamquam non caret ueris lectionibus, tamen deterior est, codicibus FGK subesse, multis locis quibus falsae lectiones alterius utrius harum classium ab altera apertissime differunt, ostenditur.[54]) Quibus ex locis iam archetypum utriusque classis interpolatum fuisse colligimus: quae coniectura eo fortasse confirmatur, quod interdum bini quidam utriusque classis codices contra singulos stant. Sed multo magis haec res eo referenda uidetur, quod ii codices non ipsi, sed per alios codices interpositos ex archetypis originem habent atque his ex propioribus parentibus errores interpolationesque uarie acceperunt.[55]) Quae condicio rei cum satis dilucida simplexque uideatur, turbatur tamen eo, quod codices quidam duarum classium CDR et FGK singularem in modum inter se concinunt: quam con-

[54]) In **CDR** (D p. 97, 25, R p. 61, 24 desinit) consulto mutata sunt p. 36, 5 (*natus*, cett. *genitus*). 4, 13. 12, 4. 17, 23. 19, 10. 48, 23. 57, 5. 58, 12; casu, ut uidetur, p. 12, 22 (*praecedentibus*, cett. *proced.)*. 28, 3. 47, 17. 57, 1; omissa p. 34, 18. 47, 17. 58, 21. — In **FGK** consulto mutata (saepe uerba aliter collocata) p. 6, 2. 7, 22. 16, 4. 23, 23. 30, 13. 46, 12. 59, 12. 72, 21. 73, 19. 74, 11. 75, 18. 76, 1. 77, 3. 10. 78, 23. 24. 79, 13. 84, 13. 90, 14. 91, 13. 92, 18. 95, 12. 17. 21. al.; casu, ut uidetur, p. 40, 6 (*est*, cett. *esse*). 77, 14. 90, 11. 92, 1. 130, 9; omissa p. 13, 8. 14, 14. 69, 8 bis. 72, 1. 95, 12. 121, 5. — In locis hic et infra allatis prima modo manus spectatur, nisi ubi aliud indicatum est.

[55]) **CD** contra **R** p. 16, 11 (inscriptio). 36, 5 (*quis* om. CD). 45, 20. 76, 19; **CR** contra **D** p. 5, 17 (*et generum* CR, *genera et genera* D). 6, 13. 21, 2. 15. 28, 6. 29, 9. 14. 19. 20. 30, 9. 34, 20. 37, 10. 38, 19. 43, 12. 51, 19. 58, 23; **DR** contra **C** p. 12, 7 (*et* om. DR). 58, 12. Itaque C et R ex propria propagine archetypi classis CDR orti uidentur. — **FG** contra **K** p. 38, 9 (*oriri* FG, *ordinis* K); 4, 13. 56, 24. 77, 24. 78, 3. 91, 15. 95, 8; **FK** contra **G** p. 10, 14 (*speciei* FK, *differentiae* G); 8, 10. 17. 11, 4. 21. 20, 24. 22, 9. 24, 19. 47, 12. 50, 24. 51, 18. 61, 14. 67, 21. 73, 22. 96, 9. 97, 12. al.; **GK** contra **F** p. 11, 11 (*asinumque* add. GK); 7, 19. 31, 7. 34, 9. 59, 7. 62, 9. 68, 15. 80, 20. 81, 1. 84, 6. 88, 7. 91, 21. 99, 1. al. Diuersitas multitudinis locorum ex codicibus FG, FK, GK propositorum ita facillime explicabitur, ut F et G ex communi archetypo classis fluxisse, K autem ex duobus codicibus similibus codicum F et G mixtus esse dicatur.

gruentiam eo ortam esse ueri simile est, quod inter codices duarum classium iam mutua lectionum communicatio intercessit.[56]) Sed etiam certius eius rei documentum est. Restant enim tres codices PST nonnihil inter se discrepantes, sed eo pares, quod ex duabus illis classibus conflati sunt:[57])

[56]) **C** et **F** p. 84, 8 diuersis locis *concessit* addunt; **C** et **K** p. 41, 19 *praedicatur* (*-cetur*), cett. *appellatur*; **CK** et **F** cf. p. 13, 6; **D** et **F** p. 38, 12 *cognatio cuncta,* cett. alia. 65, 11. 69, 19; **D** et **K** p. 15, 16 *apodictiones*, cett. *apodictici.* 63, 17 (inscriptio). 67, 5; **DR** et **F** p. 34, 12 *in unum genus*, cett. *genera in unum*; **K** p. 29, 15 *talia*, cett. *proinde*, ad quod s. l. glossa *i. talia* in **DG**.

[57]) Congruentia classium **PST** et **CDR** his locis exstat: **CDR** et **PST** p. 48, 25 (*si* uel *sic* add.); **CDR** et **PS** p. 25, 22 (*disputatio*, cett. *-tionem*). 56, 14; **CDR** et **PT** p. 29, 15 (*de accidentibus uero*, cett. *deinde accidentia*). 41, 1; **CDR** et **P** p. 25, 22 (*consideratio*, cett. *considerationemque*); **CDR** et **ST** p. 15, 6 (*inquam* om.). 28, 6; **CDR** et **S** p. 16, 17 (*et* add.). 21, 9; **CDR** et **T** p. 36, 3 (*in* [uel *a*] *quo quis genitus est* add.). 59, 23; **CD** et **PST** p. 69, 5; **CD** et **PS** p. 74, 14; **CD** et **PT** p. 62, 14; **CD** et **S** p. 76, 19; **CD** et **T** p. 70, 22. 71, 22. 94, 18; **CR** et **P** p. 18, 20. 21, 2; **CR** et **ST** p. 50, 21; **CR** et **S** p. 5, 11. 14, 23; **C** et **PST** p. 90, 19. 117, 8. 118, 4; **C** et **PS** p. 65, 11 (Sm2). 117, 10; **C** et **P** p. 118, 11; **C** et **ST** p. 64, 18. 87, 22; **C** et **T** p. 69, 19. 21. 71, 4. 77, 5. Locis uarie inter codices **DR** et **PST** communibus afferendis supersedemus. — Classes **PST** et **FGK** his locis consentiunt: **FGK** et **PST** p. 23, 23 (*suae* add.). 30, 14. 15. 45, 19 (cf. *ad*); **FGK** et **PSm2** p. 47, 6 (*quoque* add.); **FGK** et **P** p. 86, 24 (*autem* add.). 114, 13; **FGK** et **Sm1** p. 60, 6 (*homo est* add.). 62, 7. 8. 11. 70, 8; **FGK** et **Sm2** p. 6, 1 (*different*, cett. *differunt*). 3. 23, 8. 81, 17. 82, 11. 84, 12. 86, 21. 102, 13; **FGK** et **T** p. 5, 17 (*et generis* recte, cett. alia). 14, 2. 21, 9; **FG** et **S** p. 72, 21. 88, 16. 100, 2 (Sm2); **FK** et **PS** p. 123, 23 (Sm2); **FK** et **S** p. 53, 23. 99, 11 (Sm2, recte). 114, 4 (Sm2). 122, 2 (Sm2); **F** et **Sm2** p. 16, 20; **F** et **T** 53, 14. 63, 2; **GK** et **PST** p. 10, 10; **GK** et **Sm2 Tm2** p. 5, 24. 17, 7 (*rerum* add.); **GK** et **P** p. 39, 10. 54, 9; **G** et **PST** p. 9, 13. 21 (Gm2). 11, 8. 14, 24 (Sm2). 38, 23. 40, 21. 44, 3. 45, 12. al.; **G** et **PS** p. 18, 19. 29, 4 (Sm2). 53, 10. 59, 4. 9. 61, 2. 5. 15. 21. 25. al.; **G** et **ST** p. 52, 21. 55, 7. 66, 6; **G** et **S** p. 5, 9. 18. 6, 13. 19. 7, 16. 10, 12 (G post corr.). 37, 17. 38, 22. 39, 15. 41, 12. 42, 10. 43, 12. al. Sunt etiam aliae codicum communitates. — Ex multitudine locorum quibus PST et PS et ST et S cum codice G congruunt, haud scio an iure unum classis PST archetypum statuamus, qui ex codice aliquo simili codicis G ortus sit. Haec autem

quare eos proprie ac praecipue mixti generis esse iure dicimus. At sunt etiam loci quibus codices aliqui trium classium CDR, FGK, PST easdem lectiones non errore natas, sed libidine fictas praebent.[58]) His locis confirmatur tam hoc, codicum PST recensionem ex classibus CDR et FGK mixtam esse, quam illud quod statuimus, iam inter classes CDR et FGK coniunctionem quandam fuisse, nouo testimonio demonstratur.[59])

Sed quoniam nouem nostros codices per tres classes discripsimus, ut quo quisque dignitatis in gradu ponendus sit dicamus, codex C praestantior est quam D, multo iis inferior est R, praesertim cum admodum mutilus sit, in altera classe primum locum tenet F, K pluribus locis bonas, sed etiam neglegentia turbatas lectiones quam G habet, in tertia S et T utiliores sunt quam P. Sed his gradibus codicum constituendis uix plus quam tribus illis classibus discernendis proficimus. Nam uera operis Boethiani forma adeo per omnes

classis PST et codicis G similitudo post p. 66 desinit. — Ex lectionibus manus primae et manus secundae codicis S ad codices FGK potissimum allatis correctiones manus secundae modo consentire cum hac classe, modo dissentire perspicitur. Causa fortasse haec est, quod nota *m2* plurium manuum correctiones comprehendendae erant; cf. supra p. XLI. In ceteris codicibus aliarum manuum correctiones nisi paucis locis, ne latius hae exemplorum enumerationes fundantur, curare non potui neque ad summam totius rei necessarium fuit.

[58]) **CDR** et **G** et **P** p. 23, 20 *modo* uariis locis add.; **CD** et **G** et **ST** p. 64, 17 *ei* add.; **C** et **G** et **PST** p. 99, 11 *senescendi*, cett. *canescendi*. 129, 2 *quam accidentia* om.; **C** et **G** et **S** p. 40, 16 *species poni*, cett. *poni species*. 61, 12; **C** et **K** et **T** p. 51, 1 *uel* add. 73, 12; **D** et **FG** et **PST** p. 55, 11 *id est* add.; **D** et **FG** et **PS** p. 14, 22 *propriis accidentibus differentiisque*, cett. *diff., propr. accidentibusque*; **D** et **F** et **PST** p. 88, 6 *caecitatem*, cett. *caecitas*, item 7. 8 accusatiuus pro nominatiuo; **D** et **G** et **PST** p. 54, 12 *rem* add.; **Dm2** et **F** et **T** p. 69, 13 *rei* add.; alia.

[59]) Hic, communione plurimorum codicum proposita, pauci loci adiciantur, e quibus quomodo glossae in contextum inrepserint noscatur: p. 16, 20 *relinquam* add. F, s. l. *scil. relinquam* add. Sm2, item p. 65, 11 CP et Sm2; p. 78, 7 *multiplicatiuae* plerique, *multifidae* FG, *multiplicatiue uel multifide* K; p. 29, 15 supra adn. 56 extr

codices dispersa permixtaque est, ut excepto mutilo R nullus codex sit quin unus aliquo loco ceteris turbatis uerum habeat atque idem saepe de binis modo uel ternis codicibus, etiamsi non sunt eiusdem classis, ualeat. Itaque res eo redacta est, ut si qua lectio uera prae ceteris est iudicanda, quocumque codice traditur, fidenter recipiatur. Coniciendi emendandique necessitas uel facultas perraro datur, multo frequentius iudicium ea difficultate haeret, quod inter plures et tenui uel tenuissimo saepe discrimine distantes lectiones quae sit uera cum dubitatione exquirendum est atque in lubrico positi stabili gradu non prorsus consistamus.

Hoc loco etiam de inscriptionibus capitum quae in commentario priore sunt (cf. p. 102, 7. 103, 18. 105, 16 et in capp. seqq.), dicendum est. Quae num a Boethio capitibus impositae essent, cum iam Schepssius magna cum suspicione reputasset, ego ut postea ex commentario posteriore inlatas (cf. ad p. 102, 7) propter utilitatem quandam, ne omnino eicerem, uncis saltem inclusi. Cuius rei has causas habui. Primum cum in commentario posteriore inscriptiones in omnibus codicibus inesse soleant, huius commentarii codices non omnes eas continent. Paene constanter in codicibus FTSm1 desunt (cf. ad p. 102, 7. 103, 18. 105, 16. 109, 4. 110, 6. al.), etiam in P p. 129, 20, ac ne ii quidem codices qui continent, aut easdem omnibus in capitibus illarum formas praebent (cf. ad p. 102, 7. 116, 10. 123, 1. 18. 124, 5. 126, 7. al.) aut in isdem locis positas (cf. ad p. 102, 7. 103, 18. 105, 16. 125, 18. 127, 23. 129, 20). Alterum est quod nullo modo necessariae omnes sunt, immo Boethius ubi ad nouum caput transit, saepe certis uerbis et ad aliam iam partem Isagogae se procedere et quod argumentum eius sit indicat (cf. p. 102, 9. 103, 19. 105, 17. 109, 5. 110, 7. 113, 1. 115, 25. 119, 23. 122, 3. al.). Interdum eam significationem omittit (p. 114, 8. 116, 10. 120, 16. 123, 1. 125, 5. 126, 7. 128, 7. 130, 23), sed his locis sine dubio in exemplari suo uel eodem modo quo nostris in codicibus factum est (cf. p. XXXVI) uel simili aliquo uerba Isagogae a suis aperte distinxerat.

Sunt etiam capita quibus inscriptiones tam peruerse infixae sunt,[60] ut Boethii quin non sint, dubitari minime possit (p. 63, 17. 98, 20. 100, 7). Accedit, qua re maxime motus sum, quod inscriptiones illas paene omnes tali forma perscriptas esse inueni, qualis consentiens cum codice Ambrosiano L. 93 sup. Isagogae Graecae (M apud Bussium, cf. ab eo p. VII. XXIV dicta) in commentario posteriore esse solet: cuius codicis simillimum cum Boethius in commentario posteriore, ut infra p. LX ostendemus, ad Isagogen Latine reddendam adhibuerit, iam de inscriptionibus commentarii prioris res esse confecta mihi uisa est.

Eaedem rationes in quibus commentarii prioris codicum diuersitatem consistere demonstrabam, continuantur in commentario posteriore: hac perpetuitate constantiaque id quod de prima origine codicum nostrorum ac de coniunctione duorum commentariorum non nimis multo post Boethii aetatem facta supra (p. XXXII s.) ostendebam, quodammodo comprobatur. Huius tamen commentarii rarius quam illius archetypus mendis lacunisque damna accepit, sed eo maior molestiorque recensionum confusio incessit. Omnibus in codicibus nostris lacunas esse significauimus p. 138, 5. 169, 3. 202, 16. 227, 18. 306, 17, falsas lectiones esse persuasum nobis est p. 147, 10 (*utilia,* edd. *utili*). 152, 8 (*dicit,* scribendum *dicat*). 172, 16. 204, 3. 8. 227, 3. 286, 14. 306, 4. 307, 17, una, p. 153, 7 (*intentio*, edd. *utilitas*), consilio tribuenda uidetur; p. 297, 20 uerbum transposuimus.[61]) Ut in priore commentario, ita hic duae potissimum classes distinguuntur. Una, quae praestantior est, codicibus CFHN continetur, alterius codices EGRS habemus:[62]) quae etsi inter-

[60]) Etiam p. 32, 4 cum codicibus FRT inscriptionem DE GENERE omittere debui; cf. tamen Addenda.

[61]) Archetypi de aetate nihil certi dicere possumus. Notabilis tamen locus est p. 143, 8, ubi pars codicum recte *succincta,* pars *sua mora* habet, utrumque in L est. Apparet litteras *cc* pro *a* aperta lectas esse, *in* pro *m, c* pro *o, t* pro *r:* qui errores iam in scriptura semiunciali, fortasse facilius tamen in minuscula usu uenire poterant. Cf. adn. 53.

[62]) Cum in commentario priore codex F non in eadem qua C classe

dum ueram memoriam seruauit, minime tamen illam bonitate aequat, inprimis quia multa neglegenter in ea omissa sunt. Utraque recensio admodum inaequaliter per codices dissipata est, praeterea utriusque classis archetypus corruptelas interpolationesque habuisse uidetur, quas per propagines eorum atque uarie deinceps auctas in nostros codices inuasisse ueri simile est.[63]) Atque

sit, in posteriore manifesto eiusdem stirpis est. Ergo in F duo qui sunt commentarii, diuersae originis sunt. Idem de codice S dicendum est: cuius cum illic locus inter codices mixti generis sit, hic tam perspicua cum codicibus EGR cognatio est, ut cum his alterius classis sit auctor.

[63]) Quattuor codices **CFHN** (F desinit p. 233, 13) paucis locis consentiunt: sine dubio permixtione codicum, quam adn. 64 et 66 ostendemus, nonnulla horum quattuor communia, hoc est archetypi propria, deleta uel obscurata sunt. Consensus quattuor illorum est p. 173, 1 *uinculo*, cett. *nomine*, unus P *nomine uel uinculo*; 176, 18 *puer unicus familiam distendat*, cett. *per unicos familia descendat*; 186, 11 *corpore* add.; 217, 11 *ut minime praeponatur* (cf. 10), cett. *ut praeponi non possit;* cf. etiam p. 142, 18. 207, 7. Ex codice archetypo huius uarie nonnulla, ut ego quidem existimo, uel terni uel bini codices traxerunt: **CFH** p. 219, 13 *semper* om.; **CFN** p. 141, 5 *sola philosophia*, cett. *philos. sola.* 156, 4. 159, 1. 195, 13. 198, 18. 215, 7. 217, 14; **CHN** p. 139, 4 *ut ex hoc delectu* (uel *diligentia*) *rationum queamus agnoscere* add. 198, 3. 200, 7. 214, 15. 221, 7. 224, 13. 241, 6. 7. 257, 13. 260, 21. 264, 20. 273, 14. 15. 279, 20. 301, 15. 305, 9. al.; **CF** p. 198, 17; **CN** p. 144, 10 *constituat*, cett. *uindicet.* 157, 21. 196, 3. 198, 18. 199, 11. 236, 23. 249, 20. 256, 5. 257, 9. 10. al.; **FHN** p. 136, 19 (*praesente* transpositum). 22 *imaginationes*, cett. *imagines.* 182, 3. 183, 18. 184, 17. 19. 186, 20. 192, 5. 200, 15. 203, 4. 208, 14. al.; **FH** p. 187, 13 *diuisiones*, cett. *definitiones.* 217, 6 (magnum additamentum); **FN** p. 157, 8 *rem perarduam atque difficilem illi etiam*, cett. *ne per ardua atque difficilia haereat.* 160, 20. 180, 16. 186, 9. 192, 17. 207, 26. al.; **HN** p. 193, 3 *in eo quod quid sit* om. 17 *accidunt*, cett. *sunt accidentibus.* 198, 8. 208, 14. 232, 13. 234, 1. 239, 3. 250, 3. 265, 5. 273, 17. 278, 12. 299, 11. 306, 7. 320, 13. al. — Similis rei condicio in classe **EGRS** est. Consentiunt hi codices p. 158, 23 *egredi*, cett. *egreditur* uel sim. 218, 10 *in* (add. R) *suis*, cett. *sub.* 229, 14 *distribuit*, cett. *distribuunt.* Desunt uerba p. 149, 9. 172, 18. 173, 14. 180, 16. 192, 1. 200, 5. 208, 22. 210, 6. 213, 7 *specialissimae constitutae*, cett. *quae uero inter genera generalissima speciesque specialissimas constituta sunt.* 10. 218, 4. 226, 8. Multo frequentior, partim fortasse eadem de causa quam in CFHN subesse

etiam permixtio duarum classium, qualis in priore commentario occurrit, animaduertitur.[64]) Multo uero frequentiore communitate lectionum ex duabus classibus petitarum hic quoque tertium genus codicum effectum est, quod praecipuo iure mixtum appellatur. Huius classis duobus testibus utimur, codicibus L et P, eo tamen inter se differentibus, quod L classi CFHN, P classi EGRS propior est.[65]) Quanta autem iam ante deci-

coniecimus, plurium codicum consensus est: **EGR** p. 270, 14 *concludat*, cett. *concluserit*. 280, 2 *tempori*, cett. *speciei*. 289, 11. 306, 12. 313, 17. 316, 9. 331, 7; uerba omissa sunt p. 187, 18. 234, 8. 247, 8. 10. 17. 268, 17. 270, 15. 271, 4. 277, 14. 279, 7. 283, 3. 293, 21. 294, 1. al.; **EGS** p. 137, 7 *contentione*, cett. *conceptione* uel *contemplatione*. 144, 21. 195, 10. 222, 17; **EG** p. 148, 17 *huiusmodi totus*, cett. *tot. h.* 191, 15. 192, 17. 219, 9. 19. 256, 3. 261, 12. 18. 271, 12. 273, 11. 280, 11. 285, 10. 289, 12. 298, 10. al.; omissa sunt uerba p. 172, 9 (m1). 191, 4. 196, 3. 218, 8. 16. 220, 1. 258, 10. 274, 10. 278, 3. 289, 1. 293, 10. al.; **ER** p. 186, 9. 270, 14; **GRS** p. 141, 21. 157, 3. 168, 23. 172, 19. 179, 1; **GR** p. 150, 1 (Gm2). 157, 3. 162, 5. 205, 8. 244, 14. 255, 6; **RS** p. 151, 21. 191, 4. 217, 11. 226, 17. — His locis atque item in proximis adnotationibus, ut in commentario priore, primae modo manus rationem habui, nisi ubi aliud dicitur.

[64]) **CHN** et **R** p. 312, 7 *erat* pro *haeret* et *esse* add. (om. H); **C** et **R** p. 234, 2 *eaque quae*, cett. *atque* (*ea*) *quae*; **FHN** et **EGRS** p. 160. 12 *discernendae atque intellegendae* .. *naturae*, cett. *discernendi a. -di* .. *naturam*; **FHN** et **R** p. 215, 18 *hominis* (Hm2 in ras.) *animal*, cett. *animalis homo* uel alia; **FH** et **EGRS** p. 140, 21 *uel orationali* add.; **F** et **EGRS** p. 184, 9 *alia*, cett. *hac*; **F** et **EGS**: p. 149, 21 *harum* **EGS**, *necessarium* cett., sed **F** *necessarium harum*; **F** et **GRS** p. 137, 2 *memoriam* om.; **F** et **G** p. 135, 6 *infidi*, cett. *fidi* uel *foedi*; **F** et **RS** p. 188, 4; **HN** et **E** p. 248, 4; **HN** et **R** p. 259, 9. 260, 15; **N** et **R** p. 294, 2. 11.

[65]) Manifesta uestigia quaedam sunt quibus codices L et P ex duabus illis classibus conflatos esse noscitur: p. 306, 8 *reddas* CHNS, *addas* EGPR, *reddas addas* L; item 136, 11; de loco p. 143, 8, ubi L *succincta suam moram* habet, cf. adn. 61; p. 173, 1 *nomine* EGLRS, *uinculo* CFHN, *nomine uel uinculo* P; item p. 203, 3. 272, 18 (om. *uel*). — Codicem **L** consentire cum **CFHN** ex his locis apparet: **L** et **CHm2N** p. 279, 18 *solummodo* add.; **L** et **CHm2** p. 244, 19 *omne* add.; 279, 1 *omni—soli*, cett. longe alia; **L** et **CN** p. 277, 6; **L** et **FHN** p. 214, 12; **L** et **F** p. 141, 7; **L** et **C** p. 166, 3. 215, 1. 255, 14; **L** et **HN** p. 146, 1. 163, 11.

mum saeculum, quo antiquiores fontes huius commentarii non habemus, communicatio ac permutatio librorum eius manu scriptorum facta sit, quanta lectionum inter codices translatio, ex eo coniectura adsequi possumus, quod decem nostrorum codicum nullus est quin aliqua lectione insigni cum duobus, interdum etiam pluribus codicibus duarum aliarum classium consentiat, neque paruus est numerus locorum trium classium concursionem ostendentium.[66]) Atque tanta illa col-

319, 17. 328, 22. — Consensus codicum **L** et classis **EGRS** his locis est: p. 187, 10 *de differentibus specie* om. 192, 21. 197, 9. 204, 4. 207, 19. 213, 8. 11. 217, 1. 3. 11. 16. 218, 8. 12. 14. 219, 3. 5. 6. 7. 9. 12. 220, 6. 9. 222, 1. 5. 235, 17. 19. 236, 5; **L** et **EGR** p. 245, 12. 247, 9. 254, 12. 255, 4. 259, 6. 8. 261, 1. 2. 264, 2. 274, 11. 282, 4. 19. 289, 15. 311, 19; **L** et **EGS** p. 210, 16. 217, 5; **L** et **ERS** p. 221, 7; **L** et **EG** p. 151, 21. 226, 17. 250, 6. 256, 6. 9. 273, 2. 8; **L** et **GRS** p. 137, 7 (m2). 168, 2. 222, 3; **L** et **GR** p. 163, 20. 185, 7; **L** et **GS** p. 156, 2; **L** et **R** p. 259, 14. 264, 6; **L** et **S** p. 190, 5. — Codicis **P** cum classe **CFHN** cognatio his locis extat: p. 136, 3 *solum* (*solam* N) add. 192, 2 *ut—differant specie* om. 214, 14; **P** et **CHN** p. 136, 6. 259, 23. 260, 4. 307, 5; **P** et **C** p. 191, 4. 227, 1. 283, 15; **P** et **FHN** p. 165, 11. 171, 3. 182, 13. 186, 11. 192, 20. 208, 2. 17. al.; **P** et **FH** p. 148, 2. 205, 4; **P** et **FN** p. 222, 8; **P** et **F** p. 175, 5; **P** et **HN** p. 148, 8. 190, 19. 201, 12. 207, 4. 248, 3. 251, 18. 253, 8. 9. 254, 17. 256, 9. 260, 21. al.; **P** et **H** p. 214, 14. 225, 1. 234, 4. 249, 20; **P** et **N** p. 269. 20. — Duo codices **L** et **P** communes cum classe **CFHN** lectiones habent: **LP** et **CHN** p. 146, 23. 166, 6. 279, 21 (Hm2). 299, 23; **LP** et **CHm2N** p. 184, 25 268, 13; **LP** et **C** p. 142, 9. 151, 1. 166, 18. 181, 19. 198, 8. 328. 22; **LP** et **FHN** p. 145, 22. 156, 21. 161, 8. 193, 11; **LP** et **HN** p. 282, 23. 315, 19. — Codicum **L** et **P** et classis **EGRS** congruentia est p. 154, 23. 222, 8. 227, 7. 13. 229, 6; **LP** et **EGR** p. 242, 15. 293, 16. 347, 23; **LP** et **EG** p. 247, 16. 307, 5. 315, 10; **LP** et **GRS** p. 168, 23; **LP** et **GR** p. 335, 17; **LP** et **R** 193, 1. 249, 21. 285, 9. — Non solum manus prima codicis L, sed etiam secunda saepe cum aliquibus codicibus alterius utrius classis consentit, sed eos locos hic non respexi.

[66]) Consensus trium classium: **CFHN** et **Em2** et **Lm2P** p. 150, 17 *quiddam* add. 202, 20 *uel descriptio* add.; **CF** et **EGRSm1** et **Lm2P** p. 221, 11 *aduertisse* (*aduertit se* uel *aduertere*), cett. *ad ueteres*; **CHN** et **ESm2** et **LP** p. 179, 8 *suae* add.; **CHN** et **Em2** et **P** post corr. p. 151, 21 *modi* (*modo*), cett. *magis*; **CHN** et **S** et **L** *quoniam* (*quoniam cum* H), cett. *cum*; **CH** et **R** et **Lm2P** p. 285, 8 *qualiter* add.; **CN** et

luuio quemadmodum suborta sit, ut locos omittam plurimis in paginis obuios, quibus eadem uerba alias in aliis codicibus sedes tenent, ex parte saltem ex eo intellegitur, quod quae aliis in codicibus glossae sunt, in aliis inter uerba scriptoris leguntur.[67])

Dedi, ut in priore commentario, descriptionem magis status qualis nunc est codicum quam explicationem originis cognationisque, quippe cum stemma eorum inuestigare hic etiam inutilior quam illic labor sit. Sed ex iis quae exposita sunt, satis intellegetur hic quoque praecipuam curam critici eam esse, ut lectionum recipiendarum caute prudenterque fiat electio. Qua in re, etsi codices quidam, C, E, G, H, ceteris plus minusue praestant, non tamen ullus codex, non plurium aliquorum consensus spernendus est. Loci uero qui coniecturae remedium postulant, perpauci sunt.

Superest, ut de rationibus codicum Isagogae separatae (Ω) dicamus: qua in quaestione etiam codices commentarii posterioris (O), quorum perpaucos tamen, plerumque L et R, raro S, lemmata Isagogae integra continere supra (p. XXXV s.) demonstrauimus, respiciendi sunt. Ac primum quidem hoc statuimus,

EG et **L** p. 239, 2 *in disputando,* cett. *disputanti*; **CN** et **G** et **LP** p. 177, 16 *priorem* add.; **CN** et **S** et **LPm2** p. 176, 2 *saepe,* cett. *fere*; **C** et **EGRS** et **Lm2P** p. 150, 5 *quae praedicamenta dicuntur* (sim. S) add. 226, 22 *ea* (*tam ea* C), cett. *tam.* 231, 19; **C** et **EGRSm2** et **L** p. 196, 18; **C** et **EGR** et **P** p. 254, 6; **C** et **EGS** et **L** p. 204, 13; **C** et **EG** et **P** p. 223, 18. 274, 7; **C** et **EG** et **L** p. 247, 15; **C** et **G** et **L** p. 170, 2. 225, 1. — **FH** et **E** et **Lm2P** p. 198, 12 *speciei differentiam,* cett. *speciem differentiae*; **FH** et **Em2** et **P** p. 170, 19. 171, 2; **F** et **EGRS** et **LP** p. 158, 11. 174, 16. 229, 7; **F** et **EGRS** et **L** p. 229, 9. — **HN** et **RS** et **P** p. 181, 7; **HN** et **R** et **L** p. 277, 5 (cf. 6); **H** et **EGRS** et **LP** p. 197, 5. 227, 10. 229, 10; **H** et **EGRS** et **L** p. 159, 14; **H** et **EGRS** et **P** p. 180, 17; **H** et **EGR** et **Lm2P** p. 305, 6; **Hm1** et **EGR** et **Lm1** p. 277, 4; **H** et **ERS** et **L** (in HRS m2) p. 136, 12; **H** et **ER** et **P** p. 254, 16; **H** et **G** et **P** p. 278, 2; **N** et **EGR** et **LP** p. 246, 18. Alia praetermitto.

[67]) Cf. p. 136, 11. 149, 21. 166, 5. 11. 173, 1. 180, 17. 182, 6. 203, 3. 226, 22. 227, 1. 313, 17. al.

et septem codices Isagogae a nobis in editione adhibitos et eos in quibus Bussius editionem suam Isagogae posuit et ceteros quorum notitiam habemus, ex codice aliquo commentarii posterioris, qui lemmata plena habuit, originem trahere. Quod uitiis paucis illis quidem, sed apertis utriusque generis codicum (O et Ω) communibus demonstratur: p. 147, 10 *utilia*, scribendum *utili*; 216, 14 (LRS) *species*, scr. *speciem*; 267, 7 (LR) *proportionaliter(que)* add.; 286, 6 (LR) *et canibus* add.; accedit lacuna p. 202, 16 (*quod* om.). Hac ex communitate corruptelarum etiam illud, quod p. XXXVI diximus, perspicuum fit, Boethium Isagogen suam non separatam edidisse, sed partes eius ex codice commentarii posterioris ab aliquo esse excerptas atque inter sese coniunctas. Deinde omnes codices Isagogae separatae ex uno codice illa partium coniunctione effecto fluxerunt. Cuius cognationis documenta loci illi sunt quibus codices Ω a codicibus O (uel LRS) discrepant: quos locos ita disponimus, ut prius proferantur ii quibus aliqui aut omnes Ω meliores sunt quam LRS: p. 205, 16 *super quod nullum ultra* Ω, *ultra quod nullum* RS; 205, 17 *quod* Ω, *quam* RS; 211, 18. 212, 2. 8. 225, 13. 231, 14 *de* Ω, *et de* RS; 272, 5 et 11 *natum* et *quoniam* om. LR; 281, 2 *sit* add. LR; 292, 1; 327, 10 *deus* Ω, *angelus* LR. al. Multo rarius lectiones codicum O praeferendae sunt: p. 159, 4 *solis nudisque* O, *solis nudis purisque* Ω: locus insignis; 230, 15 *aut* RS, om. Ω; 230, 18. 19; 337, 2. Iam ut spectemus ipsos codices Ω, in omnibus cuiusuis generis corruptelae sunt, permixtio uero permutatioque lectionum, praesertim cum correctiones manuum secundarum accedant, incredibilis, ita ut frustra quis cum spe certi euentus tantam turbam ad stemmatis ordinem componere conetur. Septem autem codices per hos gradus bonitatis digerendi esse mihi uidentur, ut Δ, Γ, Λ, Φ pauciora quam ceteri damna acceperint, sequantur Π et Ψ, agmen codex Σ claudat, ita tamen, ut nullum ullius generis codicem non uel plura uel pauciora uitia ex codicibus aliorum generum traxisse dicendum sit; latissime omnino patet eiusmodi uicissitudo inter omnes hos codices facta. Nonnumquam autem singuli uel bini

modo codices Ω, ut non de pluribus dicam, aut cum aliquibus codicibus O aut contra omnes uerarum lectionum auctores sunt.

Sed cum horum codicum recensionibus inter se confusis iam satis impediamur, tum etiam grauior perturbatio eo concitata est, quod iam ante decimum saeculum codices Isagogae separatae et lemmata Isagogae codicibus commentarii posterioris inserta inter se conferebantur, ita ut uicissitudine multiplici facta plurimi loci in utroque genere codicum ex altero uel emendarentur uel deprauarentur.[68]) Iam uero cum omnes libri manu scripti, quorum in fide editio Isagogae constat, tanta colluuione sint obliti, etsi multos locos ratione uel sensus uel rei grammaticae adhibita purgare possumus, restat tamen haud exiguus numerus eorum, quibus illae rationes nos destituant, ut nisi subsidium Isagogae Graecae nobis promptum esset, saepe dubii haereremus, quae ex pluribus lectionibus esset eligenda. Sed hoc ex subsidio merito editionis Bussianae nobis parato ita tantum plena utilitas redundabit, si qualis fuerit codex Isagogae a Boethio in transferendo adhibitus perspectum erit. Eum autem codicem Isagogae, id quod Bussius p. VI ostendit, antiquiorem melioremque fuisse quam ceterorum codicum qui extant archetypum eo demonstratur, quod Boethius p. 272, 4 uerba *quod eius quod est esse rei pars est*, quae in codicibus Graecis (p. 12, 3 s.) male turbata sunt, integra praebet. Sed de codice illo etiam certiora proferri possunt. Propiore enim affinitate cum Porphyrii codice M (Ambrosiano L. 93 sup., saec. X) cohaeret, quod ipsum iam Bussius monuit, qui codicem M, quamuis neglegenter scriptus sit, nonnullis tamen locis unum cum Boethio et commentatoribus genuinam lectionem seruauisse ostendit (p. VI). Qui consensus et locis p. 251, 11. 258, 13. 292, 6. 338, 9 sine ulla uarietate scrip-

[68]) Cf. p. 147, 5 (*té*) CFLN et ΛΣ, cf. E; 159, 6 CEHP et ΔΛΦ; 178, 18 EFGHLNPRS et Δm2Πm2, cf. C; 189, 8 (recte) LS et Λm2Π; 206, 1 R et ΔΦ; 212, 14 RS et Π; 221, 5 N et Σ. 7 ELRS et Ω; 230, 9 FN et ΔΛΣΦ, ibid. LPm2 et Π. al.

turae traditis et titulis capitum quales in duobus commentariis sunt demonstratur: quibus de titulis iam p. LIV dixi, accedunt loci p. 325, 8. 326, 11. 344, 14. 346, 1. Sed codex ille talis fuit, ut etiam similitudinem quandam codicum A (Urbinatis 35, saec. IX uel X; cf. ad p. 244, 2. 275, 14), B (Coisliniani 387, saec. X uel XI; cf. ad p. 105, 16. 327, 4. 338, 6), C (Coisliniani 330, saec. XI; cf. ad p. 246, 13. 281, 1), fortasse etiam L(aurentiani 72, 5, saec. XI; cf. ad p. 189, 7) habuerit. Sed praeter codices Isagogae ad scripturas Porphyrii, ubi hi codices sufficere non uidentur, exquirendas ne commentatores quidem aspernandi sunt (Dauid p. 246, 13. 251, 3). Vidimus autem (p. XI s. XVIII ss.) Boethium in Isagoge interpretanda 'uerbum uerbo expressum comparatumque reddidisse' atque etiam in collocatione uerborum exemplum Graecum cum cura imitatum esse. Itaque multis locis quibus in codicibus nostris uariae lectiones extant aut editores coniecturas suas intulerunt, ipsum momentum in auctoritate Isagogae Graecae posuimus (cf. p. 159, 4. 172, 5. 174, 5. 13. 178, 17. 183, 11. 13. 203, 14. 206, 5. 7. 211, 18. 216, 6. 8. 13. 220, 16. al.) idque etiam tum, cum singuli uel paucissimi codices uel Ω uel O cum Isagoge Graeca consentiunt (cf. p. 199, 14. 203, 14. 211, 18. 212, 15. 228, 8. 230, 15. 240, 5. 244, 11. 251, 7. al.). Neque minus quibus locis codices in collocatione uerborum dissident, auctoritatem Isagogae secuti rem diiudicauimus (cf. p. 159, 8. 189, 5. 212, 2. 4. 231, 19. 281, 2. al.). Ubi uero ipsi codices Graeci Isagogae differunt, codice M duce usi sumus (cf. p. 174, 10. 251, 7. 275, 12. 281, 1 C et M; 338, 6 B et M).[69] Sed, ut supra ostendimus (p. XVIII s.), Boethii interpretatio non omnibus partibus cum Isagoge Graeca con-

[69]) Quibusdam locis in compluribus codicibus classium O uel Ω eaedem quae in codicibus Isagogae Graecae uarietates lectionum sunt: quas ad librariorum uel legentium studium corrigendi esse referendas mihi certum est, minime ex codicibus Graecis Isagogae introductas esse. Neque enim credibile est ea aetate qua plerique codices horum commentariorum orti sunt et paulo priore, saeculis IX. X. XI, in Gallia uel Germania fuisse exemplaria Graeca Isagogae, quae earum correctionum facultatem prae-

gruit. Primum enim multa siue singula siue plura uerba Porphyrii apud Boethium omissa sunt: quod, ut loco illo demonstrauimus, neque neglegentiae Boethii neque deprauationi codicum O et Ω communi, sed lacunoso exemplo Isagogae a Boethio adhibito adsignandum est. Itaque etiamsi interdum dubitari posse significaui, an aliquid in O et Ω intercidisset, uno tamen loco p. 202, 16 contra codices uocem (*quod*) cum editoribus inserui. Praeterea, ut eodem illo loco exposui, in Isagoge Latina, qualis in O et Ω est, nonnulla sunt mutata uel etiam leuia addita:

berent. Atque omnes eiusmodi loci tales sunt, ut magna coniectandi mutandique fuerit oportunitas. Pag. 251, 3 iam in adn. dictum est uocem *accipiuntur* in Φ ex eadem dictione p. 250, 24—251, 1 repetitam esse. P. 280, 19 quod pars codicum *subiecti corruptionem,* pars *corr. subi.* habet, quae diuersitas collocationis uerborum etiam in codicibus Isagogae est, non tribuerim casui, immo *corruptionem subiecti* ut a Boethio scriptum recipere debui, qui uerus uerborum ordo sine dubio ad exemplum eiusdem dictionis 14 *subiecti corr.* in quibusdam codd. mutatus est. P. 310, 6 ad locutionem *e conuerso,* Porph. p. 16, 10 ἔμπαλιν, in codd. nostris RΣ additum est *si risibile est, homo est*, in C Porphyrii εἰ γελαστικόν, ἄνθρωπος, sed nemo non uidet librarios temperare sibi non potuisse, quin locum e priore membro *sin uero homo est, risibile est* supplerent. P. 275, 12 *non quod iam* (*semper* Σ) *rideat*, Porph. p. 12, 19 (in appar. Bussii numerus *19* ante ἀεί ponendus est) οὐ τῷ ἤδη (in ras. unus Mm2, cett. ἀεί) γελᾶν, sed antecedit 11 *etsi non semper rideat*, Porph. 18 κἂν γὰρ μὴ γελᾷ ἀεί; hinc mutationes. P. 174, 10 *et* NΨ, s. l. Δ et Boethius in comment. p. 176, 1, om. cett. codd., pariter Porphyrii p. 2, 5 καί in codd. quibusdam deest: sed hae uoculae, praesertim cum necessariae non sint, facile neglegebantur. P. 269, 6 post *autem* add. *et* LR, apud Porph. p. 11, 18 post δέ add. καί unus B: hoc loco nescio quid causae subesse dicam nisi temeritatem librariorum qui nouum genus differentiarum sequi opinati coniunctionem illam addiderint. P. 291, 10 et 327, 10 codices Ω *deum* et *deus* habent, L et R *angelum* uel *angelum et deum* et *angelus*, codices Isagogae p. 14, 2 et 18, 23 paene omnes ἄγγελον et ἀγγέλου. His locis de rationabilitate uel inrationabilitate hominis et dei agitur: fortasse hominibus medii aeui uel dei hac in re commemoratio parum esse e reuerentia supremo numini debita uel angelorum mentio desiderari uidebatur; etiam Ammonius sua sponte angelos induxit, cf. adn. 24 initio. Hi sunt loci eius generis quod dictum est: quos tales non esse facile mihi concedi existimo, ut uariae illae lectiones ex Isagogae codicibus Graecis adsumptae esse dicantur.

his quoque locis, si consensus codicum O et Ω est, minime errorem horum codicum deprehendi, sed libertati consilioque Boethii aliquid concedendum esse arbitratus sum. Quare parcissime coniecturas uel editorum (p. 147, 10; cf. 286, 6) uel aliorum (p. 216, 14. 267, 7) admisi. Sed sunt etiam alia indicia ueri. Boethius enim nonnumquam in commentario particulas lemmatum repetit aut suis uerbis inmiscet et quamquam minime in ea re anxie eandem locorum formam conseruat (cf. p. 224, 22 s. et 221, 1 s.; 241, 17 et 239, 18; 266, 18 et 265, 13; 271, 7. 17 et 270, 5. 271, 1), interdum tamen locis hoc modo repetitis uera lectio defenditur: cf. ad p. 174, 10. 189, 10. 225, 13. 258, 16. 291, 11. 13. 16. al. Etiam Boethii in commentario silentium hac in re aliquid ualere probatur locis p. 258, 19. 330, 1. Neque prorsus praetermittenda est comparatio interpretationis Victorini: cf. ad p. 195, 4 et 342, 2. 280, 19. 313, 5.

Rationes criticas quales se habent in commentariis et in Isagoge separata qui reputat, in hac munus critici intra fines ut artiores, ita certiores contineri, in illis multo latiorem locum datum esse dubitationi atque errori concedet. Quo magis in commentariis ad proprietatem sermonis Boethiani animus attendendus est. Ac tamen elocutionem Boethii si spectamus, scriptor tam solute huc illuc excurrit, tam libere quam consuetudinem modo sibi constituisse uidetur, eandem subito derelinquit, ut eo in genere prope unam quamque paginam noua nos docere dixerim. Quod non sine causa nos ponere fortasse ex Indice uerborum nostro cognoscetur. Accedit nonnumquam contortio sententiae usque ad obscuritatem implicatae uel anfractus paene molesta uerbositate. Quare etiam ubi de singulis locis quaeritur, quam maxime totum scriptoris sensum genusque dicendi perpendere necesse est.

In rebus orthographicis codices eadem qua in forma contextus dissimilitudine fluctuant. Nam, id quod commemorare uix necesse est, in scriptura nonnullarum uocum ac maxime in assimilatione praepositionum *ad con in ob* uel usurpata uel repudiata non solum plures inter se discrepare

codices solent, sed ne unus quidem est, qui non secum ipso dissentiat. Itaque Schepssius eam regulam maxime conuenire existimabat, ut et formae antiquiores fide codicum commendatae reciperentur et quam maxime teneretur scripturarum quaedam constantia. Hanc rationem ego seruaui quas formas ille scripserat, nisi perraro non mutans. Aequabilitati autem illi ita studebamus, ut nusquam scriberetur forma non aliquo codice tradita; quare et *Vergilius* et *Virgilius* editum est. Ab apparatu res orthographicas seclusi, nisi ubi uoces formaeue notabiliores erant (*bobus, ebenus, isdem, oportunus,* al.): qui loci in Indice uerborum indicantur. Sed etiam de aliis scripturis in Indice dictum est. In uocibus compositis quibusdam (*inmortalis, inpendo, inpono*, al.) praepositionem *in-* non assimilatam dedi propterea, quia codices ubi syllabam plene scriptam, non compendio *ĩ-* significatam habent, saepius *in-* quam *im-* praebent. Contra scriptura *com-* frequentior est quam *con-*, frequentissima sane *cõ-*: itaque forma *com-* praeferenda uidebatur. Nonnulla tamen in genere orthographico ruderibus uerae atque antiquae horum librorum memoriae adeo esse obruta, ut quid manus Boethii scripserit, erui non iam possit, minime negamus.

Inter subsidia critica rationem clausulae uim eximiam habere nostra demum aetate intellectum atque exemplis grauibus comprobatum est. Itaque etiam hac in editione et spectanda erat et est spectata. Sed rem breuissime hoc loco attingere constitui propterea, quia nisi accurate de ea agitur multisque allatis exemplis, aperte pleneque exponi non potest: eius tamen expositionis locus hic non est. Sed ne necessitas quidem est. Nam etsi quod iam dicam, mirum fortasse uidebitur, fateor tamen perpaucis locis horum librorum talem nobis uisam esse discrepantiam scripturae codicum, ut cum quid Boethius scripsisset quaereremus, in lege clausulae cardo rei uerteretur: qua in re maxime rationis a Guilelmo Meyero repertae memores fuimus, qui post annum fere quadringentesimum scriptores non ad metri, sed ad accentus normam exitus enuntiatorum conformasse docuit.

V. De Isagogae commentariis posterioribus glossisque.

Tractauimus commentarios eorumque codices quaerentes, quas ex ipsis percipiamus rationes facultatesque contextus recte constituendi: superest, ut si quid ad eam rem adiumenti extrinsecus suppeditetur expediamus. Hoc autem in genere posteriores scriptores respiciendi sunt, doctores medii aeui, qui Isagogae commentariisque Boethii legendis, exponendis, excutiendis impensius quam in ullo alio libro argumenti logici factum est, operam dederunt. Sed ipso in principio studia illa in Isagogen et commentarios Boethii collata ad nostrum officium nihil ualere statuendum est. Scriptores enim saeculo undecimo inferiores, quoniam codices nostri eiusdem uel prioris saeculi sunt, hac in re spectari non possunt, superiores autem, uelut Hrabanus Maurus, cuius nomine claro commentum Isagogae codice Sangermanensi 1310 traditum num iure adornatum sit, nondum diiudicatum est,[70]) aut Scotus Erigena, nihil eiusmodi scriptum reliquerunt quo munus nostrum adiuuetur. Hoc enim intra eos fines concluditur, ut germanam formam illorum librorum reperiamus, ac licet ad eorum grauitatem demonstrandam maxime pertineat considerare, quae historia eorum per medium aeuum fuerit, quomodo ex iis ipsis[71]) ingens illa nominalismi et realismi de uniuersalibus controuersia a scholasticis incredibili cum acumine ingenii doctrinaque atque uehementissimo ardore animorum sustentata extiterit, quam

[70]) Glossas in cod. Sangermanensi 1310, nunc Bibliothecae Nationalis Parisinae 13368, saec. XII uel XIII, *Rabanus super Porphyrium* inscriptas, quarum locos quosdam primus edidit Victor Cousin, *Ouvrages inédits d'Abélard,* 1836, p. 611 ss. (repetiit in libro *Fragments philosophiques* [4], 1847, uol. II p. 243 ss.), Hrabano tribuunt Cousin p. LXXVI ss. et Hauréau, *Histoire de la philosophie scolastique,* 1872, uol. I p. 142, Prantelio II [2] p. 37 ss. res certa non uidetur. Initium est *Intentio Porphyrii est in hoc opere facilem intellectum ad Praedicamenta praeparare.* Ad rationem nominalisticam eiusque historiam cognoscendam momenti cuiusdam sunt. Cf. etiam p. LXIX cum adn. 78.

[71]) Prantl II [2] p. 8 ss. et passim; Hauréau p. 42 ss.

singularem in arte logica docenda tractandaque habuerint auctoritatem, tantarum tamen rerum ad molem ne primo gradu quidem accessimus: de quibus si quis agere animum inducat, quid aliud quam alterum uolumen Prantelii paene per singulas paginas exscribat? Ac tamen hac occasione obuia unum quoddam genus curae commemorare quam posteriores libris illis tribuerunt, e re fortasse est, eos commentarios dico uel glossas, de quibus, quoniam in catalogis bibliothecarum breuissime indicari modo solent, uix ulla est notitia. Atque ut temporis seriem sequamur, in codice Einsidlensi 29, saeculi X uel XI, pag. 165—173, continetur *Sermo de ysagogis Porphyrii*[72]), in Escurialensi signato 'e IV 24', saeculi XII, fol. 52ª—98ª, *introducciones porphirii*[73]): quorum opusculorum nil nisi initia afferre possumus. Plura de commentario Isagogae qui est in codice Parisino 17813, saeculi XII, nota sunt, scite composito ab ignoto aliquo, qui doctrinae nominalisticae strenuus defensor erat.[74]) Eodem ex saeculo Petrus Abaelardus nominandus est, sed non tam propter locos nonnullos Isagogae uel commentarii posterioris Boethii in libris eius allatos, ex quibus quosdam Schepssius subscripsit (cf. ad p. 159, 8. 228, 9. 253, 16. 293, 15. 338, 14. 342, 2), quam quia glossae quaedam nomen eius prae se ferentes quaestionem mouent non praetermittendam. Hae enim glossae eodem codice Sangermanensi qui 'Rabani' commentarium con-

[72]) Incipit *Isagoga grece latine introductio dicitur eorum scilicet.* —Notitiam plurimorum codicum qui hic nominantur, curae Schepssii debemus.

[73]) Incipiunt *Quoniam quidem — umane sciencie racionabilis.* Cf. Hartel, Bibliotheca patr. Latin. Hispaniensis I p. 166. — Addatur hic codex Dublinensis Collegii Trinitatis E. 5. 7 (452), saec. XII, *In Porphyrii Isagogen commentarius.*

[74]) Initium prooemii, in quo multa sunt ex Boethii commentario hausta, est *Ingredientibus logicam liber Porphyrii quia primus legendus occurrit, inter huius libri initia ipsius logicae ortus praelibandus uidetur.* Hoc de codice, qui etiam alias disputationes in nominalistica potissimum ratione uersantes continet, accuratissime Hauréau egit, *Notices et extraits de quelques manuscr. de la Biblioth. Nation.* uol. V (1892) p. 290 ss.

tinet (cf. adn. 70) traditae tanta similitudine cohaerent cum commentario quodam Isagogae codicis Monacensis 14779 (antea S. Emmerami Frisingensis), saeculi XIII, ut fieri non possit quin cognatio aliqua inter eos intercedat. Schepssius hunc consensum tam singularem esse dicit, ut lectiones corruptae Sangermanensis e Monacensi restitui possint. Sed utrum Abaelardus prior fuerit et a commentatore codicis Monacensis nonnullis locis mutatis uel omissis uel additis pro duce atque auctore habitus an contra ipse eo commentario usus sit, cuius exemplum postea, sed multo breuius confectum in codice Monacensi extet, neque Schepssius diiudicat neque ego, praesertim cum hic partes tantum codicis exscripserit, diiudicabo. Forma utriusque commentarii est haec, ut in prooemio de intentione Isagogae eiusque causa, rogatione Chrysaorii, agatur, sequantur explanationes primis singulis uel binis uerbis lemmatum adiunctae, saepe sumptae ex commentario Boethii. Res eo dignior est in quam accurate inquiratur, quia, ut ex commentarii Sangermanensis apud Prantelium usu apparet (p. 172 ss.), is commentarius, quod non minus in Monacensem cadit, Abaelardi in doctrina describenda non est neglegendus.[75])

[75]) De Monacensi breuiter egit Schepssius, *Blätter f. d. bayer. Gymnas.*, uol. 29 p. 116 s. Ex schedis eius addendum est non solum expositiones saepe, sed etiam singula uel bina uerba lemmatum, quibus illae adnexae sunt, inter se consentire ac praeterea etiam pleraque cetera quae in duobus codicibus insunt ad explanationem Boethii spectantia. Nam et in Sangermanensi et in Monacensi glossas in Isagogen (Cousin p. 551; Monac. fol. 31ᵃ) sequuntur glossae in Categorias (Cousin p. 577; Monac. 37ᵃ; ex. perpaucis tamen locis a Schepssio descriptis non plane de Categoriis constat), in librum De interpretatione (Cousin p. 595; Monac. fol. 44ᵃ), in Boethii libros De hypotheticis syllogismis (deest haec pars in Sangerm.; Monac. fol. 67ᵇ), in eiusdem De differentiis topicis libros (Cousin p. 603; Monac. fol. 87ᵃ). Tam Sangermanensis quam Monacensis (fol. 105ᵇ) mutilus abrumpitur. Ad quaestionem supra indicatam soluendam fortasse Abaelardi Dialectica a Cousinio ibid. p. 177 ss. ex alio codice edita cum fructu comparabitur. Eius primam partem, quae tamen interiit, in Isagoge positam fuisse idem uir doctus p. XXIII conicit. — Liceat rei illustrandae causa paucos locos Sangermanensis et Monacensis componere:

Multo sane maiore ad eam rem auctoritate sunt Abaelardi 'Glossulae super Porphyrium', sed casu perquam mirifico factum est, ut quo in codice lateant, nondum sit notum.[76]) — Saeculi XIII

Codex Sangermanensis (Prooemium p. 553):

Intentio Porphyrii est in hoc opere tractare de sex uocibus, id est de genere et de specie et de differentia et de proprio et de accidenti et de indiuiduo et de significatis eorum. et cum intendat tractare de istis sex uocibus, et omne⟨s⟩ tractare tamen non proponit nisi de quibusdam tantum. ideo non ponit de indiuiduo, quia indiuiduum continetur sub unoquoque.

Codex Monacensis (fol. 38ᵃ):

Porphyrius intendit agere de sex ⟨uoci⟩bus in hoc opere, de genere, de s⟨pecie⟩ d⟨ifferentia⟩ p⟨roprio⟩ a⟨ccidenti⟩ et de indiuiduo. sed cum intendat de sex agere, de quinque tantum proponit. Indiuiduum uero praetermittit, quia illud ad illa omnia quae proponit pertinere uidebat et sub omnibus contine⟨ri⟩.

Eandem de indiuiduo quaestionem attingit commentarius Sangallensis, cf. adn. 78. — De sex uocibus huius loci cf. Prantl II² p. 172.

(Ibid.) *Et de omnibus istis intendit tractare rogatu cuiusdam sui amici, scilicet Chrysaorii, qui legerat uel legere intendebat ⟨Categorias⟩, in quibus quasdam difficiles esse sententias nouerat.*

(P. 555) Videtur autem (p. 171, 10)] *Proposuit se tractaturum de genere, sed quoniam est aequiuocum ad multa, significat enim collectionem et principium et materiam et masculum et faeminam et generata, ideo exequitur aequiuocationem generis, ne ubicumque audiretur genus, intellegeretur philosophicum genus* eqs.

Huius intentionis est causa amicus suus grisaorius, qui legerat uel legere intendebat cathegorias ·a·(i. e. aristotelis), *in quibus audierat ponderosas et difficiles esse sentencias et ipsam materiam grauem.*

(Fol. 31ᵇ) Videtur autem] *Proposuit se tractaturum de genere, sed antequam tractet de philosophico genere, uult ostendere quod genus non dicitur simpliciter, sed est equiuocum.*

Formulas quasdam communes esse huius commentarii Abaelardi et 'Rabani' Cousin obseruauit p. 615.

[76]) Hae *Glossulae magistri Petri Baelardi super Porphyrium* a Felice Ravaisson uiro in litteris philosophiaque insigni in codice aliquo inuentae sunt, ipse tamen numquam glossulas integras edidit ac ne illud quidem aperuit, qua in bibliotheca codex ille esset. Itaque, quoniam a.

etiam codex Sangallensis 833 est, in catalogo Scherreri p. 283 nimis breuiter absolutus, cuius maximam partem Schepssius descripsit. In pag. 4—7 paucorum locorum Isagogae explicationes sunt prooemio quodam instructae.[77]) Cuius prooemii initium quamquam congruit cum primis uerbis commentarii 'Rabani' (cf. adn. 70), proxima tamen diuersa sunt.[78])

1900 mortuus est, ubi thesaurus defossus sit nescitur. Notitia glossularum posita est in libro Caroli de Rémusat *Abélard* uol. II (1845) p. 93 ss., ubi summarium earum Francogallica lingua editum est. Ne Victor Cousin quidem plura certioraque de iis proponere potuit, sed in editione operum Abaelardi uol. II (1869) p. 756 ss. ea quae Rémusat dederat, isdem uerbis repetiit. Ac tamen haud mediocri pondere glossulas illas esse qui sunt huius partis litterarum peritissimi consentiunt: cf. praeter eos quod modo nominaui, Hauréau p. 371 ss. Prantl p. 164. 173 ss.

77) Inscriptio est *Incipiunt ediciones in ysagogen porphirii.* Insunt praeterea, quae Scherrerus omisit, *De categoriis pauca, Pauca de perierminiis, De libro diuisionum parum, De cathegoricis sillogismis, De hypotheticis sillogismis.*

78) Initia duorum commentariorum haec sunt:

Commentarius 'Rabani' (Cousin p. 613):	Commentarius Sangallensis:
Intentio Porphyrii est in hoc opere facilem intellectum ad Praedicamenta praeparare, tractando de quinque rebus uel uocibus, genere scilicet, specie, differentia, proprio et accidente, quorum cognitio ualet ad Praedicamentorum cognitionem.	*Cum porph⟨yrius⟩ ysagogarum librum hac intentione conscripserit, ut uiam facilem ad praedicamenta pate⟨face⟩ret (*uel *⟨prae⟩pararet) ·a·* (i. e. Aristotelis) *tractando de genere, specie et ceteris quae ·a· in suo tractatu quasi nota praeterierat, querendum est quare similiter de indiuiduo tractatum non fecerit, sine cuius noticia plenarie praedicamentorum non potest haberi noticia.*

Ad initia horum locorum cf. p. 148, 12 *cum eius intentio sit ad Praedicamenta intellectum facilem comparandi* (cod. H *praeparandi*), et ad commentarium Sangallensem p. 146, 17 *quid uero esset genus, quid species . . ., uelut nota* (Aristoteles) *praeteriit.* — Codicem Sangallensem Schepssius ibid. p. 117 commemorat. — Notkerus abbas ille Sangallensis clarissimus etsi Consolationem Boethii commentariosque in Aristotelis Categorias librumque Π. ἑρμ. compositos in linguam Germanicam transtulit, eandem operam neque Isagogae neque eius commentariis

Agmen hoc claudat codex Monacensis 14460, antea Frisingensis, saeculi XIV, quattuor commentarios Isagogae continens,[79]) etiam propterea non omittendus, quia Frisingae studia Isagogae et Boethii a Gottscalcho et Ottone episcopis condita et aucta (cf. p. XXXVII) posteriore quoque aetate retenta esse una cum Monacensi illo 14779 (cf. p. LXVII) testis est. Commentarios saeculo XIV inferiores missos facio, hos autem, de quibus agebam, descriptos esse, si cui artem dialecticam ac disciplinam scholasticam uel accrescentem per medium aeuum uel decrescentem persequi libeat,[80]) fortasse non inutile erit.

VI. De editionibus.

Raro editi sunt commentarii, saepissime aut Aristotelis Organo uel operibus omnibus in Latinum translatis praefixa aut in libros uarii generis ad Aristotelis dialecticam spectantes recepta est Isagoge separata. Ipsa etiam prius quam illi typis expressa est.[81])

Editio princeps Isagogae separatae Augustae Vindelicorum (ab Ambrosio Kellero) a. 1479 emissa est in initio

Boethianis impendit: cf. P. Piper, *Die älteste deutsche Litteratur bis um d. J. 1050* (1884) p. 337 ss. Nihil eius generis extare uidetur nisi pauculae glossae illae quas adn. 48 indicauimus.

[79]) Hi quattuor commentarii Isagogae sunt: *Mag. Nicolai Parisiensis Notulae super Isagogen Porphyrii,* ab initio mutilae; ceteri tres incipiunt *Unus est creator, Liber iste . . diuiditur, Logica per modum doctrine.* — Etiam in codice Cheltenhamensi 882 saec. XIV *Quaestiones in Porphyrium* (de quinque uocibus) sunt.

[80]) Inter commentarios etiam glossae in codicibus ascriptae numerandae sunt, uelut in Monacensi 14516 (nostro L, cf. p. XLIII): quas nihil continere quod cognatum sit cum commentariis 'Rabani' aut Abaelardi, Schepssius in schedis reliquit. Etiam Laurentianum 89 sup. 80 (L Bussii) plenum glossarum esse (cf. p. XLIV.) indicatum est. Cognatio inter horum aliorumque codicum glossas num quae aut qualis sit, quaerere non potuimus.

[81]) Non solum Boethii extat Isagoge Latina, quibusdam in editionibus librorum dialecticorum Aristotelis est etiam 'Argyrophili' uel 'Argyropili' i. e. Iohannis Argyropuli; cuius de opera in Aristotelem Latine reddendum impensa cf. Voigt, *Die Wiederbelebung des class. Altertums* [3] I p. 368.

Organi Aristotelici Latini posita. Facta est ex codice aliquo ualde mendoso neque prorsus desunt loci eiusmodi, ut exemplar Graecum adhibitum uideatur. Ex ea parte etsi proximus editor Nicoletus, artium liberalium ac medicinae professor Patauinus, qui libellum cum Organo Venetiis a. 1483 impresso coniunxit, integritati eius pepercit, uix quicquam tamen attulit quo eum emendaret. Primum pluribus locis inserta quaedam sunt ex Isagoge Graeca sumpta in editione principe totius Aristotelis Latini (Venet. 1489), manserunt praeterea plurimi priorum editionum errores.

Editio princeps Boethii Venetiis a. 1492 (1491) facta commentarios in primo loco uoluminis collocatos continet.[82]) Haec editio, ut de commentariis modo dicam, laude digna est non solum propter codicis uel codicum fundamentum in quo est posita, sed etiam propter editoris curam ingenio suo locis corruptis uel dubiis subueniendi. Multa quidem mendosa, manca, interpolata eaque saepe una cum nostris aliquibus codicibus habet a posterioribus quoque editoribus recepta (cf. *edd.* ad p. 33, 16. 17. 35, 1. 51, 19. 64, 13. 67, 22. 75, 1. 173, 15. 187, 9. 215, 19. 218, 4. 249, 15. 250, 6. 252, 23. 253, 1. 286, 6), sed etiam multae insunt bonae lectiones cum nostris codicibus communes (cf. ad p. 64, 16. 140, 2. 142, 1. 154, 5. 162, 6. 7. 212, 15. 215, 5. 228, 8. 298, 1), adeo ut hoc nomine proximae editioni Basileensi anteponenda

[82]) Desunt hac in editione Aristotelis Analytici priores et posteriores, Topica, Sophistici elenchi a Boethio in Latinum translati, quos libros editio Basileensis demum addidit. Ipsa autem nescio qua de causa e diuersis partibus conglutinata est. In fol. 220^{a}, in fine Geometriae, est haec subscriptio: *Venetiis Impressum Boetij opus per Ioannem et Gregorium de gregorijs fratres ... Anno .. 1492. die 18. Augusti,* sequitur in foliis quae numeris 160—250 signata sunt, isdem typis expressa Consolatio et De disciplina scholarium liber spurius, utrumque opus commentario Thomae Aquinatis instructum. In fol. 250^{a} est subscriptio: *venetijs per Ioannem de Forliuio et Gregorium fratres. Anno salutis. MCCCC. LXXXXI. die. XXVI. mensis Martij.* Non solum exemplar bibliothecae Heidelbergensis sic se habet, sed etiam apud Hainium, Repertor. bibliograph. I p. 459 n. 3351, eadem descriptio est. Fugerat me subscrip-

sit.[83]) Accedunt et ii loci, qui cum in nostris codicibus sint deprauati, hac in editione restituti sunt (cf. p. 42, 14. 67, 5. 68, 21. 172, 16. 147, 10. 172, 16. 202, 16. 204, 8), et ii, qui quoniam correctione egere idque recte saepe uidebantur, coniecturis sunt temptati (cf. ad p. 16, 7. 15. 69, 21. 74, 25. 77, 20. 76, 6. 108, 14. 115, 5. 23. 117, 22. 118, 5. 141, 18. 143, 8. 196, 3. 217, 1. 223, 6. al.). Veri enim quam dissimillimum est eas lectiones quae nullo nostrorum codicum tradantur, e codice aliquo sumptas esse. Lemmata Isagogae etiamsi quibusdam locis saniora quam in prioribus editionibus sunt, pluribus tamen ni fallor quam commentarii uitiis laborant ac saepe pessime deformata sunt. Pendet enim haec editio in Isagoge maxime ex Veneta totius Aristotelis, in eo tamen uiam quam illa ingressa erat, licenter persecuta est, quod ipsa quoque nonnullos locos secundum exemplar Graecum mutauit uel amplificauit. — Editio a. 1497. 1523. 1536 repetita esse dicitur (Graesse I p. 462), ego harum nullam uidi.

b A. 1546 noua recensio operum Boethii facta est editione Basileensi (apud Henricum Petrum), cuius auctorem esse Henricum Loritum Glareanum, hominem litteratum satis notum, praefatio eius Friburgi Brisgouiae data ostendit adiutum 'infatigabili cura ac diligentia' Sebastiani Munsteri Basileensis (auctoris Cosmographiae illius) subsidioque aliorum, qui codices ei suppeditabant. Sed in praefatione ne uerbo quidem Iulius Martianus Rota appellatur, cuius sequitur 'Epistola nuncupatoria' ad 'Georgium Cornelium pontificem Taruisinum designatum' data, in qua se multo meliora quam antea fuissent

tio prioris illius partis, ita ut pro anno 1491 annus editionis commentariorum 1492 ponendus sit. — Apud Graessium, *Trésor de livres rares* V p. 416, commemoratur haec editio: *In hoc corpore hec uolumina continentur in primis Porphyrii Isagoge cum commentario Boecii* etc., s. l. et a., sed ne in maximis quidem bibliothecis Germaniae extat. Itaque adhibere non potui. — In editione nostra notabiliores modo priorum editionum lectiones subscriptae sunt.

[83]) Idem Schepssii iudicium est, Philolog. LII p. 561, simile Meiseri, Boetii comment. in Aristot. Π. ἑρμην. praef. p. X.

impressa commentaria Boethii reddidisse scribit. Eodem sine dubio respicit quod a Rota in sua editione a. 1559 (praef. p. 4) 'prima censura' commemoratur, per quam commentaria Boethii summa cum cura correxisset ac suppleuisset. Nulla autem Rotae editio ante a. 1559 extitit, ergo nihil restat nisi ut illum de prima sua censura dicentem operam suam huic editioni Basileensi impertitam significare statuamus. Haec editio facta est Vulgata quam dicunt Boethii, pro stirpe eius tamen princeps Veneta existimanda est, editores autem, Glareanus et Rota, ipsi multa nouauerunt partim uitiantes illam partim purgantes. Vitiauerunt et inutilibus peruersisue mutationibus uerborum et additamentis uel breuioribus uel longioribus, cui insolentiae tamen aliquid excusationis propterea concedendum est, quia etsi de codicibus commentariorum tacent, usu tamen codicis alicuius interpolati uel codicum in errorem inducti sunt (cf. ad p. 8, 20. 36, 11. 39, 6. 46, 22. 67, 5. 79, 19. 102, 18. 130, 21. 163, 9. 194. 3. al.). Purgatus contra contextus est nonnullis locis qui in editione principe mendosi erant recte scriptis, quarum correctionum perpaucae, cum eaedem codicibus aliquibus nostris praebeantur, fortasse originis antiquae sunt (cf. p. 163, 1. 174, 10), multo plures et optimae quaedam ad coniecturam editorum sunt referendae (cf. p. 15, 8. 18, 7. 23, 18. 28, 5. 36, 13. 43, 22. 46, 7. 61, 6. 69, 8. 82, 10. 105, 23. 109, 1. 118, 20. 120, 19. 138, 5. 153, 7. 169, 3). Accedunt multae coniecturae minus necessariae (cf. ad I p. 4, 9. 18, 16. 21, 23. 29, 12. 30, 6. 33, 9. 49, 2. 53, 10. 69, 22. al. II 135, 11. 136, 23. 137, 5. 139, 16. 141, 23. 145, 6. 15. 155, 3. 164, 22. al.). Omnino editorum sagacitas inuentioni posteriorum non multa reliquit. In Isagoge multa ex Graeco, pleraque tamen uix recte, adiecerunt. Libros quosdam Aristotelis hac demum in editione additos esse iam dictum est (adn. 82). — Editio a. 1570 repetita est. Adamus Henricpetri typographus, Henrici Petri filius, patrem denuo opera Boethii prelo committere parantem apud doctos alia uetusta exemplaria inuestigasse narrat (fol. a 2), e quibus Iacobus Ruterus loca suspecta et corrupta emendauisset, sed huius uiri opera ad commentarios

Isagogae non pertinuit, in quibus nihil nisi errores typographici prioris editionis correcti sunt.

r A. 1559 Martianus Rota editione suo nomine signata Boethii Dialectica Venetiis emisit, quorum primum locum commentarii Porphyriani tenent. In titulo editionis uerbosissimo et in epistula p. 4 ad Georgium Nanum data gloriose merita sua praedicat, quae tamen eius ad ‘primam censuram’ magis spectant, de qua in Basileensi describenda dictum est, quam ad hanc ‘secundam’. De qua exponens nihil dicit de codicibus, immo operam suam laudibus satis uagis uel extraneas potissimum res tangentibus commendat. Itaque in commentariis Porphyrianis saltem haec editio ita repetit Basileensem, ut paucae correctiones coniectura excogitatae accedant (cf. ad p. 16, 15. 17. 28, 12. 44, 11. 14. 60, 28. 113, 6. 138, 10. 139, 3. 201, 8. al.), ex quibus quasdam probauimus, perraro ad editionem principem redeatur.

m Postrema editio commentariorum Isagogae Patrologiae Mignianae tomo LXIV (a. 1847) col. 9—158 continetur. Haec editio pro more editoris uel bibliopolae priores sine ulla sua cura exscribendi nil est dicenda nisi Basileensis aliis typis expressa. Repetita est a. 1860, rem tamen non totam operariis commissam esse loci quidam demonstrant. Tertium a. 1891 emissa est, quae exceptis perpaucis locis (uelut p. 44, 11) editionem alteram sequitur, sed mendis typographicis scatet.

Optime de Isagoge Boethii meritus est Adolfus Busse, cuius editionem Isagogae Graecae eique adiunctae Latinae (cf. adn. 1) saepius iam commemorauimus. Subsidium enim exempli Graeci ab illo uiro accuratissime cum apparatu critico editi nisi fuisset, fieri non poterat, ut omnino uera imago Isagogae Boethii agnosceretur incuria iniuriaque et librariorum et editorum per tam longam saeculorum seriem deformatae. Quo ex situ Bussius libellum exemit alterum adsumens instrumentum codicibus Isagogae Latinae paratum eoque instrumento, quod post editionem Basileensem neglectum iacuerat, optime usus. Non inutilem tamen superuacaneamque

nostram in Isagoge recognoscenda fuisse operam propterea nos dicere licet, quia non solum pluribus melioribusque quam ille libris manu scriptis usi sumus,[84]) sed etiam uerba Latina artius applicauimus Graecis: in quo rationem illi ipsi probatam persecuti sumus, quippe qui constantius Porphyrii uestigiis si quis Boethiani operis editor institisset, eum se non malignum habiturum professus sit (p. VIII). Interdum etiam aliis de causis non easdem quas Bussius lectiones posui.

Nostrae editionis de rationibus institutisque nihil iam addendum est: cui si id contigit, ut tandem hi commentarii quantum fieri potest ad pristinam formam sint reuocati, expletum est quod ei propositum erat. Diuisione facta capitum numerisque ascriptis commodo legentium prospexisse mihi uideor. Index uerborum ut iam huic primo uolumini operum Boethii

[84]) De codicibus Bussii cf. supra p. XLVIII. Lectiones codicis Monacensis 6403 (C et apud Bussium et apud nos) in Bussii apparatu non accurate indicatas esse Schepssius loco adn. 83 significato dixit, sed idem de ceteris Bussii codicibus (A, qui noster P est, et BLPQ) ex Schepssii et meis collationibus (cf. etiam quae adn. 44. 49. 50 monui) et uirorum quos adieram testimoniis dicendum est neque mediocris est eorum locorum numerus; eorum tamen codicum Bussius nullum ipse contulit, sed collationes habuit omnes ab aliis factas. Permulta sane in iis erratis leuia sunt, alia tamen grauiora, uelut, ut unum hic ostendam, quod apud Bussium p. 31, 7. 8 locum *sed — Iouem* (p. 220, 11 s.) in AC omissum esse legitur: sed ii qui codices contulerunt, sine dubio editione uel Basileensi uel Migniana usi eo in errorem inducti sunt, quod in his editionibus locus non proximo lemmati Isagogae, sed priori commento Boethii ascriptus est. Quibusdam locis Bussius ob unam causam, quia falsa ei de codicibus tradita erant, falsa tribuit Boethio, uelut p. 26, 18 (177, 9 nostrae ed.) priorum editionum lectionem *quam* codicibus AB nisus retinuit, sed hi cum ceteris *namque* habent. Talibus aliisque quibusdam locis maxime propterea, ut appareret cur ego a Bussio discederem, facere non potui quin in apparatu quae uerae essent scripturae adderem eorum dumtaxat codicum, quibus ille solus usus est, ego non sum; cf. ad p. 177, 9. 188, 11. 206, 7. 212, 12. 275. 13 (ubi Bussii in appar. p. 39, 6 scribendum erat 'ut *om. BLPQ*[2]'). 292, 2. In scripturis codicum A (= P) C et ab illo et a me adhibitorum nihil tale adieci, sed ex silentio meo utra sit uera lectio intellegendum est. Haec praetermittere non potui, ne iis qui utraque editione uterentur, dubitationes suborerentur.

adderetur, uiri qui huic Corpori administrando praesunt, auctores mihi fuerunt.[85])

Superest, ut multis illis uiris doctis, inprimis bibliothecarum praefectis, gratias agam maximas, qui eo de hac editione bene meriti sunt, quod uel codicibus transmittendis uel partibus locisque eorum in nostrum usum describendis subsidia critica nobis auxerunt firmaueruntue. Insigni deinde beneuolentia Augustus Engelbrecht Vindobonensis, qui in edenda Consolatione uersatus Boethii ingenium sermonemque eximie perspectum habet, et Alfredus Hilgard Heidelbergensis, ut editor grammaticorum Graecorum etiam ad hoc genus doctrinae ipso Boethio teste grammaticae cognatum optime praeparatus, operam suam mihi praebuerunt, ut liber quantum fieri posset purgatus emendatusque euaderet. Qui amici optimi non solum negotium legendi plagulas susceperunt, sed addiderunt etiam praestabiliorem illam curam, ut non subsistentes ad limen illud intus quoque quomodo nouum Boethii domicilium apparatum esset animaduerterent. Cuius curae cum receptae a nobis uel commemoratae illorum coniecturae aperta indicia sunt, tum grauior atque operosior fuit pars sub aspectum non cadens, quod de multis locis propter discordiam codicum dubiis aliisque rebus erudite acuteque me monentes ut rectiora statuerem effecerunt.

Haec editio si unum meum nomen prae se ferret, morem sollemnem secutus, quo studiorum doctrinae fructus aliquis gratiae tanti ornamenti testificandae causa offerri solet, in fronte

[85]) Ab apparatu editionis eas scripturas codicum exclusi, quae manifesta uel neglegentia uel licentia ortae in uno aliquo codice extant, praeterea in codicibus quorum potiores modo lectiones afferuntur (cf. adn. 46), plurimas illas correctiones cuiuslibet manus quibus lectiones uerae restituuntur. Recepi eas lectiones quae aliqua de causa notione dignae uidebantur, sed eas quoque in quibus etiam binorum modo codicum consensus est. In omnibus codicibus quae leuiora a manu prima correcta sunt omisi. Cf. etiam p. XXXVIII (de *m2*) et adn. 82 extr. (de editionibus).

libri titulum Ordinis reuerendissimi theologorum Uniuersitatis Heidelbergensis cui dicarem posuissem, cui ante nonnullos annos ratione habita Lactantii mei hoc ipso in Corpore editi summam suam dignitatem honoris causa ad me conferre placuit. Nunc eo redactus, ut quo minus hic liber totus appellandus est meus, eo pluribus uerbis hoc loco mihi opus sit, quicquid in eo meae operae est, uiros illos clarissimos gratissime summae eorum beneuolentiae memor, ut benigne accipere uelint, oro. Parum sane propinqui esse Porphyrius Latinus et commentarii Boethii rationibus usuique theologorum uidentur atque etiam e philosophis quotus quisque studio eorum uacabit? Historia tamen harum doctrinarum numquam hoc libro carere poterit.

Heidelbergae, d. XV. m. Aug. a. MDCCCCVI.

Samuel Brandt.

Excursus I (ad p. XXVI adn. 26).

Prooemia Ammonii et Boethii ut inter se comparata in conspectu ponantur, Ammonii prooemium tres potissimum partes continet, quarum prima, quid sit philosophia (p. 1, 2—9, 24), altera, quae partes eius sint (p. 9, 25—16, 16), explanatur, tertia, postquam alia quaedam inserta sunt, tractatione septem illarum quaestionum uel capitum (p. 21, 5—23, 24) legentes ad libri intellegentiam instruentium efficitur, quae Boethius p. 4, 14 didascalica appellat, posteriores κεφάλαια nominant atque octo ponunt (τὰ εἰωθότα ὀκτὼ ... κεφάλαια Elias p. 35, 5. 8. Dauid p. 80, 6); omnino uarius huius rationis hermeneuticae est usus (cf. Ammonium ipsum, Comment. in Categ. Aristot. p. 7, 15—8, 10; Alexandrum Aphrod., Comment. in Analyt. pr. p. 4, 30 ss. 6, 13. 8, 4; Proclum, Comm. in Plat. rem publ. I 5, 27 ss. Kroll; etiam Galenum, De libris suis, initio, unde quid ἡ ἐπιγραφή et ἡ λέξις ualuerit, intellegitur). Boethius sex modo didascalica (aliter Comment. in Categ. Aristot. p. 159 A—162 A) una cum nominibus Graecis cum Ammonio congruentibus enumerat p. 4, 17—5, 8, quibus in explicandis ita plerumque uersatur, ut ab Ammonio breuiter dicta dilatet, p. 5, 11—15, 21. Duas priores partes prooemii Ammoniani tertio didascalico, quod est de utilitate libri (p. 7, 5—10), anguste contractas p. 7, 10—9, 22 adiungit: cf. definitionem philosophiae (Pythagorae) Amm. p. 9, 7—23 φιλοσοφία ἐστὶ φιλία σοφίας ..., σοφίαν ... τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν ὠνόμαζε: I 7, 12—20 *est enim philosophia amor ... sapientiae ..., ut uideatur studium sapientiae studium diuinitatis* eqs.; sequuntur philosophiae diuisio Amm. 11, 6 ss. et subdiuisiones 11, 22 s. et 15, 1 ss. (de hac ratione posteriorum Peripateticorum Zeller II [3] pars II p. 176 s.), apud Boethium p. 7, 23 ss. 8, 6—12. 9, 13—22, nisi quod pro mathematica Ammonii (p. 11, 22) partem *intellegibilem* (p. 8, 9. 19), id quod doctrinae Neoplatonicae propinquum est (cf. Zelleri ad p. 8, 20 locum), ponit; de aliis subdiuisionibus cf. Amm. p. 15, 11 ss. 16, 5 ss. et Boeth. p. 9, 21 s. De utilitate Isagogae (cf. Amm. p. 22, 5 ss.) agens Boethius p. 10, 2 ss. quaerit, utrum logica pars sit philosophiae an supellex (cf. Amm. 23, 23 s. et supra p. XII adn. 6), deinde ostendit, quae utilitas eius sit ad grammaticam p. 10, 19 ss. (cf. Amm. p. 8, 22?) et rhetoricam p. 10, 22 ss. (cf. Amm. p. 8, 4?); quae de definitione p. 10, 25 ss., de diuisione 11, 23 ss., de probatione p. 12, 1 s. dicit, ex Isagoge ipsa p. 16, 13 (19, 19 ss.). 16, 16 (22, 14 ss. 23, 2 ss.) huc traxit. De ordine librorum Aristotelis legendorum proposita non ex Ammonio (p. 22, 23 ss.), sed aliunde sumpsit; cf. de hac quaestione Prantelium

p. 534 ss. 540, etiam 644 ss.; Boethium, Comm. in Categ. Aristot. p. 161 B ss. 162 C; *Entstehungszeit* p. 265 s. Ad p. 5, 11—7, 4 (de intentione libri) cf. Amm. p. 22, 3—5 et 20, 15—24, ad p. 15, 1 (de inscriptione) Amm. p. 23, 1 ss., ad p. 15, 5—13 (num germanum opus Porphyrii sit) Amm. p. 22, 10—23 (cf. 10 ἡ φράσις et Boeth. p. 15, 7 *stilus*). — De posterioris commentarii prooemio p. 135, 5—147, 3, quod continet disputationem longe repetitam lateque diffusam, quae ex uariis philosophorum sententiis conflata est, perpauca ad fontes eius spectantia dicere possum. Initium, in quo scriptor ab infimo gradu herbarum arborumque exorsus per animalia mente carentia ad hominem ascendit (p. 136, 2 ss.), rationis Aristotelicae est (cf. Zeller II[3] pars II p. 497 ss.). Ex sex autem illis quaestionibus didascalicis prioris commentarii primam tantum, quae de intentione libri est (cf. I 4, 18), eodem fere modo quo in priore commentario (p. 5, 11—7, 4), Ammonium (p. 20, 15—24) sine dubio respiciens, sed multo copiosius exsequitur p. 143, 10—146, 26 (147, 2), duarum aliarum, quae sunt de inscriptione (cf. I 5, 6 ss.) et de utilitate libri (cf. I 4, 19 s.), prope nomina tantum p. 147, 1. 2 dicit. Quod p. 137, 21 ss. uim rationis humanae quattuor modis exerceri dicit, ut aut 'an aliquid sit aut quid aut quale aut cur sit' quaerat, apud unum Eliam p. 3, 5 (τέσσαρα προβλήματα) idem inueni, tres priores ex Victorino De definit. p. 19, 4 St. (Boeth. 892 D) Prantelius p. 689 affert: status causarum iudicialium quantum fieri poterat ad dialecticam translati uidentur. De quaestione illa ad logicam spectante, quam modo ad I 10, 2 ss. attigi, p. 140, 13—143, 7 tractata et, ut ait, soluta cf. supra adn. 6.

Excursus II (ad p. XXIX adn. 34).

Contrariae sententiae auctor est Eduardus K. Rand, Uniuersitatis Haruardensis Americanae professor, qui in disputatione multum bonae frugis continente quae inscripta est *Der dem Boethius zugeschriebene Traktat De fide catholica, Jahrbücher f. klass. Philol., XXVI. Supplementband* (Lips. 1901) p. 407—461, statistica quae nunc appellatur ratione usus priorem commentarium Isagogae superiore in gradu temporis positum esse quam libros de mathematica et de musica scriptos neque ullum omnino Boethii librum ulterioris originis esse contendit. Qua in sententia defendenda consuetudine quadam Boethii a se obseruata nititur, quod ille in omnibus libris suis coniunctiones *quidem—uero*, nonnihilo minus *quidem—autem* eodem quo Graecae sunt μὲν—δέ sensu usurpatas frequentet, excepto priore commentario Isagogae, in quo discedat ab eo usu; Boethii ipsius in interpretatione Latina Isagogae ait (p. 430 ss.) *quidem—uero* esse LXVI locis, *quidem—autem* XXIV, in commentario posteriore illud plus C, hoc XII fere locis occurrere eandemque esse rationem in libris De arithmetica, De musica, ceteris;

at neque Victorini in interpretatione Isagogae neque in priore Boethii commentario illas particulas inter se oppositas extare, quattuor tantum locis simplex *quidem* inueniri; quo certo documento ceteros libros post priorem commentarium omnes esse compositos demonstrari. Haec argumentatio si uera est, nostra stare non potest. Ea autem quae contra Randium iam disputaui *Entstehungszeit* p. 270 ss., eo magis hic repetam, quod quaedam in iis corrigenda, alia addenda sunt. Atque primum hoc dicendum est, Randium, cum editione critica uti nondum posset, non prorsus recte numeros illos prioris commentarii statuisse: extat *quidem—uero* p. 65, 19, *quidem—at uero* p. 93, 5. 7, *quidem—autem* est p. 34, 2, non recte ego (p. 271 adn. 17) etiam locum p. 10, 2—4 huc uocaueram; quamquam ad causam ipsam non pertinet, addere tamen etiam hos locos placet: simplex *quidem* est p. 10, 2. 16, 18 (in interpretatione Victorini). 24, 24. 71, 7. 75, 13 (Victor.); *quidem—sed* p. 17, 1. 99, 24; *quidem—(non) tamen* p. 26, 16. 115, 14. Itaque minus quam Randio uisum est, in priore commentario Boethius ab usu coniunctionis *quidem* abhorret, concedendum tamen est perpaucos eiusmodi locos esse cum multitudine posterioris comparatos. Quae res ut a uiro illo doctissimo recte obseruata est, ita quomodo factum sit quaerere debemus, ut scriptor in priore commentario tam parce particulas coniunctas *quidem—uero* et *quidem—autem* adhiberet. Duae causae cogitari possunt: aut casu ductus est aut consilio. Atque ut res ad casum referri posse uideatur, eo efficitur, quod Boethius Victorinum in manibus habuit, cuius non solum in uerbis explanandis uersatur, sed, ut demonstratum est, plurima uerba etiam ipsa repetit uarieque in suam orationem recipit. Itaque fortasse conici potest Boethium, qui totus studio exemplaris Victoriniani teneretur, paene imprudentem ad eandem proprietatem delapsum esse. Mihi tamen altera ratio, quae in consilio scriptoris posita est, probabilior uidetur, ut illum, quem non fugisset consuetudo illa sermonis Victoriniani, scientem eam imitatum esse existimem. An incredibile est hominem qui neque aetate neque arte iam satis esset corroboratus, auctoritate rhetoris celeberrimi, quem *ut oratorem sui temporis ferme doctissimum* (p. 4, 12) admiratur, adeo motum esse, ut quam dictionem illum constanter repudiare uideret, eandem ne ipse quidem, etsi antea usurpauerat, in id potissimum opus inducere uellet, in quo ille primas partes obtineret, ipse ageret secundas? Hoc si ita est, bis illud positum *quidem—(at) uero* paene contra institutum ei excidit. Sed ego omnino huic paucitati nihil tribuere possum. Quid, quod in XXXVII columnis Mignianis duorum librorum De syllogismo categorico (p. 793 ss.), quo de opere admonitus sum disputatione quadam, quam A. P. Mc Kinlay, iuuenis Americanus, discipulus Randii, adhibita ratione statistica scripsit, quantum ego quidem repperi, locutionis *quidem—uero* certum exemplum est nullum (nam p. 793 D *quandoquidem* legendum est, locus autem p. 794 C *Et hi quidem—si*

quis uero recte apud Mignium ut corruptus significatur), unum autem (p. 816 C) alterius *quidem—autem*, praeter haec ter *quidem—sed*? Hoc autem opusculum a Boethio post commentarium in Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας librum, qui p. 795 B. 797 B. 810 A commemoratur (cf. *Entstehungszeit* p. 254), atque multo post commentarios Isagogae compositum est. Sed accedit aliud idque grauissimum. Prior enim eius operis liber tantopere, atque in initio maxime, ad uerbum saepe cum eo libello consentit cuius titulus est 'Introductio ad syllogismos categoricos' (p. 761 ss.), ut Prantelius illum epitomen Introductionis appellare non dubitauerit (p. 682 adn. 80; cf. *Entstehungszeit* p. 241 ss.). Introductio ipsa quoque post commentarium libri Π. ἑρμην. scripta est (p. 764 A), sed contra atque in libris De syllog. categ. factum est, in XXXII eius columnis *quidem—uero* XXV locis, *quidem—autem* X, *quidem* — *sed* fere XII extat. His quae exposuimus Randii rationem euerti apparet: quam si sequeremur, Introductio post commentarium Isagogae posteriorem, libri De syllog. categ. ante essent ponendi. Aliud exemplum testimoniumque, quo Randii ratio refutatur, ex differentiis sermonis quae inter duos commentarios sunt sumo. Priore in commentario locutio *porro autem* uiginti quattuor locis legitur, in posteriore deest. At Boethius etiam aliis in libris *porro autem*, etsi perraro, scripsit: indices editorum tres in Instit. arithm. (p. 12, 25. 14, 7. 28), duos in secunda editione commentarii Π. ἑρμην. (p. 34, 22. 416, 18) ostendunt, in prima et in Instit. musica deest. In hoc exemplo iterum inconstantia quaedam agnoscitur, quae tamen, ni fallor, certa causa non caret: est enim eadem illa quae in locutione *quidem—uero* imitatio Victorini, sed in contrarium uersa. Victorinus enim *porro autem* in loco p. 77, 9 scripserat, sed procul dubio in pluribus locis, quos tamen Boethius non recepit. Itaque in priore commentario hunc usum Victorini imitatus esse, postea, quoniam ei displicuit, dimisisse uel perraro ac fortasse casu tantum admisisse uidetur. In tota autem hac quaestione illud tenendum est, si intellegi possit, qua de causa scriptor aliquis alio in libro aliam aliquam proprietatem dicendi sequatur, ilico rationem illam numeros locorum computandi comparandique cadere ita, ut ad originem tempusque libri constituendum minime iam sufficiat. Accedit quod una aliqua res grammatica ad quaestionem temporis transigendam satis ponderis habere non potest: de quo recte dixit Const. Ritter, *Die Sprachstatistik in Anwendung auf Platon u. Goethe, Neue Jahrbücher f. d. kl. Altertum*, uol. XI (1903) p. 257 ss. Omnino autem haud paucis in uocibus adhibendis Boethius alium usum in priore, alium in posteriore commentario tenet, interdum dictionem suam aut ad Victorini exemplum aut ad suam normam conformans: quam rem iam p. XX attigimus (cf. *adesse. adsignare*, item *adsignatio. singulus* et *singularis*) et Index uerborum noster ostendit (cf. *absoluere. absolutus. accidenter. adgredi. adponere. adnumerare. cadere sub* c. acc. *claudere. conformare. conueniens. corrumpere* et *cor-*

ruptio. determinare. diffundere. diuinitas. cet.). Quorum etsi quaedam illum casu potius uel subita licentia quam cogitata uoluntate ductum scripsisse minime nego, tamen, ut iam p. XXI significaui, quanto perfectior uniuersa eius dictio in posteriore quam in priore commentario sit, quanto rotundior pleniorque orationis constructio et continuatio, quanto amplior copia, uarietas, dilectus uerborum, neminem fugere potest. Attamen hoc discrimen magnam partem eo effectum est, quod, quoniam posterior commentarius totam Isagogen in partes idoneas distributam continet, quae singulae iusta expositione adornantur, etiam dictio diligentius elaborata est quam in priore, in quo expositio nonnumquam cum locis Isagogae commiscetur atque, maxime in altero libro, festinantius absoluitur. Neque uero totum illud discrimen eiusmodi esse mihi uidetur, ut ob eam causam longum inter duos commentarios temporis interuallum intercessisse uel etiam priorem ante Institutionem arithmeticam compositum esse statuendum sit. Facile enim fieri potuit, ut Boethius, etiamsi non multo post priorem commentarium ad posteriorem componendum aggressus est, mentem uiresque ad seuerius acriusque studium ornate scribendi intenderet, cui rei antea nouitate ac difficultate insoliti argumenti occupatus minus consuluerat. Sed etiam hoc addendum mihi uidetur. Verba illa prooemii Institutionis arithm. *laboris mei primitias* si quis fortasse ad eum sensum uerti posse putet, ut non ipsum primum opus, sed unum ex primis operibus significent, haec interpretatio non modo cum uera sententia uocis *primitiae* pugnat, uerum etiam hoc argumento infirmatur, quod in priore commentario iam talis apparet scriptoris habitus ac sermo, qualis esse solet non eius qui prima rudimenta scribendi edit, sed qui conscius sibi est consuetudinis auctoritatisque docendi.

Excursus III (ad p. XXXV adn. 43).

De Boethii magisterio officiorum, quo munere in aula Theoderici ex a. 522 in a. 523 ante ipsum iudicium suum mortemque functus est, Usenerus p. 15 adn. 13. 38. 44 adn. 5 egit. — Per totam disputationem supra expositam dignitatum Boethii, quae in inscriptionibus codicum quorundam nomen eius sequuntur, rationem non habui nisi ubi de eius magisterio officiorum dixi. Itaque hoc loco pauca addenda sunt. Proposuit Usenerus (p. 40 s. 46) eam sententiam, ubi in codicibus librorum Boethii dignitates quaedam nomini eius ascriptae essent, eas ita congruere cum ipsa honorum accessione, ut qui unius cuiusque operis in codicibus scripti essent gradus honorum, eos ille tum tenuisset, cum eiusdem operis recensio uel ab auctore ipso uel ab aliis constitueretur. Quam rationem ut probaret, cum opera quaedam Boethii eorumque inscriptiones uel subscriptiones asciuit, tum commentarios Isagogae adhibuit, quorum codices sibi noti — scilicet quoniam hi libri ab illo antequam ad digni-

tates perueniret, compositi essent — nomen tantummodo eius haberent, carerent titulis dignitatum. Sed e pleniore nostra copia codicum rem non ita se habere apparet. E codicibus duorum commentariorum hi continent titulos: in initio prioris commentarii (p. 3) codices DSCPGT, in fine (p. 132) PT; in fine posterioris commentarii (p. 348) — in initio desunt — ELN. Nihilo minus ratio ab Usenero acutissime reperta uera est atque etiam huius quaestionis exitus ad eam quadrat. Sed nostris in codicibus D et S (p. 3) Boethius non solum *uir clarissimus et illustris et exconsularis ac patricius* (sic optime S), sed etiam *magister officiorum* appellatur. Haec autem dignitas ex omnibus codicibus titulorum enumerationes habentibus quae aut ab Usenero p. 45 ss. appellantur aut in editionibus operum Boethii extant, quattuor tantummodo in codicibus librorum De differentiis topicis commemoratur, in codice Floriacensi (Aurelianensi) 223 (Schepss, *Subscr. in Boethiushandschr.* p. 21 s.; est codex Danielis apud Iahnium *Üb. d. Subscr.* p. 354; Usener p. 47 adn. 14), in Casinensi 191 (Reifferscheid, Bibl. patr. Latin. Ital., *Sitzungsber. d. Wiener Akad.* uol. LXXI p. 84, Usener l. c., Schepss p. 24), in Parisino *Nouv. acq.* 1478, olim Cluniacensi (Schepss p. 25), in Carolovillensi 187 (Schepss p. 26). Et quoniam libri De differentiis topicis inter eos sunt quos Renatus recognouit (Jahn p. 354, Usener p. 47 adn. 14, Schepss p. 21 s. 25), secundum Useneri autem rationem haec recognitio facta est intra eius anni spatium quo Boethius magister officiorum erat, si hanc rationem sequimur, efficitur ut eodem anno editio duorum commentariorum Isagogae inter se coniunctorum facta sit—et a quo alio potius quam a Renato? Res mirabilis, sed non incredibilis. Dicat quispiam fieri potuisse, ut etiam post mortem Boethii titulus magistri officiorum poneretur. Sed duae causae huic coniecturae obstant. Una est quod, quoniam in codicum D et S aliorumque titulis Boethius *exconsularis* (*et cons.* in D per errorem) appellatur, si tituli post eius mortem additi essent, iure postularetur, ut pariter *exmagister officiorum* esset appellatus; neque enim in codicibus D et S procliui errore *et magistri officiorum* pro *exmag. off.* scriptum esse contra dici potest propterea, quia, hoc si factum esset, ordo necessarius titulorum in his codicibus esset *exmagistri officiorum ac patricii*, non *patricii* ante positum esset (Usener p. 15 adn. 13). Altera res cohaerens cum priore est illa, quod in codicibus quibusdam Consolationis, quam Boethius in carcere scripsit iam munere illo deposito, ob hanc ipsam causam titulus *exmag. offic.* scriptus est (p. VIII. 3 Peiper): ergo quod nostris in codicibus D et S *magister officiorum* est, hoc, ut in codicibus illis librorum De differ. top., ad eum ipsum annum 522/23 est referendum, quo Boethius honorem illum gerebat. Ceterum nollem factum ut in editione nostra, quod in inscriptionibus tituli omissi sunt, Boethius ornamentis suis orbatus uideretur.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag.	
1	Codices, *G*] *scribendum est* saec. X—XI*; cf. supra adn. 47.* Editiones] *ponendum est* ed. princeps, Venet. 1492; *cf. supra adn. 82.*
5, 17	substantia, *quod iam Schepssius pro ablatiuo acceperat, Engelbrechtius eundem casum esse arbitratur locum sic explicans* illa quae prima essent, et substantia (*sc.* prima, *accus.*) esse et generis uocabulo (*sc.* prima) nuncupari. *Facere tamen non possum quin uocem ex participio* subsistentia *corruptam esse coniciam, quae corruptio etiam p. 25, 12. 74, 14. 160, 23. 167, 11 in codicibus quibusdam est. Participium certe uerbi* substare *esse non potest, quia Boethius hoc uerbo nusquam in duobus commentariis utitur; deest etiam, secundum indices Friedleini et Meiseri, in libris De institut. arithmetica, De institut. musica, in Commentariis in Aristot.* II. ἑρμηνείας.
8, 21	est] sunt *retinendum est; cf. p. 65, 3* quae sunt.
10, 1	quid uerum quidque decens sit] *cf. Horat. Ep. I 1, 11.*
11, 13	*in appar. l.* 'ab] *PST* a *cett.*'
12, 19	*adn.*] *locum prologi Andriae Terentianae addidit Engelbrechtius.*
13, 17	*adn.*] *in loco Ammonii l.* p. 5, 21.
14, 16	praeibat igitur nos *coni. Engelbrechtius.*
18, 7	*in appar. 'cf. p. 33, 7' delendum. Engelbrechtius* aequo *retinet* eodem *interpretatus.*
32, 3 s.	simulque sic incipit de genere: Videtur *Engelbrecht; cf. Prolegom. p. LIV c. adn. 60.*
34, 21	demonstratiuum, deliberatiuum scilicet, et iudiciale *Engelbrechtius distinguit, ut duo tantum genera sint, Hilgardius conicit* demonstratiuum scilicet, deliberatiuum et iudiciale.
45, 1	distinguntur *cum codd.* (*S ante corr.*) *Engelbrechtius.*
49, 5	proprium *non esse addendum Engelbrechtius ostendit, quia a p. 48, 26 usque ad hunc locum quae uoces ad* plurima *appositae sunt, gradatim minuuntur, ut sint quinque* (speciem—indiuidua *p. 49, 1*), *quattuor, tres, duae.*
49, 13	possint *praeferendum uidetur; cf. Indic. uerbor. s.* quamuis.

Pag.

58, 4 *in appar. post '1860' addendum est '1891'.*

59, 7 *in appar. l.* 'construendam *G* (*in contextu*) *K*'.

59, 10 *locum integrum esse persuadere mihi non potui. Nam quoniam per totam hanc partem* abundantem *definitionem esse uitiosam exponit* (*p. 59, 22*), *non potuit Boethius eam hic admittere ambiguitatem, ut* abundantem *scriberet pro adiectiuo 'plenam'. uerba autem* deminutam (*uel simile*) *et* abundantem *etiam uerbis lemmatis 12* nullo minus aut plus *postulari existimo, quod autem* quantum sat est *additum est, ita intellegendum esse, quasi scripserit* nunc uero perfectam plenamque (*cf. 14 s.*) dicit se, id est neque deminutam neque abundantem generis constituisse rationem.

69, 21 *in appar.*] collocatae *necessarium non est; cf. p. 200, 16.*

74, 14 uere sunt, subsistentia quodammodo *cum Engelbrechtio distinguendum est.*

82, 8 singillatim *scribendum fuit; cf. Indic. uerbor.*

84, 16 qua ⟨a⟩ pecudibus *constanti constructione uerbi* distare *postulatur.*

88, 15 *l.* differentiam uni.

116, 6 moueri. quod illud—separabile, et quoniam *distingui Engelbrechtius mauult.*

119 *in appar. pro* 23 *l.* 24.

134 Codices, Σ] *scribendum est* saec. X—XI; *cf. supra adn. 47.*

138, 10 ⟨in⟩ inquirendis *necessarium mihi uidetur.*

142, 19 *uirgula post* philosophia *delenda.*

147, 10 uel] *malim* et *cum Porph.* καί.

147, 11 hac *recte codd. quidam cum Porph. omittere uidentur.*

150, 17 *in appar. l. 'CFHNP'.*

163, 8 *distinguendum* habet, aut.

163, 18 *in appar. l. 'CLNP'.*

164, 4 *adn.*] *locus 'Dauidis' est Eliae commentatoris p. 166, 35 Busse*

165, 15 *in appar. l. 'CHm2LNP'.*

168, 14 *in appar. post* 'boeten *m2*' *l.* Boethium.

174, 3 *uirgula post* genus *delenda.*

174, 9 *in appar. l. 'p. 178, 16'.*

176, 24 ⟨ex⟩ procreante *scribendum uidetur; cf. p. 202, 19 s.*

189, 10 *in appar. l.* 'Ψ *Busse, om. LS*ΓΔΣ *edd.*'

190, 19 *malim* ⟨ex⟩ exemplo.

206, 17 *in appar. adde* 'quod] quae *P*'.

216, 17 *in appar. l.* 'ut *om. S.*'

232, 6 *l.* differentibus.

251, 17 *in appar. l.* 'tres dixisset esse *HN* dixisset esse tres *P.*'

f**

Pag.
257, 9 *in appar. l.* '*CH* (ac *in ras. m2*) *N* (ac *er.*)'.
263, 17 *l.* quodsi.
271, 11 rationalitate] rationabilitate *scribendum est; cf. Indic. uerbor.*
272, 12 *in appar. addendum* specificae] κυρίως εἰδοποιοί *Porph. 12, 8.*
350 *s.* animae uis triplex *locus Proleg. 'cap. I adn. 27' delendus est.*
352 *s.* didascalica *l. 'cf. Proleg. Excursus I p. LXXVIII.'*

I.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII

IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTORVM

EDITIO PRIMA

Codices:

C = Monacensis 6403 saec. X.
D = Coloniensis 189 saec. X—XI pertinens usque in lib. II c. 7.
F = Coloniensis 187 saec. XI.
G = Sangallensis 831 saec. X.
K = Parisinus 8672 saec. X—XI.
P = Parisinus 11129 saec. XI.
R = Monacensis 14436 saec. XI pertinens usque in lib. I c. 20.
S = Parisinus 12958 saec. X.
T = Abrincensis 229 saec. X.
Codicum *KPRST* potiores tantum lectiones exhibentur.
a. c., p. c. = *ante correctionem, post correctionem* ipsius manus primae.
a. r., p. r. = *ante rasuram, post rasuram.*

Editiones:

p = ed. princeps, Venet. 1491.
b = ed. Basileensis 1546, repetita a. 1570.
r = ed. Rotae, Venet. 1559.
m = ed. Mignii (Patrol. lat. t. LXIV) Paris. 1847, repetita a. 1860 et 1891.
edd. = consensus harum editionum.

Loci Boethii secundum editionem Mignianam, Aristotelis secundum Berolinensem significati sunt, Isagoge Porphyrii secundum editionem quam A. Busse confecit (Commentaria in Aristotelem Graeca, uol. IV pars I, Berol. 1887) etiam Isagogen a Boethio translatam continentem.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII
IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTORVM
EDITIONIS PRIMAE
LIBER PRIMVS.

1. Hiemantis anni tempore in Aureliae montibus concesseramus atque ibi tunc, cum uiolentior auster eiecisset noctis placidam atque exturbasset quietem, recensere libitum est ea p. 1. ed. Basil. 1546. 1570.

ANICII. MANLII. SEUERINI. BOETII. Ū. C̄. ET ILLS ET CONS. ORDINIBUS. AC PATRICII ET MAGISTRI OFFICIOR. IN ISAGOḠ. PORPHIRII. CŌMENTATORŪ. EDICIONIS PRIME. LIB. II. EDICIONIS SCDE LIBRI. V. HOC HABENT EXORDIUM. INCIPIT EDITIONIS PRIME LIBER PRIMUS *D;* ANICII MANLII. SEVERI *(sic)* BOETII Ū. C̄. ET ILLVSTRIS EXCONS ORD̄ AC PATR̄. ET MĀG OFFICIORŪ IN ISAGOGIS *(8 fere litt. er.)* CO*MENTOR̄. EDITIONIS PME LIB̄. II. ET EDITIONIS SCđe LIB̄. V HIC HABĒ EXORDIUM IN P̄ EDICIONIS, *post 2 litterae, fort.* L. I. *euan.*, *S;* INCIPIT LIBER PRIMVS. AEDITIONIS PRIMAE CŌMTORVM. BOETII IN YSAGOGAS PORPHYRII. *R;* ANITII. MANLII. SEUERINI BOETII VIRI CLARI ET ILLVSTRIS EX CONSULŪ ORDINIBUS EDITIO PRIMA IN YSAGOGAS PORPHIRII INCIPIT *C;* ANICII MALLII SEVERINI BOETII V̄. C̄. ET ILLVSTRIS. EX CONSVLARIS. ORD̄. PATRICII IN YSAGOGAS PORPHIRII IN CATAEGORIAS EDITIONIS PRIMAE LIBER PRIMVS INCIPIT. *P;* ANICII MANTUI. *(*TUI *del.* et LII *supra scr. m1)* SEUERINI BOETII. UC. ET EXCONS̄ ILLUSTRIS. ORDĪ. PATRIC̄ EXPLANATIO INCIPIT. SUPER YSAGOGAS PORPHIRII. SCD̄M TRANSLATIONĒ. RHETORIS. VICTORINI. INCIPIT PROLOGUS. *G;* ANITII MALLII. SEUERINI. BOETII. Ū. C̄. & illustRIS. EXCONS̄. ORD̄. PATRITII IN ISAGOGEN PORPHII. *(sic)* ID ÷ *(s. l.)* INTRODUCTIONĒ A MARIO UICTORI*NO *(*O *er.)* TRANSLATA *(*LATA *s. l. m2)* AEDITIONIS PRIMĘ. INCIP̄ LIB̄ PRIM'. *T; inscriptione carent F (nisi quod* Boecius in Porphirium *add. m. rec.) K; de titulo operis cf. Prolegomena*

quae doctissimi uiri ad inluminandas quodammodo res intellectus densitate caliginantissimas quibusdam quasi introductoriis commentariis ediderunt. eius uero rei Fabius initium fecit, qui cum me lectulo recumbentem et quaedam super eisdem rebus cogitantem meditantemque uidisset, hortatus est, ut, quod saepe eram pollicitus, aliquam illi eius rei traderem disciplinam. complacitum est igitur, quoniam tunc et familiarium salutationes et domestica negotia cessabant. interrogatus ergo a me super quibus uellet rebus enodare atque expedire, tunc Fabius: Quoniam, inquit, tempus ad studia uacat et hoc otium in honestum negotium conuerti licet, rogo ut mihi explices id quod Victorinus orator sui temporis ferme doctissimus Porphyrii per Isagogen, id est per introductionem in Aristotelis Categorias dicitur transtulisse. et primum didascalicis quibusdam me imbue, quibus expositores uel etiam commentatores, ut discipulorum animos docibilitate quadam assuescant, utuntur. — Tunc ego: Sex omnino, inquam, magistri in omni expositione praelibant. praedocent enim quae sit cuiuscumque operis intentio, quod apud illos σκοπός uocatur; secundum, quae utilitas, quod a Graecis χρήσιμον appellatur; tertium, qui ordo, quod τάξιν

18—p. 5, 8 ἀνάγεται] cf. Ammon. in Porphyr. Isagog. p. 21, 8 Busse ὁ σκοπὸς—ὑπὸ ποῖον μέρος ἀνάγεται τὸ παρὸν σύγγραμμα.

2 caligantissimas *C (ras. ex* caligin-*) FKR* 4 lectulo] in lectulo *F* recubantem *K* 5 est *om. CKR* 6 eram saepe *P* eius rei illi *P* 7 et tunc *PR* 8 et domestica negotia *s. l. Pm2* a me ergo *K* 9 enodare] me enodare *b r m* 13 porphirii *(*ii *ex* io *m2)* per ysagogen *T* per *(s. l. m2)* porphirii *(*ii *ex* io *m2)* per *(sic)* isagogen *S* per porphyrii *(*porphirii *F)* isagogen *(*ys- *F) FG* per ysagogen porfirii *K* porphyrium *(uel* porphir-*)* per isagogen *(uel* ys-*) CDR* per porphirii ysagogen uel a *(*a *s. l.)* porphirio per ysagogen *P* porphyrium per Isagogen *p* a Porphyrio per Εἰσαγωγήν *b r m* per *om. R* in *er. S* 14 cathegor- *plerisque in codd. hic et aliis locis* didascalis *K* disciplinis didascalicis *b r m* 15 uel] uelut *D* 16 docilitate *CTm1* 18 *ante* praedocent *add.* I. *DG* 19 CKOΠOC *K* scopos *cett.* uocatur] appellatur *R* 19 secundum—5, 2 quintum] *T (sed* Scd*) II. III. IIII. *(*IIII. *om. K)* V. *(om. G) DGKPS, numeros om. CFR* 20 a Graecis] graeci *G* appellant *G* uocatur *R* uocant taxin *KS; ad* uocant *in mg.* al' interpretari solent *Dm2*

uocant; quartum, si eius cuius esse opus dicitur, germanus propriusque liber est, quod γνήσιον interpretari solent; quintum, quae sit eius operis inscriptio, quod ἐπιγραφήν Graeci nominant. in hoc etiam quod intentionem cuiusque libri insollerter interpretarentur, de inscriptione quoque operis apud quosdam minus callentes haesitatum est. sextum est id dicere, ad quam partem philosophiae cuiuscumque libri ducatur intentio, quod Graeca oratione dicitur εἰς ποῖον μέρος φιλοσοφίας ἀνάγεται. haec ergo omnia in quolibet philosophiae libro quaeri conuenit atque expediri.

2. Tunc Fabius quae esset introductionis intentio interrogauit. et ego inquam: Aristoteles, cui factus est introductionis pons, non aliter intellegi potest, nisi ipsas res de quibus disputaturus est ad intellegentiam praeparemus. uidens enim Porphyrius quod in rebus omnibus essent quaedam prima natura, ex quibus omnia uelut ex aliquo fonte manarent, et illa quae prima essent, et substantia esse et generis uocabulo nuncupari; porro autem numquam esse genus posse, nisi ei quaedam alia subderentur, et quae essent subdita, species appellari; porro autem numquam genus uni speciei genus esse posse, sed pluribus; plures autem species non posse esse multiplices, nisi eas aliqua discretio separaret — si enim nihil sibi dissimiles forent, una species, non multiplices uiderentur; illa igitur diuisio et dissimilitudo specierum

2 quod—epigraphin *in mg. Tm2* ΓΕΝΗCΙΟΝ (E *s. l.*) *C* ΓΝΕCΙΟΝ *GS* gnesion *T(m2)* solet *DFKPRST (m2)* 3 ΕΠΙΓΡΑΦΗΕΝ *G* ΕΝΙΓΡΑΦΗΝ *S* epigraphin *T (m2)* 4 cuiuscumque *R* 8 ΜΗΡΟC *FK* mepon *T* ΑΝΑΓΕΝΤΑΙ *CP*, *sim. DFR*, ΑΑΙΑΓΤΕ *T* 9 omnia ergo *GS* 11 rogauit *CRSa.c.* 12 cui] *Gp.c.* *r* qui *G a.c. cett. codd. p b m* 14 uidit *Tm2* 15 esset *G* 16 aliquo] quodam *T* 17 esset *G* et substantia esse] *CD* (substancia *in ras.*) *R Schepss* et substantias esse *P* * (& *er. uid.*) substantiae ** (ēē *er. uid.*) *T* et (*del.*) substantiae (ae *ex* a) *S* subsistentiae *G*, *om. FK* et subsistentia esse *edd.* et substantiam esse *Brandt* et generis] *FGKT* et generum *CR* genera et genera *D* et genera uel generum *P*, *om. S* 18 autem *om. GS* genus esse *KT* 24 illa—uocitatur] illam igitur diuisionem et dissimilitudinem—uocitari *GKSm2Tm2*

differentiae nomine uocitatur, omnia uero quae aliqua re differunt, fieri aliter non potest, nisi quibusdam propriis solitariisque naturis insignita sint. atque haec hactenus —, uidens ergo quod omnis omnium disparilitas in gemina rerum principia secaretur, in substantiam atque accidens, ita ut neque accidens sine substantia neque sine accidenti substantia esse posset — accidens quippe sine aliquo substantiae fundamento esse non potest, substantia uero ipsa sine superiecto accidenti uideri nullo modo potest. ut enim color sit, quod est accidens, in corpore erit, quod est substantia. porro autem cum corpus,
p. 2 id est substantiam uideris, in|signitam eam accidenti, id est aliquo colore respicies. itaque fit ut neque substantia praeter accidens sit neque accidens a substantia relinquatur; ubi enim substantia fuit, mox accidens consecutum est —, speculatus igitur Porphyrius in his duabus rebus, id est accidenti et substantia, genera, species, propria differentiasque uersari et quod ipsa per se sint genera subiectis et subiacentibus speciebus, quae differentiis et propriis insignitae sunt, statuit principaliter de genere, specie, differentia propriisque tractare. et quoniam tractatus hic in definitionibus, ut post docebimus, proderit, si quis autem in definitione generali ponat accidens, eum non recte definire manifestum est, quod suo loco tractabitur, statuit pauca de accidentibus praelibare. ita enim nos prudentissimus doctor instituit, ut tunc in definitionibus quibuslibet

1 differunt (-runt *in ras.*) *D* differrent *FGKSm2* 2 potest] posse *FGK* posse ** *S* possunt *b r m* 3 sint] essent *FGKSm2* esse *in ras. et* nt *s. l. Tm2* *post* hactenus *add.* sufficiant *F;* scil. hactenus *s. l. Sm2* 5 secarentur *GP* atque] et in *C* 6 accidente *CD* (te *ex* ti ?) *FKR* possit *CDFRTm1* 8 substantia—potest *in mg. Dm2* sine *s. l. C, del. G* subiecto *RST* subiecta *G* accidente *CRS, post* accidenti *s. l.* sine corpore *G* 11 accidente *R* 12 itaque] ita *G* 13 sit *post* substantia *(12) CR* a] absque *GS* 16 et *om. DFKT, s. l. S* 17 subiecti *Dm1* 18 insignita *G* 19 differentiaque (que *om. S*) et propriis *GS* 20 diffinitio, diffinire *plerumque codd.* 22 loco suo *G* 23 statuit *post* praelibare *G, om., sed post* praelibare *s. l.* scil. tentabimus *Sm2* nos *post* doctor *G* prudens *C* 24 *ad* doctor *s. l.* porphirius *C* cicero *S*

plenam scientiam queamus accipere, cum quod prosit, dictum sit et quod non sit utile, segregetur. haec igitur huius operis est intentio, de genere, specie, differentiis, propriis accidentibusque tractare.

3. Hic Fabius: Expedisti, inquit, de intentione, nunc utilitatem explica. — Varia, inquam, et multiplex in hoc corpore commoditas utilitasque uersatur. primum enim in Aristotelis Categorias perquam uberrime prodest. quid autem prosit, dicemus, cum de eius libri inscriptione tractabimus, sed in quibus aliis prosit, paucis philosophiae ipsius diuisione facta perstringam. et prius quid sit ipsa philosophia, considerandum est. est enim philosophia amor et studium et amicitia quodammodo sapientiae, sapientiae uero non huius, quae in artibus quibusdam et in aliqua fabrili scientia notitiaque uersatur, sed illius sapientiae, quae nullius indigens, uiuax mens et sola rerum primaeua ratio est. est autem hic amor sapientiae intellegentis animi ab illa pura sapientia inluminatio et quodammodo ad se ipsam retractio atque aduocatio, ut uideatur studium sapientiae studium diuinitatis et purae mentis illius amicitia. haec igitur sapientia cuncto equidem animarum generi meritum suae diuinitatis inponit et ad propriam naturae uim puritatemque reducit. hinc nascitur speculationum cogitationumque ueritas et sancta puraque actuum castimonia. quae res in ipsius philosophiae diuisionem sectionemque conuertitur.

1 quid *DP* 2 quid *P* segregatur *GS* segregatum *K* 3 est *ante* igitur *T (s. l. m2), post G, ante* operis *FKS* differentia *R* accidentibus *R* 5 nunc *om. D* 6 corpore] *codd.* opere *edd.* 13 uero *om. CKR, s. l. Dm2* huius] illius *C* 16 amor hic *GS* 17 intellegentia *G, ex* intellegenti *Sm2* 18 retractatio *KP* euocatio *(*e *s. l. m2) S* 19 *pr.* studium *om. GK* sapientiae] equae sapientiae *T, ante* sapientiae *er.* atque *uel* aeque *S, post er.* aeque *C,* sapientiae intellegentis *(hoc del. m2)* atque *D* studium *om. F* 20 quidem *G, ex* equidem *ST (ras.)* animalium *Pm1, ad* animarum *in mg.* humanarum *C* 21 diuinitatis suae *F* 22 *post* hinc *add.* igitur *C* cogitationumque] uel cogitationum cognitionumque *K* uel cognationum cognationumque *(sic) F* cognitionumque, *in mg.* uel cogitationum *G* 24 sectationemque *R*

est enim philosophia genus, species uero duae, una quae theoretica dicitur, altera quae practica, id est speculatiua et actiua. erunt autem et tot speculatiuae philosophiae species, quot sunt res in quibus iustae speculatio considerationis habetur, quotque actuum diuersitates, tot species uarietatesque uirtutum. est igitur theoretices, id est contemplatiuae uel speculatiuae, triplex diuersitas atque ipsa pars philosophiae in tres species diuiditur. est enim una theoretices pars de intellectibilibus, alia de intellegibilibus, alia de naturalibus. — Tunc interpellauit Fabius miratusque est, quid hoc noui sermonis esset, quod unam speculatiuae partem intellectibilem nominassem. — Νοητά, inquam, quoniam Latino sermone numquam dictum repperi, intellectibilia egomet mea uerbi compositione uocaui. est enim intellectibile quod unum atque idem per se in propria semper diuinitate consistens nullis umquam sensibus, sed sola tantum mente intellectuque capitur. quae res ad speculationem dei atque ad animi incorporalitatem considerationemque uerae philosophiae indagatione componitur: quam partem Graeci θεολογίαν nominant. secunda uero est pars intellegibilis, quae primam intellectibilem cogitatione atque intellegentia comprehendit. quae est omnium caelestium supernae diuinitatis operum et quicquid sub lunari globo beatiore animo atque

1 *post* uero *add.* eius *D* theoretica] *cum cod. Oxoniensi Laud. 49 Schepss* theorica *codd. nostri* theoreticę *p* θεωρητική *b r m* 2 alia *GT* practica] *codd. p* πρακτική *b r m* 3 et *om. GPST* 4 iusta *C* 5 tot] tot sunt *FGPS (*sunt *s. l. m2)* uarietatesque] diuersitatesque *R* 6 theoretices] *CDGPRST p* theorices *FK* θεωρητικῆς *b r m* 8 enim] autem *R* theoretices] *CDFPRST p* theorices *GK* θεωρητικῆς *b r m* 9 alia de intellegibilibus *om. F* 10 quid] quod *FK* 11 Νοητά] *Schepss* NOEIA *GKS* Non *F* No**, *s. l.* ui *m2 T* Nota *CDPR edd.* 12 dictu *R* 13 ego *C* mei *F* mĩ *K* 17 ad *om. FK* 19 theologiam *codd.* pars est *G* 20 primam] in primam *F* intellegibilem *F* *post* intellegentia *add.* uel suscipiens *in mg. G* suscipiens, ea *b r m* comprehendit quae *coniungunt edd.; loc. explicat Zeller, d. Philos. d. Gr.* [4] *III, 2, p. 927 n. 4* 21 est] *Brandt* sunt *codd. edd.,* intellectibilia *add. F* 22 *post* operum *add.* causae *b r m* sublimari *D*

puriore substantia ualet et postremo humanarum animarum. quae omnia cum prioris illius intellectibilis substantiae fuissent, corporum tactu ab intellectibilibus ad intellegibilia degenerarunt, ut non magis ipsa intellegantur quam intellegant et intellegentiae puritate tunc beatiora sint, quotiens sese intellectibilibus applicarint. tertia theoretices species est quae circa corpora atque eorum scientiam cognitionemque uersatur: quae est physiologia, quae naturas corporum passionesque declarat. secunda uero, intellegibilium substantia, merito medio collocata est, quod habeat et corporum animationem et quodammodo uiuificationem et in|tellectibilium considerationem cognitionemque. p. 3

Practicae uero philosophiae, quam actiuam superius dici demonstratum est, huius quoque triplex est diuisio. est enim prima quae sui curam gerens cunctis sese erigit, exornat augetque uirtutibus, nihil in uita admittens quo non gaudeat, nihil faciens paenitendum. secunda uero est quae rei publicae curam suscipiens cunctorum saluti suae prouidentiae sollertia et iustitiae libra et fortitudinis stabilitate et temperantiae patientia medetur; tertia uero, quae familiaris rei officium mediocri componens dispositione distribuit. sunt harum etiam aliae subdiuisiones, quas nunc persequi supersedendum est.

4. Ad haec igitur ut fieri possint et ut superiora intellegi queant, necessarius maxime uberrimusque fructus est artis eius quam Graeci λογικήν, nos rationalem possumus dicere, quod

1 puriori *(ex* -re*), om.* substantia *F* et *s. l. Tm2* animarum *s. l. Sm2, post* anim. *add.* conditionem atque statum *b r m* 2 omnia *s. l. Dm2* 4 ipsae *FGP* 5 sunt *D a. c. G (in mg.* ł sint*) KS* se *CF* 6 theoretices] *Brandt ex p. 8, 6. 8* theoreticae *Tm2 p* theorice *FGK* theoricae *PSTm1* theori*ae *D* theoriae *C, post* species *R*, θεωρητικῆς *b r m* 7 corpora eorumque scientiam atque cognitionem *G* 8 phisia logia *P* phisiologa *R* 9 medio] in medio *edd.* 13 practices *FGPS* dici superius *GPST* 16 inuita *b m* 20 rei *om. DFGKST, s. l. Pm2* rei familiaris *b m* 21 dispensatione *Gm2PST* etiam harum *F* 23 fieri] sciri *b m* ut *om. F* 25 ΛΟΓΙΚΕΝ *CDGRS* logicen *FT(*-cē*)*

recta orationis ratione quid uerum quidque decens sit, nullo erroris flexu diuerticuloue fallatur. quam quidem artem quidam partem philosophiae, quidam non partem, sed ferramentum et quodammodo supellectilem iudicarunt. qua autem id utrique inpulsi ratione crediderint, alio erit in opere commemorandum. haec autem generis, speciei, differentiae, proprii atque accidentis disputatio in omni nobis philosophiae cognitione quasi quandam uiam parat. nam cum quid genus sit docemur, quid species, intellegimus genus esse philosophiam, species uero indubitanter theoreticen et practicen. de logica uero, utrum sit species, eadem hac possumus ratione perpendere. prodest nobis differentiae cognitio ad ipsarum philosophiae specierum differentias cognoscendas. prodest proprii scientia ad cognoscendum quid uni cuique philosophiae differentiae solitaria natura uideatur substantia innatum. prodest accidentis cognitio quid principaliter in rebus sit cernere et quid secundo contingentique loco ueniat, discernere. ita nobis harum quinque rerum scientia ramosa quadam et multifida ui in omnes sese philosophiae partes infundit. Ad grammaticam uero non minor huius rei usus est, quando per orationem genus, octo uero partes orationis per genera, species, differentias propriaque metimur. est uero huius rei perquam rhetoricae amica coniunctaque cognitio. ita enim rhetoricam in tribus causarum possumus separare generibus et eas in subiectis constitutionibus dissecare. definitionum quoque, quod ad logicam pertinet, magna

5 alio in opere] cf. Edit. secund. I c. 3.

1 quod uerum quodque *F* 2 fluxu *Km1 Sm1* quidem] *CRTm2* quidam *cett.* 5 conpulsi *R* crediderunt *Da.c. K* in *om. GPRST* 7 cogitatione *Gp.c. Sm1* 10 theoricen *CDFGKR* θεωρητικήν *b r m* πρακτικήν *b r m*, *add.* id est speculatiuam et actiuam *GKPST* logica] dialectica *Ca.c.* 11 possumus *post* perpendere *C*, *post* ratione *S* 12 differentiae] de differentiis *Gp.c. S* 14 quod *Da.c. K* differentiae *s. l. Tm2* speciei *FK* 15 *ante* substantia *add.* ac *C (in mg.) edd.* 17 conueniat *K* 18 philosophiae sese *G* 19 diffudit *K* 22 rhetorice *(uel* reth-*) DFGPR* 25 desecare *DFRST m1* quae *et* pertinent *Ga.c. K*

atque utilis uberrimaque cognitio est; quas definitiones nisi per genera, species, differentias proprietatesque tractaueris, nullus umquam definitionibus terminus inponetur. nam si quid definies, ex quo sit genere primum tibi dicendum est, atque in hoc genus speciesque consummata sit. nam cuiuscumque rei genus dixeris, ad quam rem illud dixeris, speciem facis, ut si quid sit homo definias, dicas hominem esse animal. igitur quoniam ad hominem aptasti animal, genus esse animal et hominem speciem a te declaratum est. sed non sufficit sola generis in definitione monstratio. si enim solum animal hominem esse dixeris, non potius hominem quam bouem aut equum definitione depinxeris. prodest igitur etiam differentias adhibere, per quas id quod definies ab speciebus aliis seiungatur, ut dicas hominem esse animal rationale. et quoniam sub eadem differentia plures frequenter species inueniuntur, ut sub rationali deus atque homo, utilissimus proprietatis usus est, ut id dicas quod sola quam definis species suum propriumque retineat. fit ergo huiuscemodi hominis definitio: homo est animal, id est genus, homo uero species; rationale, quod differentia est; risus capax, quod proprium est. accidentium uero in definitionibus nullus usus est. prodest ergo in definitionibus harum quinque rerum cognitio, ut nec ea quae sunt utilia praetermittas nec ea quae nihil praestant commoditatis adiungas. in diuisione uero tantum prodest, ut nisi per horum scientiam nulla res recte distribui secarique possit. nam quae generum uel specierum recta distributio diuisione erit, ubi ipsarum per quas diuiditur rerum nulla scientiae cognitione dirigimur?

2 proprietatesque *om. C* propriaque *R* 3 nullis *FST* 4 defines *D m1* diffinis *FK* 5 genus *om.*, species* *(q. er). C* consumpta *R* sint *G m2* 8 animal aptasti *GPST* 9 *ante* speciem *add.* esse *CR, er. S* sola sufficit *C* 11 esse *om. C* *post* bouem *add.* asinumque *GK* aut] atque *C* 13 diffinias *G* a] ab *PST* 14 animal *om. C* 15 rationale *CRST* 16 *post* homo *add.* est *CDFKS (del. m2)* utilissimus—homo est *(18) in mg. D m2* 17 retinet *F* 19. 20 *utrumque* quod *om. F* 21 est usus *FK* 26 diuisione *GKPRS* 27 diuiduntur *T*

probationum uero ueritas in his maxime constituta est, quod p. 4 per ea quae diuidis, id quod diuidis uel quid aliud pro|bas. nam Marcus Tullius in Rhetoricorum primo, quoniam diuisionem generum causarum rite atque ordinate faciebat, eius rei probationem ita esse debere per species generaque disposuit, cum ait e a s d e m r e s a l i i s s u p e r p o n i, a l i i s s u p p o n i p o s s e, e i s d e m e t s u b i e c t a s e t s u p e r p o s i t a s e s s e n o n p o s s e. haec fere de utilitate ad tempus dicenda credidimus.

5. Tunc Fabius: Demiror, inquit, cur inchoanti mihi tam subtilius inuentas exercitatasque res edideris. sed dic, quaeso, quodnam hoc tuum fuit consilium? — Ego dicam tibi: quod assuescendus animus auditoris et mediocri subtilitate imbuendus est, ut cum sese hic primum exercuerit palaestra ingenii, quasi quodammodo prius luctatus ea quae sequentur sine ullo labore conficiat. sed 'quid restat?' dicas licebit. — Et Fabius: Ordinem, inquit, restare arbitror, si bene commemini. — Atqui, inquam, hic ordo ualde cum inscriptione coniunctus est. si enim alterutrum noris, ambo noueris. ordo tamen est quod omnes post Porphyrium ingredientes ad logicam huius primum libelli traditores fuerunt, quod primus hic ad simplicitatem tenuitatis usque progressus, quo procedentibus uiandum sit, praeparat. Aristoteles enim quoniam dialecticae

3 Marcus Tullius—8] Cic. de inuent. I 9, 12. 19 si—noueris] cf. Terent. Andr. prol. 10.

2 quae] per quae *F* *utroque loco* diuides *PSa.c.Tm1, priore R a. c.* 4 causarumque *CDR* 5 probationem] ordinationem, *in mg. corr. G* 7 *pr.* et *om. DR* 8 credimus *R* 10 mihi inchoanti *C* 11 exercitasque *CDPSm1Ta.c.* sed] solus *F* 12 hoc fuit consilium tuum *G* hoc fuit tuum consilium *S* sit hoc tuum consilium *F* tu hoc tuum fuit uel sit consilium *K* hoc ał tertium tuum fuit consilium *R* Et ego: dicam *b r m (*Etgo *D)* *ad* dicam *s. l.* inquam *T* inquam dicam *FGK* 13 et] *KT* ex *cett.* 15 prius] purus *P* luctator* *P* sequuntur *DSm2* 16 conficiet *CDPRST (ante* sine*)* restet *D* 17 si bene—coniunctus est *om. S* 18 Atqui] ad quae *G* cum inscriptione ualde *G* cum] est *(idem post* coniunctus*) F* 19 alterum *CFG* 21 traditores *ante* libelli *G* tractatores *edd.* 22 praecedentibus *CDR*

atque apodicticae disciplinae uolebat posteris ordinem scientiamque contradere, uidit apodicticam dialecticamque uim uno syllogismi ordine contineri. scribit itaque priores Resolutorios, quos Graeci Ἀναλυτικούς uocant, qui legendi essent antequam aliquid dialecticae uel apodicticae artis attingerent. in primis enim Resolutoriis de syllogismorum ordine, complexione figurisque tractatur. et quoniam syllogismus genus est apodictici et dialectici syllogismi, dialecticam uero in Topicis suis exercuit, ἀπόδειξιν in secundis Resolutoriis ordinauit, horum disciplina, quam ille in monstrandis syllogismis ante collegerat, prius etiam in studiis lectitatur. itaque prius primi Resolutorii, qui de *** syllogismi sunt, quam secundi Resolutorii, qui de apodictico syllogismo, uel Topica, quae de dialectico syllogismo sunt, accipiuntur. traxit igitur Aristoteles dialecticam atque apodicticam scientiam adunauitque in syllogismorum resolutoria disputatione. sed quoniam syllogismum ex propositionibus constare necesse est, librum Περὶ ἑρμηνείας qui inscribitur, 'de propositionibus' adnotauit. omnes uero propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur.

17 librum—adnotauit] cf. Aristot. π. ἑρμ. p. 17[a], 6: ὁ δὲ ἀποφαντικὸς (λόγος) τῆς νῦν θεωρίας; Ammonius in Aristot. de Interpret. p. 21 Busse: διὰ τοῦτο ἐπέγραψε τὸ βιβλίον Περὶ ἑρμηνείας, ὡς οὐδὲν διαφέρον ἢ οὕτως ἐπιγράφειν ἢ Περὶ τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου; simile in scholiis Ioannis Itali, cf. locum a Bussio ibid. p. XLVIII adlatum, et Anonymi apud Brandisium p. 94[a], 1.

1 posterioris *F* 2 atque dialecticam *C* atque *(del.)* dialecticamque *K* 3 scripsit *T* primos *GKSm2* 4 analyticos *(uel* anali-*) codd.* 5 contingerent *T* 6 complexione figurisque] *(uel* con-*) D (*que *s. l. m2) GPRSm2 (nil nisi* contineri *m1) T* complexioneque figurisque *CF* complexioneque et figuris *K* 8 syllogissimi *CR, item 10 R, 12 CR* uero *om. FGK* suis topicis *GP* 9 ΑΠΟΔΙΞΙΝ *CDRS (add.* uero *s. l. m2)* apodixin *T* apodizin *P* apodixen *G (s. l.* xin*) FK* 12 qui de *cum signo lacunae (*uniuerso genere *uel sim. excid. uid.) Brandt* quidem *codd.* qui—syllogismi sunt *om. edd.* Resolutorii *om. R* 13 qui *G (corr. m1?) PS* de *s. l. D, om. K, er. S* dialectici sillogismi *Sp.c.* 14 contraxit *ex* traxit *G* igitur] autem igitur *D* ergo *P* 16 positionibus *DSa.c.Tm1* 17 Περὶ ἑρμηνείας] *b r m* periermenias *FGKST* perhiermenias *CDP* perhieremias *R*

itaque liber quem de decem praedicamentis scripsit, quae apud Graecos κατηγορίαι dicuntur, de primis rerum nominibus significationibusque est. uidit enim Aristoteles infinitam miscellamque esse rerum omnium uerborumque disparilitatem et, ut eorum ordinem reperiret, in decem primis sermonibus prima rerum genera significantibus omne quicquid illud uel rerum uel sermonum poterat esse, collegit. sed Aristoteles hactenus. speculatus autem Porphyrius si categoriae genera sunt rerum, rerum uero sermonumque diuersitas speciebus, differentiis propriisque insigniretur, uidens etiam quod accidentium in categoriis magna uis esset — omnes enim res Aristoteles in duas primum diuidit partes, in accidens atque substantiam, et accidens in nouem membra dispersit dicens aut substantiam esse quamcumque illam rem aut si accidens esset, quoniam aut qualitas aut quantitas aut ad aliquid aut ubi aut quando aut iacere aut habere aut facere esset aut pati —, praelibat igitur nobis Porphyrius ad horum uerissimam cognitionem hoc de generibus, speciebus, differentiis, propriis accidentibusque tractatu. sic igitur cum ante apodicticam dialecticamque rem syllogistica praelegatur, ante syllogisticam in propositionibus primus labor sit, ante propositiones in categoriis pauca desudent, ante categorias quae generibus, speciebus, differentiis, propriis accidentibusque censentur, ordo est de his ipsis rebus pauca praelibare. recte igitur et filo lineae quodam hic Porphyrii liber primus legentibus studiorum praegustator et quodammodo initiator occurrit.

1 librum *FGST* quem *om. F* 2 κατηγορίαι] *b r m* categoriae *(uel* cath- *uel* kath-*) codd.* de] qui de *F* nominibus] sermonibus *K* significantibusque *FGKT* 3 aristotelis *GP* 7 esse poterat *PR* 8 speculatur *KS m1* autem] uero *GP* 10 insignirentur *Ca.c.RS* 11 diuidit primum partes *C* primum partes diuidit *R* 13 discerpsit *Brandt, cf. Cic. Top. 5, 28* 14 si *er. ST, om. FGK* esset *er. T, om. FGK* quoniam *s. l. Sm2, add.* esset *G, s. l. Tm2* 15 ad *om. DK* 16 esset *om. CGT* nobis] *Pm2* nos *cett. et edd.* 20 praepositionibus *KRSm1, item 21 Sm1* 21 *post* categorias *add.* ysagogarum ordo praeponatur *K* ysagogas *s. l. G* 22 differentiis—accidentibusque] propriis accidentibus differentiisque *DFGPS* 23 libare *CRS* 24 lineae *om. GPT* linea *S m1, del.m2*

quodsi in hac re quod dictum est sat est, rem etiam de inscriptione confecimus. quo enim alio melius quam introductionis nomine nuncuparetur hic liber? est namque ad Categorias Aristotelis introitus et quaedam quasi ianua uenientes admittet.

6. Tunc Fabius: Perge, quaeso te, et si eius hoc proprium germanumque opus est col|lige. — Hoc, inquam, indubitatum p. 5
est, omnibus enim Porphyrii libris stilus hic conuenit. et mos hic Porphyrio est, ut in his rebus quae sunt obscurissimae, introducenda quaedam et praegustanda praecurrat, ut alio quodam libro de categoricis syllogismis fecit et de multis item aliis quae in philosophia grauia illustriaque uersantur. et hoc apud superiores indubitatum est, quibus nos nolle credere inscitia est. — Tunc Fabius: Restat, inquit, ut ad quam partem philosophiae ducatur, edisseras. — Ego dicam tibi. quoniam categoriae ad propositiones aptantur, syllogismi de propositionibus componuntur, apodictici uero uel dialectici syllogismi in logicae artis disciplina uertuntur, constat quoque categorias, quae ad propositiones syllogismosque pertinent, logicae scientiae esse conexas. quare introductio quoque in categorias ad logicam scientiam conuenienter aptabitur. Quoniam ea quae praedicuntur explicui, nunc textus ipsius ratio atque ordo uideatur. — Tunc Fabius: Priusquam explanatio sensus procedat, id scire desidero, cur cum posset dicere 'cum necessarium sit', praeposterato ordine c u m s i t n e c e s s a r i u m dixit. — Et ego: Quoniam, inquam, nullum

24 et p. 16, 12—21] Porphyrii Isagoge ed. Busse (Berol. 1887) p. 1, 3—9.

1 hoc *K* re *om. CK* scriptione *DGS* 3 nuncupetur *CDPRT* 4 Aristotelis *om. C* admittit *DFGKSp.c.T (*-it *in ras. m2) edd.* 6 inquam *om. CDRST* 8 hic] *b r m* huic *codd.* est] conuenit *R* 9 praecurrant *P* procuret *R* 12 nos *om. edd.* 13 inscientia *DPRSa.r. T* 14 philosophiae partem *C* *post* ducatur *add.* intentio *FGK, s. l. Tm2* et ego *FGK* 15 praepositiones *D* 16 apodictiones *DK* 17 dialecticus *DK* uersantur *G (in mg. corr.) K* 18 syllogismo *F* 19 pertineant *(*a *s. l. m2) K* esse *om. G* 21 sed quoniam *Brandt* praedicantur *DGT* 22 tum *K* 24 praepostero *FGSp.r.*

accidens est, quod non substantiae fundamento nitatur. porro autem quicquid ad cuiuslibet superiecti firmitatem est, id antequam ipsum esset, fuisse necesse est. ut enim in domibus, nisi prius fundamenta subicias, nulla umquam fabrica, sic, nisi prius substantiae fundamenta sint, nulla umquam accidentia superponentur. oportet enim prius esse aliquid, ut formam qualitatis arripiat, nam 'necessarium' qualitas est. non absurde igitur prius 'esse' posuit, post etiam 'necessarium', id est post substantiam qualitatis nomen aptauit.

7. Hic Fabius: Subtilissime, inquit, et lucide, sed nunc ordo ipse operis textusque uideatur.

Cum sit necessarium, Menanti, siue ad Aristotelis Categorias siue ad definitionis disciplinam, nosse quid genus sit quidue species, quid differentia, quid proprium, quid accidens, omnino enim ad ea quae sunt diuisionis uel quae probationis, quorum utilitatis est magnae cognitio, breuiter tibi explicare temptabo. quae apud antiquos quidem alte et magnifice quaestionum genera proposita sunt, ego simplici sermone cum quadam coniectura in res alias ista explicabo mediocriter.

12 ss.] cf. ad p. 15, 24.

1 est accidens *G* 4 ni *P* nulla] nulla est *FGK* 6 superponuntur *GKS (ex* -entur *m1?)* 7 accipiat *p* 10 lucide] lucide dictum est *GT* 11 *post* uideatur *haec* EXPLICIT P̄FATIO BOETII. HINC TEXTUS EIUSDĒ IN YSAGOGAS *(*ISAGOGIS *D)* PORPHIRII TEXITUR *CD;* EXPLICIT PROLOGVS *G;* EXPLIĊIT TEXT' P̄FACIO BOECII *K; subscriptio deest in FPRST, in FR spatium relictum, in S ante* Cum sit *add.* VICTORINVS *m2* 12 moenanti *ex* me- *F* 13 definitionis *ex* -nes *CDS* 14 quidue species] quid species sit *R* 15 et *(s. l.)* omnino, *del.* enim *C* enim *om. F edd.* et omnino *p b m* omninoque *r; ad* enim *pro* autem *cf. Bonnet, Lat. de Grég. de Tours p. 317 s.* 16 ad *om. GS* diuisiones *ex* -nis *D* 17 utilitas *CR, ras. ex* utilitatis *S* magnae] *r* magna *FGKPT* et magna *CDRS;* omnino—cognitio] *Porph. p. 1, 5* εἴς τε τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν καὶ ὅλως εἰς τὰ περὶ διαιρέσεως καὶ ἀποδείξεως χρησίμης οὔσης τῆς τούτων θεωρίας 20 *post* sunt *add.* relinquam *F, s. l.* scil. relinquam *S m2*

Tunc ego: Praediximus quidem pauca superius, sed uel his quaedam addere uel haec eadem rursus commemorare absurdum esse non arbitror. totus autem sensus talis est. scribens ad Menantium de utilitate libri summatim pauca praedixit, quo elucubratior animus auditoris exercitatiorque ad haec capienda perueniat. prodesse autem ad Aristotelis Categorias dicit, quod, cum omnem sermonum significantium uarietatem diuersa rerum summa diuideret et in substantiam atque accidens omnes res secaret atque dispergeret, accidens in nouem secuit partes, quod superius demonstraui, et haec genera generalissima nominauit, id est γενικώτατα, quod super ista alia genera inueniri non possint. igitur si sunt genera, sine speciebus esse non possunt. si sub his species supponuntur, differentiis non uacabunt. quodsi differentias retinent, propriis indigebunt. accidentis uero nouem praedicamenta sunt. quocirca non absurdum fuit hinc introductionem in Praedicamenta componi, ut de generibus, speciebus, differentiis propriisque tractaret, quae in ipsis Praedicamentis inseparabiliter uidentur inserta. amplius, quod Aristotelica subtilitas, priusquam ad praedicamentorum ordinem ueniretur, de aequiuocis uniuocisque tractauit, definit uero aequiuoca sic: aequiuoca sunt quorum nomen solum commune est, secundum nomen uero substantiae ratio alia, ut si qua sunt quae nomine tantum communicent, substantia uero dissimilent, uniuoca uero, quae sub eodem

21—23] Aristot. Categ. p. 1ᵃ, 1. 24 s. uniuoca—continentur] ibid. p. 1ᵃ, 6.

1 tum *F* praedixi *P* 2 haec *om. KR* 5 exercitatiorque] *FGSm2 edd.* excitatiorque *Sm1 et cett.* 7 sermonum] *F* sermonem *CDGKPR (add.* omnem*) ST*, *ante* sermonem *add.* rerum *GK*, *s. l. T*, *post s. l.* rerum s. uocum *Sm2* significantem *CR* diuersa] *KSa.c.T* diuisa *cett.* 9 dispergeret] *cf. p. 14, 13* 10 genera *om. GP* 11 id est *om. P* genikogata *(*ko *ex* ka*) C*, *cett. codd. Graece uariis cum erroribus* 12 possunt *CDFPRSm1* 13 his *s. l. Dm2* supponantur *GS* 20 definiuit *D* 23 ratio*alia *S* ratio alia est *FT (*est *s. l. m2)*, alia ratio est *GK* sint *Sm1T* nomine] suo nomine *CDR* 24 substantiam *CR* dissimulent *FG*

nomine et sub eadem substantia continentur. omne igitur p. 6 genus ad species quae sunt sub ipso po|sitae, uniuoce praedicari potest. porro autem quicquid ad quaslibet res aequiuoce praedicatur, in his sola differentia est, genus uero speciesque non conuertitur. animal enim et homo uniuocum est. animal enim animalis nomine dicitur, porro autem homini nomen etiam conuenit animalis, ut dicatur animal: uno ergo nomine animalis homo et animal appellatur. animalis uero definitio est 'substantia animata sensibilis': quam si ad hominem uertas, nihil absurdum feceris; potest enim esse homo substantia animata sensibilis, sed animal genus, homo uero species. uniuoce igitur genus et species praedicantur. aequiuoca uero quae fuerint, quoniam definitionibus differunt et eorum quorum definitiones aliae sunt, alia est etiam et substantia, quorum alia substantia est, alia sunt etiam omnino genera, in his, id est aequiuocis, constat quod neque genus neque species possit aptari. ut enim si quis hominem marmoreum et hominem uiuum hominis nomine appellet, idem nomen fecerit substantiae, differentia uero definitioneque dissimili. porro autem hominis et statuae non unum genus est, sed statuae inanimatum, hominis animatum. quare constat quoniam numquam sub eisdem generibus continentur quaecumque aequiuoce praedicantur. quam uim, nisi prius de generibus, speciebus, propriis et differentiis noti-

2 sunt *post* positae *C* subpositae *GPST* superpositae *D a.c.* 4 et species* *(q. er.) P* non *s. l. Dm2* 5 conuertuntur *C* uertitur *Sm1 Ta.c.* animali *K* enim] autem *G (in mg.* ł enim*) Sm1* uero *K* et *om. DKRST, s. l. Pm2G* enim] autem *G* 6 *ad* homini—conuenit *s. l.* ł hominis nomine etiam animal appellatur *add. Pm2* 7 uno] *b r m* aequo *(s. l.* iusto *Dm2) codd. p; cf. p. 33, 7* 9 ad *ex* de *Dm2* 10 homo *om. C* 12 genus] et genus *FK* uero *om. T, s. l. Sm2* 13 quoniam *om. FG* 14 et *om. GKPRST* quorum] et quorum *F* 15 sunt *om. KS* genere *Dm1* 16 enim *er. G;* etenim *b r m* 18 appellis *Dm1* fecerit] sit utriusque *G* diffinitioque *(ras. ex* -oneque *T) (add.* est *K)* dissimilis *FGKST* 19 unum genus non *GPS* 20 sed statuae *ex* substantiae *Dm2* sed *(om. PR)* hominis animatum *(add.* sed *PR)* statuae inanimatum *CPR* hominis animatum *om. D* 21 continetur *C a.c. S a.c.*

tiam scientiamque perceperis, nullo umquam tempore discernes. Idem Aristoteles ait quid sint primae substantiae. quid secundae. et primas substantias dicit esse indiuiduorum corporum et singulorum, ut est Cicero aut Plato aut Socrates, secundas uero substantias species appellauit, ut est homo, uel genera, in quibus ipsae species continentur, ut est animal. haec igitur nisi praelibata generis specieique cognitione sciri non possunt. idem ait substantiam ad aliam substantiam in eo quod substantia sit, nulla differentia disgregari. idem substantiae proprietates requirit, ut quasi inpresso aliquo signo, sic proprietate nota facilius quid substantia sit inuenire atque expedire possimus. atque hoc idem in accidentibus fecit. nam et quantitatis et qualitatis et ad aliquid relationis propria collegit, et idem magna apud Aristotelem cura diligentiaque conspicitur. uidesne ut sese quinque harum rerum uis in categorias interserat et praedicamentorum uirtutibus inseparabiliter colligetur? non mendax igitur Porphyrius de hac quinque harum rerum nobis in Categorias utilitate promisit.

8. Definitionis uero disciplinam superius diximus praeter genera, species, differentias et propria non posse tractari. sed quoniam sunt quaedam genera quae genus habere non possunt, ut est substantia uel alia quae Aristoteles in praedicamentis constituit, dicat quis ad haec horum cognitionem nihil omnino prodesse, quod non sit in his a genere trahenda definitio in quibus genus inueniri non possit, quod, si qua res genus non

2—12 Aristoteles] ibid. c. 5. 12 idem] c. 4. 6 ss. 19 superius] p. 11, 1; cf. p. 16, 13.

1 discernes] *KT* discernis *cett.* 3 dixit *G* 4 Socrates] tito *R* 6 est *om. RT* 7 sciri *ex* scire *FS* 8 ab alia substantia *FGKSm2 Tp.c.* 9 substantiae] primae substantiae *C* 10 inpresso] impressa esse *P* inpressae *(uel* im-*)* essent *CDR* inpresso essent *(*essent *del. m2) T* 11 propriore *P* 13 qualitatis et quantitatis *CDFK; cf. Aristot. Categ.* 1^b, *26* ἢ ποσὸν ἢ ποιὸν ἢ πρός τι *et cap. 6—8* relationis *om. GT (sed 6—8 litt. er.), del. Sm2* proprie *DSm1* proprietates *T* 14 id *P* 18 nobis *om. F* 22 uel] et *R* 23 ad hoc *K* ad *** *S* haec ad *F* 25 posset *ex* -it *C*

haberet, species non esset; hoc ita posito ad generalissimorum generum definitionem nihil genera et species utilitatis habere. ridicula mehercule atque absurda propositio! praeter scientiam enim generum specierumque magis genera illa generalissima cognoscere qui potis est, cum, haec sola generum specierumque cognitio si amissa sit, nihil de generibus speciebusque noscatur? in illis igitur in quibus genus aliud superius inueniri non potest, nullus umquam terminus definitionis aptabitur et in ipsius definitione genera speciesque cessabunt et solae differentiae propriaque illius terminum definitionis informant. cum enim id quod dicis, ab aliis rebus omnibus adiunctis differentiis segregaueris et propriis inpressis formam eius figuramque monstraueris, genus quod inuenire non poteris. perquirere non labores. sed in his species et genera non requiruntur in quibus, quod ipsa generalissima sint genera, genus inueniri non queat. porro autem in his quorum genus est aliquid, nisi a genere definitio ducatur, finis eius definitionis uitiosa conclusione colligitur. Accidens uero ad definitiones nihil prodesse non dubium est. definitio enim substantiam informare desiderat, accidens uero substantiam non designat. accidens igitur in definitione nihil prodest. est itaque necessaria generis specieique cognitio, ut si generalissima non
p. 7 sint quae quisque definiturus est, a ge|nere definitionem trahat, si uero generalissima sint, ut genus quaerere, quod inueniri non potest, non laboret. aeque enim uitiosum est uel in generalissimis genera quaerere uel subalternis generibus a

3 mehercule] *DTm2* mihercule *CPRSTm1* mehercle *G* mihercle *F* hercle *K* 5 es *Engelbrecht* 7 cognoscatur *GSm2* 8 nullius *FGS* 9 in *om. KR, s. l. Sm2T* ipsorum *F* ipsa *p* 10 illorum *F* 11 ab *s. l. Dm2* 12 segregaris *CDm1Sm1* 15 queruntur *G* ipsa *om. G, del. Sm2* 16 queant *G* querat *K* possit *T* 17 definitio *om. R* definitionis *om. P* 18 colligatur *G* 21 accidens—prodest] accidens—non dubium est *C ex 18* difiniciones *K* 23 sunt *G* quae—sint *in mg. Dm2* 24 ut *om. FK* illud *G, ad* ut *s. l.* eius *C* inuenire *Dm1* 25 *post.* non *s. l. Sm2T* uitiosus *F* in *om. C* 26 *ante* subalternis *add.* in *K edd., s. l. Tm2* a generibus *in mg. Dm2*

generibus definitionem ducere supersedere. Differentiae uero et propria, uel si magis genera sunt uel si subalterna, maximam retinent utilitatem. et quoniam ad definitiones quae pertinent quaedam dicta sunt, pauca etiam de his ipsis rationabilius subtiliusque colligemus. sit genus animal, sit species homo, sit differentia rationale uel mortale, sit proprium risibile; accidens uero quoniam ad definitiones incommodum est, praetermittamus. quisquis ergo speciem definit, ita genere ab aliis eam generibus separat, ut si quis dicat 'quid est homo?' 'animal' dicat. dicens enim animal separauit hominem ab omnibus generibus quaecumque animalia non sunt. si quis uero differentiam dicat et eam ad speciem accommodet, res sub eisdem generibus per differentias disgregauit. nam cum dicis hominem esse animal rationale, cum etiam et bos et equus species animalis sint, additum tamen rationale homini ab aliis sub eodem genere speciebus hominis speciem segregauit atque distinxit. propria uero cum dederis, res quae sunt sub eisdem differentiis segregabis. nam cum dixeris hinnibile uel risibile, illud est equi proprium, illud hominis. et cum equus cum boue atque cane sub eadem differentia sit, quod inrationabilia sunt omnia, adiectum hinnibile a ceteris equum sub eadem differentia speciebus diuidit. homo uero et deus sub eadem differentia, id est rationali, quod utrique rationales sunt, quamuis homo et deus adiuncta mortali differentia separentur, proprio tamen, id est risibili, quod solus habet homo, naturalius

1 dicere *Dm1* subperdere *Dm1* 2 et *om. P, s. l. Tm2* proprii *CR* *pr.* si] et si *CPR* 3 retinetur *D* de diffinitione *G (in mg. corr.) S* 5 colligentur (nt *in ras. m2) T* 6 differentia *post* mortale *F* 7 uero *om. C* 8 *ante* genere *add.* de *DT (er.)* 9 separet *P* animal—enim animal] *P*, *post* dicat *add.* eum *FG* (dicat eum animal *pos) KT* (dicat eum *s. l. et* dicens enim *in ras. m2)*, animal dicat eum. animal *CDRSm1*, *pr.* animal *del. et post alt.* animal *s. l.* dicens enim animal *add. Sm2* 10 sperauit *D* separat *R* 13 segregauit *K* 15 sint animalis *CR* animalis sunt *S* 18 hinnibilem uel risibilem *CDFGKPS* 19 *post.* illud] illud est *D* 23 *post* differentia *add.* sunt *b r m* 24 adiecta *P* 25 homo habet *F*

substantialiusque disiungitur. quod in aliis rebus in quibus nullas species talis differentia separat, melius cognosci potest. nam cum sub eadem differentia sint inrationabilia, equus, bos, canis, nec sit ulla alia quae eos separet differentia substantialis — possunt enim accidentis differentiae esse quae eos separent, quales sunt formarum —, additum proprium hinnibile equum ab aliis sub eadem differentia speciebus proprietatis ipsius separatione disiunxit. Repetendum est igitur a primordio quod genera in definitionibus ab aliis generibus separant, differentiae ab ipsis speciebus quae sub eisdem generibus positae sunt, propria ab speciebus quae sub eisdem differentiis supponuntur.

9. Sed quoniam plene de definitione tractatum est, probationis uel diuisionis uim subtilitatemque tractemus. sed omnis diuisio duplex est, aut cum totum corpus in diuersa disiungis aut cum genera per species distribuis. si quis igitur harum quinque rerum minus sollers diuisiones rerum facere uoluerit, non est dubium quin eas per inscientiam saepe ab speciebus in genera soluat, quod est factu foedissimum. quod Hermagorae in prima Rhetoricorum disputatione usu uenit. in tales enim erroris nebulas incidit, ut duo genera sub aequalis generis parte supponeret. quodsi diuisionum uim ueritatemque uidisset et disciplinam generum, specierum, propriorum et

13 s. probationis uel diuisionis] cf. p. 16, 16. 20 (Hermagorae) et p. 23, 2] Cic. de inuent. I 9, 12.

2 nulla *KSm1Tm1* 4 sit] *GS (in ras.)* est *cett.* 5 esse accidentis differentiae *C* esse *om. D* 7 *ante* equum *add.* et *D, ras. in S* 8 illius *P* disiunxit] *CDKRSm1T (*xit *in ras. m2)* disiungit *cett.; cf. p. 21, 16 s.* a *om. CDR, s. l. Tm2* 9 separent *RT* separent aliquid *F* aliquid separant *K* species separant *C* 11 sint *G* a *CDFS* 16 per] in *G* 17 *post.* rerum *om. C* 18 inscitiam *CFGS (ras. ex* inscient-*)* a *CFK* 19 soluas *P* est *post* foedissimum *FGK (etiam ante* factu*) S (add. m2)* 20 in prima Rhetoricorum] *(uel* reth-) *C (*a *ex* o *? et 2 litt. er.) FGKSm2* (in prima in rhetoricū *m1) T (*prima *s. l. m2),* in primo *(iterum* in *R)* rhetoricorum *DPR* euenit *C* 22 supponere *F* poneret *S* 23 specierumque *(*que *s. l. m2) T*

differentiarum suscepisset, numquam tam insulsae diuisionis errore tam uiuacissime a Marco Tullio culparetur. in probationibus uero tantus est huius operis fructus, ut praeter hoc nullius umquam rei possit prouenire probatio. quid enim digne monstrare queas, cuius si differentias nescias, id ipsum quale sit scire non possis? quid autem digne exequeris, cuius si genus nescias, ex quo id ipsum fonte manet ignores? uel quid in probationibus ratione possis ostendere, cuius si speciem nescias, id ipsum de quo aliquid probare uis, quid sit non possis agnoscere? quodsi propria praetermittas, nullas umquam res ualebis propriae termino probationis includere. at uero si non uim accidentium naturamque perspicias, cum de cuiusque substantia tractes, inane accidentis nomen aeque in definitionibus probationibusque miscebis. ita his rebus cognitis integra stabilisque diuisio et definitio permanebit, incognitis debilis lababit et trunca probatio.

10. Haec se igitur Porphyrius, non enim Victorinus, breuiter mediocriterque promittit exponere. nec enim introductionis uice fungeretur, si ea nobis a | primordio fundaret ad quae nobis p. 8
haec tam clara introductio praeparatur. seruat igitur introductionis modum doctissima parcitas disputandi, ut ingredientium uiam ad obscurissimas rerum caligines aliquo quasi doctrinae lumine temperaret. dicit enim apud antiquos alta et magnifica quaestione disserta quae ipse nunc parce breuiterque

23 (dicit)—p. 24, 1] p. 16, 18.

1 recepisset *T* 2 culparentur *G (*n *er.) K (*n *del.)* 4 haec *D* rei *umquam *(*n *er.) CF* 5 digne *om. P, post* monstrare *T* 6 quod *KSm2* autem] enim *R* 7 id *om. G* manat *GK* manet *(*e *ex* a *m2) s. l. Sm1* 8 cuius] cum *F (in mg.* al cuius*) GK, ex* cuius *Sm2* species *P* 10 pretermittes *P* numquam illas *G* numquam ullas *S* 11 proprio *GS (*-o *in ras. 2 uel 3 litt. m2)* 12 perspexeris *F* cuiuscumque *D* unius cuiusque *F* 13 substantie *F* pertractes *G* 17 enim] autem *GSm2 (in ras.)* 18 mediocriterque] *b r m* molliterque *codd. p; cf. p. 16, 21. 31, 1* neque *G* 19 ad quae] atque *GRTm1* 20 *ante* introductionis *add.* modo *GP, ante* modum *CDR* 23 doctrinae] doctrinae suae *FGKPST* pertemperaret *R* *ante* alta *add.* et *FGK* 24 diserta *CGP (*dis- *etiam p. 24, 2 CFP)* deserta *FT*

composuit. quid autem de his a priscis philosophiae tractatoribus dissertum sit, breuiter ipse tangit et praeterit. — Tunc Fabius: Quid illud, inquit, est? — Et ego: Hoc, inquam, quod ait se omnino praetermittere genera ipsa et species, utrum uere subsistant an intellectu solo et mente teneantur, an corporalia ista sint an incorporalia, et utrum separata an ipsis sensibilibus iuncta. de his sese, quoniam altior esset disputatio, tacere promisit, nos autem adhibito moderationis freno mediocriter unum quodque tangamus. eorum ergo quae se transire et praetermittere pollicetur, prima est quaestio, utrum genera ipsa et species uere sint an in solis intellectibus nuda inaniaque fingantur. quae quaestio huiusmodi est. quoniam hominum multiformis est animus, per sensuum qualitatem res sensibus subiectas intellegit et ex his quadam speculatione concepta uiam sibi ad incorporalia intellegenda praemunit, ut cum singulos homines uideam, eos quoque me uidisse cognoscam et quia homines sint, me intellexisse profitear. hinc igitur ducta intellegentia uelut iam sensibilium cognitione roborata sublimiori sese intellectu considerationis extollit et iam speciem ipsam hominis, quae sub animali est posita, et singulos homines continere suspicatur et illud incorporeum intellegit cuius ante particulas corporales in singulis hominibus sentiendis et intellegendis assumpserat. nam hominem quidem illum specialem, qui nos

4—7] Porph. p. 1, 9—13.

1 quod *F* 3 illud est inquit *G* inquit illud est *K* 4 genera] haec genera *F* et species] speciesque *C* 5 subsint *D* subsit *Tm1* 6 ipsa *FGSTm2* an] aut *F* 7 *ante* ipsis *add.* in *CDFKRST (er.); cf. p. 29, 18. 30, 14. 15. 18; Porph. p. 1, 12* ἐν τοῖς αἰσθητικοῖς . . . ὑφεστῶτα sensibus *CD* coniuncta *C* 9 autem *om. GS* 12 uerae *DGT* 14 pro sensuum qualitate *R* subiectas sensibus *G* 16 premunt *F* singulorum *D* 18 sunt *DFG* hic *Dm1* hunc *K* 19 ueluti *C* etiam *FK* cognitio *Dm1* subtiliori *FGKSm2Tm2* 20 ipsam *ante* speciem *P*, *post* hominis *CR* 21 animalis *C (*s *er.) K (*s *del.)* continet *FGKPS*, *ad* continere *s. l.* ł continet *C* 22 corporeum *Ca.c.* 23 sentiendis] sciendis *FKTm1* 24 illum *s. l. C*, *om. R*

omnes intra sui nominis ambitum cohercet, non est dicere corporalem, quippe quem sola mente intellegentiaque concipimus. sic igitur mens rerum nixa primordiis altiori atque incomparabili intellegentia sublimatur. hinc ergo animus non solum per sensibilia res incorporales intellegendi est artifex, sed etiam fingendi sibi atque etiam mentiendi. inde enim ex forma equi uel hominis falsam Centaurorum speciem sibi ipsa intellegentia comparauit. has igitur mentis considerationes, quae a rerum sensu ad intellegentiam profectae uel intelleguntur uel certe finguntur, φαντασίας Graeci dicunt, a nobis uisa poterunt nominari. ita ergo nunc de generibus, speciebus et ceteris quaerunt, utrum haec uere subsistentia et quodammodo essentia constantiaque intellegantur, ut a corporalibus singulis uere atque integre ductam hominis speciem intellegamus, an certe quadam animi imaginatione fingantur, ut ille Horatii uersus est:

> humano capiti ceruicem pictor equinam
> iungere si uelit.

quod neque est neque esse poterit, sed sola falsa mentis consideratione pingitur. nimis acute subtilis inquisitio atque ad rem maxime profutura! scienda enim sunt utrum uere sint, nec esse de his disputationem considerationemque, si non sint. sed si rerum ueritatem atque integritatem perpendas, non est

16 Horatii] Ars poet. 1 s.

1 omnes *ex* homines *Dm2* 4 incomparabili] *(uel* incõp-*) CDm2F (in mg.) RTm1* incorporabili *Dm1PS a.r. Tm2* incorporali *F (in contextu) GKSp.r.* hic *CDFPRSTm2 (ex* hoc*)* 5 insensibilia *FP (*in *er.)* incõparabiles *Tm1* 6 sibi *om. C, post* atque *F* etiam *om. R* 8 considerationis *Dm1 Ga.c. Ka.c. R* 10 φαντασίας] *b r m* fantasias *codd. (*fansias *F* phantasias *ex* pant- *T m2)* 11 nominari] interpretari *C* de *s. l. Dm2* 12 substantia *DF* 13 *ad* ut *s. l.* an *Sm2,* an *ex* aut *Tm2* corporibus *edd.* 14 intellegimus *P a.c. Sm1* 16 oratii *CDFS* 18 *post* uelit *add.* et uarias *(ex Horatio) C* 19 falsa *om. C* 20 fingitur *K b r m* acuta *C* subtilisque *C* ad *s. l. Dm2S* 22 nec esset *CDm2 in mg. (*necesse est *m1) RT* nec est *P* disputatio *CDPRSm1* consideratioque *CDPR*

dubium quin uere sint. nam cum res omnes quae uere sunt, sine his quinque esse non possint, has ipsas quinque res uere intellectas esse non dubites. sunt autem in rebus omnibus conglutinatae et quodammodo coniunctae atque compactae. cur enim Aristoteles de primis decem sermonibus genera rerum significantibus disputaret uel eorum differentias propriaque colligeret et principaliter de accidentibus dissereret, nisi haec in rebus intimata et quodammodo adunata uidisset? quod si ita est, non est dubium quin uere sint et certa animi consideratione teneantur. quod ipsius quoque Porphyrii probatur assensu. nam quasi iam probato et scito quod ista uere subsistant, aliam quaestionem inferre non dubitat, cum dicit: an corporalia ista sint an incorporalia. quae nimis esset friuola atque absurda quaestio, utrum essent corporalia, nisi prius esse constaret. haec quoque non mediocriter utilis inquisitio ita resoluitur: incorporalia esse quae ipsa quidem nullis sensibus capiantur, animi tamen qualia sint consideratione
p. 9 clarescunt. nam quia incorporeorum | prima natura est, potest res incorporea parens esse quodammodo corporeae. corporea uero incorporeis praeesse non poterunt, quod, quoniam substantia genus est, corporale uero et incorporale species substantiae, corporale non esse genus haec res declarat, quod substantiae, id est generi, incorporale supponitur. quodsi corporale esset genus, numquam sub eo species incorporea poneretur. animaduerte igitur uehementissime, quam numquam

1 uerae *DGT* nam—sine his] nam, *s. l.* sunt *m1,* quae uere cum res omnes sine his *R* uerae *DFGKSTm2* sint *Ga.c. T* 2 possunt *Ca.r.Da.r.GKRa.c.Sm1T* quinque ipsas *G* *post* uere *add.* et non false sicut centaurus *F* 3 autem *om. C* 4 iuncte *C* constricte *R* 5 enim] autem *C* de] in *R* 7 de accidentibus *s. l. Sm2, post* dissereret *G* 9 non dubium est *R* 10 *post* ipsius *add.* uero *F*, *ras. in S* probabitur *Sm2* 11 ista] *T* ita *cett.* subsint *DSm1Tm1* 14 *post* corporalia *add.* an incorporalia *F* 16 nullis quidem *PST* 18 incorporeum *D* 20 quod] ut *F* substantiae *R* 21 *post* species *add.* sunt *T, post* substantiae *Sm2* 24 corporale] incorporale *D* 25 animaduerte** *(re er.) C*

quicquam a te animaduersum fuit. genus ipsum quoniam species habet, species uero differentiis disiunguntur et proprietatibus informantur, quoniam quaedam species reperiuntur quae in contraria sub genere diuisione contrarias obtineant uices, ut sub animali rationale atque inrationale contraria sunt et sub rationali mortale atque inmortale et haec quoque contraria, quaeritur, si animal solitario intellectu neque rationale neque inrationale sit, unde hae differentiae in speciebus natae sint, quae in genere ante non fuerant. quodsi genus, id est animal, utrasque res in se habet, ut et rationale et inrationale sit, in uno eodemque duo contraria eueniunt, quod est inpossibile. accingam igitur breuiter quaestionem et dicam quod non genus utrumque sit, id est rationale uel inrationale, uel quicquid aliud inter se species per contrarietates diuidunt, sed ui sua et potestate genus hoc continet, ipsum uero nihil horum est. ita ergo genus tale est, ut ipsum neque corporale neque incorporale sit, utrumque tamen ex se possit efficere, quod secundo libro melius liquebit. Species alias corporalis, alias incorporalis est. nam si hominem sub substantia ponas, corporalem speciem posuisti, sin deum, incorporalem. eodem modo etiam differentiae. nam si corporales uel incor-

18 secundo libro] c. 4.

4 generis *GKS* *post* contrarias *add.* quippe *DRT, ras. in S* obtinent *G* 5 irrationabile *Ca.c.* 6 *pr.* et] ut *GST* rationabile *S* contraria] contraria sunt *C* 7 neque rationale *om. R, s. l. Sm2* 8 neque] uel *C* 9 sunt *CDFGPRT, fort. recte* 10 *pr.* et *om. C* irrationale et rationale *G* 11 contrarie (e *ras. ex* ę) *P* ueniunt *P* euenient *T* 12 attingam *edd.* quod *om. DP, s. l. Sm2Tm2* 13 non—sit] genus utrumque non esse *P* *pr.* uel] et *G* 15 ui] in *G* sua ui *C* sua—ipsum neque *om. F* et *om. C, er. G, s. l. Tm2* potestateque *C* haec *Hilgard* 16 corporale neque incorporale sit] *GPS* (corporale neque *s. l. m2*) *T* corporale sit nec incorporale *R* incorporale (in *s. l. D*) neque corporale sit *CDFK* 18 *post* Species *add.* uero *GKP, er. S* aliis *Pm2 utroque loco* alia *R* 19 alias] alia *s. l. D* alio tempore *K* alias (-is *s. l. m2*) incorporalis est *in inf. mg. P* est *post* corporalis *G* sub *s. l. C, om. FRST* substantiam *FGPST*

porales species diuidunt, erunt alias incorporales, alio tempore corporales, ut si dicas ‘quadrupes’ ad bipedem, corporalis differentia est, sed ‘rationalis’ ad inrationalem, incorporalis differentia est. et propria nihilo minus eodem modo. nam aequale speciei proprium fuerit: si corporalis, corporale erit proprium, si incorporalis, incorporale uindicabitur. et accidens eodem modo. nam si incorporalibus quid accidit, incorporale esse manifestum est, ut in animo accidens est scientia, incorporalis scilicet, corporalibus uero quae accidunt, corporalia esse manifestum est, ut si quis dicat accidens me habere capillum crispum. si igitur genus neutrum per se ipsum est, sed utrasque res ex se ipso efficere potest, species, differentia, propria et accidentia ut accepta in contrarias species fuerint, proinde uel corporalia uel incorporalia uocabuntur. Sed sunt quibus hoc ipsum integrum uideri possit, et haec solum incorporalia esse definiunt. qui sic dicunt, non considerari genus in eo quod quaeque res suapte natura constat, sed in

1 species *s. l. Dm2* aliis *Pm2* 2 si *om. C* 3 sed] et *GSm2* rationale *C* inrationale *(uel* irr-*) CDR* rationalem *F* 4 est differentia *CF* est differentiae *D* differentiae est *K* est *om. P* 5 aequale] *b r m* quale *DFGKP (ras. ex* quales*) ST* qualis, *add.* species erit tale et *CR post* fuerit *s. l.* scil. talis erit species *Sm2* si incorporalis incorporale erit *T* 6 si incorporalis] sin (si* *T) corporalis DT* si corporalis *Sm1* incorporale] corporali *Pm1* corpore *CDRSm1Tm1* corporale *m2 ante* uindicabitur *add.* non *CR* 7 quod *ex* quid *P* accedit *Dm1* acciderit *K* 8 est accidens *C* incorporale *G* 9 corporalibus] in corporalibus *D* in corporibus *CTm1* corporibus *R* 11 si] *S* sic *cett.* per se neutrum ipsum *F* per se ipsum neutrum *G* 12 perficere *R* species *om. F* differentiae *r, fort. recte* propria differentia *G* 13 in contrarias *del. Sm2, post* species *add.* corporali *(s. l.* uel *m2)* incorporali *(s. l.* scil. re *m2)* contrariae species] partes *P* fuerint *ras. ex* -runt *DF* 14 perinde *G pr.* uel *om. G, s. l. Sm2* uel corporalia *om. Dm1, in mg.* id est corporalia *m2* uocabuntur] propria uocantur *R* 15 hoc *om. T* ipsum *om. PST* possit] non possit *C* 16 corporalia *DK (ex* incorp-*) S* dicant *PSm2T* 17 quod *s. l. Tm2* quaeque] *C (in mg., in contextu ras.) G (*que *s. l.) T* quae *DFR* que *KPS* constet *R*

eo quod genus sit. itaque si substantia genus est, non consideratur in eo quod substantia est, sed in eo quod sub se species habet. item si species corporeum et incorporeum est, non in eo quod deus uel homo dicitur, consideratur, sed in eo quod est sub genere. eodem modo etiam differentiae non considerantur in eo quod bipes uel quadrupes sit, sed in eo quod est differentia. nam quadrupes hoc ipsum nulla differentia est, nisi sit bipes a quo differat. itaque non quadrupes uel bipes respicitur, sed id quod medium est in bipede et quadrupede, id est differentia. et de proprio idem. nam quod cuiusque est proprium, in eo proprium consideratur quod eius cuius dicitur esse proprium speciei solius est. nam 'risibilis' non in eo proprium hominis quod risus est, sed in eo quod solus homo potest ridere. quae manifeste incorporalia esse indubitatum est. deinde accidentia proinde sunt, qualia fuerint ea quibus accidunt, ut superius dictum est. sed hi probare uidentur hoc ipsius Porphyrii sententia, qui, ueluti iam probato quod incorporea sint, ita ait: et utrum separata an ipsis sensibilibus iuncta, quod, si esse haec aliquando corporalia extitisset, absurdum esset quaerere utrum incorporalia seiuncta essent a sensibilibus an iuncta, cum sensibilia ipsa sint corpora. talis autem est quaestio, ut quoniam quaedam incorporales sunt res, quae omnino corpora | non patiuntur, ut p. 10

4 homo uel deus *GPS (*homo *s. l. m2)* uel] et *R* considerantur *Ca.c.DPRSa.r.T* 5 est] sunt *P* non *s. l. DSm2* 8 nisi] si non *F* differat *ex* desiderat *Dm2* 9 id *om. CR* et] uel *R* 10 idem] idem est *FGKS* 12 risibile *b r m* 13 *post* proprium *s. l.* est *Sm2Tm2* *post* est *add.* dicitur *C* 14 possit *GPST* ridere potest *CR* 15 indubium *Dm1* deinde accidentia] de accidentibus *(ex* accentibus *Dm2)* uero *CDPRT* proinde] talia *K, ad* proinde *s. l.* i. talia *DG* fuerunt *F* sunt *T* 16 supra *R* 17 hoc] hoc etiam *FGS (*etiam *s. l. m2)* scientia *GS* 18 quod *s. l. Sm2Tm2* incorporalia *GKR (s. l.* uel incorporea*)* 19 sensibus *C* esse *in ras. D, om. CR,* esset *KT* esse* *(*t *er.) S* 20 extitissent *CR* extitisse *KT* corporalia *PT, C et Sp.r. (*in *er.), Kp.c. (*in *del.)* 21 iuncta] iniuncta *K* 22 corpora] corporea uel corpora *K* corporea *edd.*

animus uel deus, quaedam uero quae sine corporibus esse non possunt, ut prima post terminos incorporalitas, quaedam autem quae in corporibus sunt et praeter corpora sese esse patiuntur, ut anima — quaeritur ergo hae quinque res ex quo incorporalitatis sint genere, utrum eorum quae omnino separantur a corpore an quae a corporibus separari non possunt an quae iungantur aliquotiens, aliquotiens segregentur. uidetur autem quod et segregari et iungi possint. nam quando corporalium diuisio per genera in species fit et eorum propria et differentiae nominantur, haec circa sensibilia, id est corporalia esse non dubium est, cum uero de incorporalibus rebus tractatus habetur et per ea ipsa diuiduntur quae corpore carent, circa incorporalia uersantur. quodsi hoc est, non est dubium quod quinque haec ex eodem sunt genere, quod et praeter corpora separata esse possint et corporibus iungi patiantur, sed ita, ut si corporibus iuncta fuerint, inseparabilia a corporibus sint, si uero incorporalibus, numquam ab incorporalibus separentur et utrasque in se contineant potestates. nam si corporalibus iunguntur, talia sunt, qualis illa prima post terminos incorporalitas, quae numquam discedit a corpore, si uero incorporalibus, talia sunt, qualis est animus, qui numquam corpori copulatur.

11. Haec sese igitur Porphyrius tacere pollicitus breuiter

1 anima *G* 3 corporalibus *C (*al *del.) FG* se *GP* esse *om. T, s. l. Cm2, post* patiuntur *S* 4 genere incorporalitatis sint *C* incorporalitatis genere sint *K* 5 separentur *GPST* 6 *pr.* quae] eorum quae *brm* possint *PT* 7 aliquotiens, aliquotiens] *DF* aliquotiens et aliquotiens *(uel -ciens) Cp.c. (in mg. corr.) GPT* aliquotiens *Ca.c. K* et *(s. l.)* aliquotiens *S;* aliquociens iungantur aliquociens *R* segregetur *Dm1* segregemur *G* separentur *T* 8 possunt *C (ras. corr.) K* 9 in] an *Pm1* uel *CR* 10 circa] *Brandt* scire *CDFGKRST (in ras. m2) p, om. P,* scilicet *brm* 11 rebus *om. R* 12 *ante* circa *add.* et *DGKPST* 13 quod *om. FGK* sint *P, s. l. add. S,* esse *FGK;* genere sunt *R* 14 separatum *FGKST* separatim *P* possit *FGKPSm1T* 14—16 *ter* corporibus *ex* corporalibus *Dm2* 15 patiatur *FGKPSm1T* 16 incorporalibus] in corporibus *ST* 17 utriusque *CR* utrisque *D* 18 corporales *Dm1* tales sunt quales *R* 20 *post* animus *add.* uel angelus *G* 22 se *GS* sese *post* igitur *K, post* Porphyrius *R* pollicetur *CRSa.c.* repollicitus *K*

mediocriterque super his rebus tractare promittit habita in res alias consideratione aut coniectura, quod simile est ac si diceret: quoniam haec ad praedicamenta et ad definitiones et ad diuisiones et ad probationes pertinent, ideo haec tractaturus assumo et eatenus de his disseram, quatenus in supra dictis rebus proficiunt, non quatenus de his ipsis generibus speciebusque et ceteris tractari possit. s u n t e n i m i l l a, ut ipse ait, g r a u i o r i s t r a c t a t u s; q u a m d o c t r i n a m a P e r i p a t e t i c i s a c c e p t a m, id est ab Aristotelicis, s e s e q u i confessus est. nam Stoici, qui de his quoque rebus tractare uoluerunt, non omnino a Porphyrio suscipiuntur, atque ideo ait se a Peripateticis rationem disputationis accipere. — Tunc me Fabius ita percunctatus: Quid est, inquit, quod dudum dixeras, cum a te de incorporalibus tractaretur, esse quasdam incorporalitates quae circa corpus semper consisterent, ut sunt primae incorporalitates post terminos? quae est haec incorporalitas aut quos terminos dicis? non enim intellego. — Et ego: Longus, inquam, tractatus est et nihil nobis ad hanc rem quam quaerimus profuturus. sed dicam breuiter terminos me dixisse extremitates earum quae in geometria sunt figurarum, de incorporalitate uero quae circa terminos constat, si Macrobii Theodosii doctissimi uiri primum librum quem de

7—9] Porph. p. 1, 13—16. 22] Macrob. comment. in Somn. Scip. I, V 5 s. 13.

2 aut *in ras.* *G* atque *C* ait *Sa.c.* *Tm1* 3 haec *om.* *R* *tert.* ad] *PT*, *om. cett.* 4 ad probationes] approbationes *C* adprobationis *R* tractaturus *om.* *R* tracturus *Cm1* 5 eotenus *K* quatinus *Dm1FGS* quotenus *R; item FGS et R 6* 6 proficiant *FGPSm2* proficient *Dm2* his *om.* *GPST*, *post* ipsis *R* 7 et ceteris *om.* *C*, *post add.* quaeuis *GK* quis *P* possint *GK* ut ipse ait *post* tractatus *C* 8 tractus *K* tractamus *R* doctrina *R* 9 confusus *Dm1* 10 quinque *Dm2* 11 suspiciuntur *Sm1* recipiuntur *m2* 12 fabius me *FR* 13 ita *om.* *K, s. l.* *Sm2*. percontatus *P (*n *ex* r *m2)* *R* percunctatus est *DGS* dudum quod *C* dixeris *Da.c.F* 14 cum—esse *om.* *C* incorporalitatibus *PSm2T* 18 inquam longus *C* nihil nobis] nihilominus *F* 20 eorum *Dm1F* geometrica *T* 21 *post* constat *add.* quomodo terminus constet *G* 22 libellum *R*

Somnio Scipionis composuit in manibus sumpseris, plenius uberiusque cognosces. sed nunc ad sequentia transeamus.

12. Tunc Fabius: Ut placet, inquit, simulque sic incipit:

DE GENERE.

Videtur enim neque genus neque species simpliciter appellari, id est uno modo. genus namque dicitur quorundam ad aliquid quodammodo habentium collectio, per quam Dardanidum dicitur genus. dicitur rursus genus unius cuiusque natiuitatis principium aut a generante aut ab eo in quo quis genitus est.

Cetera, inquit, fere nota sunt. — Tunc ego: Si uim prius aequiuocationis aspicias, diuisionem generis diligenter agnosces. placet enim per generis nomen cum sibi subiectis aequiuoca nominare. aequiuoca uero sunt quae, cum nomine una sint, longe diuersa substantiae ratione et definitione discreta sunt, ut si quis hanc uerbi gratia statuam Veneris ⟨Venerem⟩ appellet. congruunt igitur Venus ipsa et statua Veneris unius nuncupatione uocabuli, quod utrisque Veneris nomen est. si quis uero quid sit
p. 11 utrumque definiat, longe aliam | Veneris, aliam lapidis rationem definitionemque constituet. speciebus igitur illa esse aequiuoca quae uno uocabulo appellentur, definitionibus uero diuersis

4—11] Porph. p. 1, 17—20. 23—p. 2, 1.

1 somno *Fa.c. RS* 4 INCIPIT DE GENERE *G, inscript. om. FRT, recte?* 5 similiter *P* 7 habentium *om. R* se *(s. l. Sm2)* habentium *GKS* 8 dardanium *CDPRT; Porph. p. 1, 20* τὸ Ἡρακλειδῶν γένος; *cf. infra p. 37, 9* 9 rursum *KR* 10 eo] eo loco *KR b r m; Porph. p. 2, 1* ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ τις γέγονεν; *cf. infra p. 36, 1—5* quis* *(*q, *er.) C* 13 agnosces] *FSm2Tm2* agnoscis *CDGPRSm1Tm1* agnosce *K* 14 per *er. C* equiuocis *PS* 15 uero *om. CGKS* 16 definitionis *C* diffinitiones *R* 17 hoc *G ad* hanc *s. l.* ł hoc *K* Venerem *add. Engelbrecht et Hilgard* 19 utriusque *FKRS* utrique *b r m* 21 speciebus *om. F, ex* species *Sm2* dicuntur *(om.* speciebus*) G* 22 uno] de uno *R* appellantur *CFKR* uero *om. GP*

constituantur, clarescet, ut opinor, participatione generis quam Porphyrius fecit, non Victorinus, uisa. omne enim quicquid a genere in species ducitur, uniuocum, non aequiuocum est. uniuocum est quod et eodem nomine uocari et eadem definitione constitui potest, ut est animal genus, homo uero species, sed idem homo animal est. genus igitur et species, id est animal atque homo, possunt unius animalis nomine nuncupari, ut utrumque animal uocetur, sed eadem definitionibus non discrepent. nam si definitionem reddas animalis, dicas id esse animal quod est substantia animata sensibilis; quam si definitionem ad hominem uertas, non erit absurdum dicere hominem substantiam esse animatam atque sensibilem sicut animal, sicut iam superius dictum est. si enim uniuoca sunt quae uno nomine atque eadem definitione constituuntur, aequiuoca uero quae uno nomine sunt et non sunt una definitione substantiae, quicquid uniuocum est, in his genera speciesque uersantur, quicquid aequiuocum est, non est in eis talis participatio, ut speciebus et generibus censeantur. quae enim erit in his generis specieique cognitio, in quibus substantiae definitio atque integerrima ratio disgregatur? ita ergo Porphyrius nomen gene-

13 superius] p. 18, 5 ss.

1 participationem *Pa.c.* partici****one *G* partitione *F, ad* participatione *s. l.* ł partione *C* 2 non Victorinus, uisa] *Brandt* non uictorinus *C* non uisa *DG (in mg.* nouissima*) KRST* non uisam *F* una non uisa *P* praeuisa *edd.; cf. p. 23, 17 et 33, 20 ss. 34, 12—35, 6* 3 a *om. GPT, s. l. Sm2* deducitur *K* 7 uno *GSm2* 9 discrepant *brm* 10 si *s. l. Dm2, post* definitionem *K, s. l. Sm2* 11 absurdum] incongruum *T* 12 esse *ante* substantiam *K, post* sensibilem *R* sicut iam superius] *Cm1Dm1R* sed hoc *(*hoc *om. Cm2)* iam superius *Cm2Dm2PT* sicut superius iam *FK* sed hoc superius, *in mg.* ł sicut iam *G* sed hoc **iam *(*et *? er.) S* 13 est *om. CP, s. l. Dm2* 16 uniuocum *ex* equiuocum *C, post add.* ut animal genus ad suas species est *K edd.* uertuntur *C* 17 *post* aequiuocum *add.* ut *(om. K)* aries, namque plura significans aequiuocum est, sed non censetur participatione generis et speciei *K edd.* talis in eis *R* partitio *R, s. l. ad* participatio *C* 18 et generibus] generibusque *P* censeantur *ex* constituantur *Dm2* 19 specieque *RSm1*

ris in tres diuidit formas, sed ut aequiuoca, non ut uniuoca. id est ut hae formae uno quidem generis nomine contineantur, sui autem proprietate disgregata dissentiant. sed Porphyrius nomen generis hoc modo in tres diuidit partes, ut dicat uocari semel genus de eorum inter se plurimorumque collectione qui ab uno quocumque nomen generis trahunt, ut Romani a Romulo trahentes genus ex eodem genere esse dicuntur. secundo uero loco dici genus affirmat, ut cuiuscumque est nationis principium aut a generante aut a loco in quo quis natus est, ut Aeneam ab Anchisa et genere dicimus esse Troianum. tertium uero genus dicit illud cui species supponitur. Victorinus uero duo superiora genera in unum redigit. nam et multitudinis congruentiam inter se per eandem generis nuncupationem et quorumcumque a genere lineam et locum in quo quis natus est, uno generis uocabulo et designatione esse declarat. addit autem ipse quod soli Latinae linguae congruere possit: dicit enim secundo modo genus dici. ut est genus causae honestum. quae genera causarum Graeci in rhetorica arte genera esse non putant. sed σχήματα uocant id est figuras, genera autem sola principalia accipiunt. demonstratiuum, deliberatiuum scilicet et iudiciale. quae ipsa

11] Porph. p. 2, 10.

1 diuidat *F* aequiuoca] aequiuoca sint *CG* ut *s. l. CSm2* uniuoca] uniuoca sint *C* dicantur uniuoca *K* 2 hęc *C* haec *P* quidem *post* hae *G* 3 segregata *R; an* disgregatae? *post* Porphyrius *add.* uero *R* 5 de *om. R* plurimorum *CRSm1* 6 quoque *PTa.c.* 8 ut *om. T* est *om. FGT, post* principium *G* 9 natus] genitus *GK* 10 aenean *CST (en-)* anchise *GRSm1T* 11 cuius *R* 12 superiora duo *GPST* genera in unum] in unum genus *DFR* redegit *GSm2Tm2* 14 quorumcumque—uno generis] quo quis genitus est cunque a genere *(ex* aguem *m2)* lineam et locum in quo uno generis *R* 17 modo] loco *C* dici genus *CT* 18 est *om. CDR, post* honestum *add.* sit *C; cf. p. 36, 23* 19 Graeci *om. D* in *om. G* σχήματα] *b r m* scemata *codd.p* 20 autem *om. CR* principaliter *K* principaliter esse *R* 21 scilicet et *om. K, fort. recte* iudicale *DF*

εἴδη ῥητορικῆς uocant, id est species rhetoricae, genera uero causarum. tertium uero genus est id quod Porphyrius ponit, id est sub quo differentiis distributae species supponuntur. sed quoniam de tertio genere tractaturus est, Victorini culpam uel, si ita contingit, emendationem aequi bonique faciamus.

13. Nunc ergo ad priorem apud Victorinum generis significationem reuertamur et eius ut sunt uerba enodanda atque expedienda sumamus. Genus namque inquit dicitur quorundam ad aliquid quodammodo habentium collectio. hic ergo utrumque monstrauit, et cognationem inter se multitudinis et lineae ductum. nam cum dicit genus esse quorundam collectionem ad se inuicem quodammodo habentium, id est aliqua inter se cognatione iunctorum, et quod addidit et ad aliquid, generis lineam significat, quam singuli contingentes et ad unum sese ipsius generationis applicatione iungentes plures ex eadem linea iuncti atque cognati sunt, ut sit hic ordo: genus dicitur quorundam collectio quodammodo ad aliquem habentium, id est alicuius lineam per genus contingentium, ut per collectionem cognationem demonstret et per habitudinem quodammodo ad aliquem colligatam lineam generis ductumque designet. sequitur ergo et id planius lucidiusque significat, cum dicit: | dicitur rursus genus cuius- p. 12
cumque natiuitatis principium aut a generante

1 ΙΔΗ *uel* ΙΔΕ *CDGPS;* ΡΗΘΟΡΙΚΗC *s. l. et in mg. ex* ΙΝΤΟΡΙΚΗC *P* ΡΗΤΟΡΙΚΕC *CG;* ideas rhetores *F* idē retorices *K* idē rhetores *R* idia retorikis *T; post Graeca add.* id est rhetores (rethorices *P) CPSm1, del. m2* *post* uero *add.* nos dicimus *K, post* causarum *edd.* 2 uero *om. G* est *(s. l m2)* id * (ē *? er.) S* id est *DPR* est *C* 4 tractatus *R* 5 contigit *Dm2FGKPST* boni aequique *G* 7 ergo] uero *D* 9 inquit namque *CDRSm1* 10 aliquem *CR* *ante* habentium *add.* se *D (er.) FGK, s. l. Sm2* 11 his *S* 14 aliquam *et* cognationem *R* 15 aliquid] *F* aliquem *cett.* (aliqua *Tm2)* 16 applicationem *F* 17 cognati] signati *D* 19 aliquem] *codd.* 21 ad *om. D* 22 plenius *S* 23 cuiusque *PT;* unius cuiusque *p. 32, 9, 36, 7*

aut ab eo in quo quis genitus est. id ipsum latius expedit quod superius stricto et sentuoso breuitatis uinculo colligauerat. dicit enim rursus dici genus aut a generante aut a loco in quo quis natus est. sed rursus particula si ad hoc conectatur quod ait aut ab eo in quo quis genitus est, intellectus non titubat, ut sit ordo: dicitur genus unius cuiusque natiuitatis principium aut a generante aut rursus ab eo in quo quis genitus est. uel certe erit simplicior expositio, si priorem generis significationem, id est quorundam ad aliquem quodammodo habentium collectionem, ad solius cognationem multitudinis accipiamus, lineae uero ductum et loci generationem in subteriore significatione distribui, ita tamen, ut una quodammodo generis significatione et multitudinis cognationem et a generante lineam et loci natiuitatem significet. haec enim omnia de sola cuiuslibet natione tractantur. quare non absurdum est quae omnia ad ortum genitalem cuiuslibet pertineant, una significatione generis contineri. propriae tamen et simplicissimae expositionis est quattuor significationes generis constituisse Victorinum, ut ad tres Porphyrii unam ipse addiderit generis causae, ut sint hae quattuor significationes, multitudinis cognatio, lineae ductus, genus causae, genus specierum. Sequitur secunda generis diuisio apud Victorinum ut est genus causae; quae Graeci, ut

1 *post* eo *add.* loco *FG*, *s. l. Tm2,* loquo *K, s. l. Sm2* *post* genitus est *add.* aut a loco in quo natus est *D (del. m2) P* 3 genus dici *R* aut a generante *in mg. C* *post* generante *add. (*id est *b r m) in (er. C* a *R b r m)* quo quis genitus est *CDRT b r m* 4 a loco] *CFGRT, s. l. Sm2,* ab eo *DP* ab eo loquo *K* 5 aut ab eo *om. T* quis *om. CD* genitus] natus *CDR* 8 ab eo rursus *C* eo] eo loco *DFK* 10 quodammodo *om. G* 12 subteriori *PR* superiore *K* ita—natiuitatem *(14) in mg. Tm2* 13 una .. significatione] *b r m,* unam .. significationem *codd., nisi quod* ita tamen ut al' in una ut unam quodammodo generis significationem *(s. l.* al' significatione*) R* quodammodo *om. GT* 14 linea *DPSm1* natiuitate *DP* 15 de] et de *P* 16 omnia quae *FGKPSm2* 20 causae] *Cp.c.Pm2S* causam *DFGK (*am *in ras.) Pm1RT* causa *Ca.c.* 22 diuisio generis *F* diuisio] significatio *R*

dictum est, non genera, sed σχήματα uocant. tertiae uero significationis generis hic modus est, genus dici cui supponitur species, id est genus illud a quo species deriuantur, quod ait ad superiorum fortasse similitudinem aequitatemque dispositum. sic enim genus speciebus suis principium est, ut Romulus his qui ab eo cognati sunt iunctique Romani. item eodem modo nomen Romuli Romanos omnes continet, quemadmodum nomine generis species continentur. nam sicut a Dardano Dardanidae prioris nomen Dardani in sese ipsos posteriores accipiunt, ita et animal cum uerbi gratia species habeat hominem atque equum, equus scilicet atque homo animalis in se uocabulum capere, ut dicantur ipsa animalia, non recusant. eodem igitur modo species sub generibus continentur, quemadmodum cognati homines sub illo a quo illam cognationem forte traxerunt. nam et genus speciebus principium est et plurimarum in se specierum collectiuum est. rursus primum cognationis nomen et ipsius generationis est principium et in illius solius uocabulo diuersitas hominum uocabuli et generis participatione colligitur, atque hoc est quod ait his uerbis:

Aliter dicitur genus cui supponuntur species, iuxta similitudinem forte superiorum appellatum; etenim principium quoddam est genus his quae sub ipso sunt et uidetur multitudinem continere omnium quae sub se sunt.

sed cautissime additum est uidetur. si enim nihil haec omnia distarent, una significatio generis esset et ea quae in species funditur et ea quae in cognatione diuiditur. sed est inter haec

21—25] Porph. p. 2, 10—13.

1 σχήματα] *b r m* scemata *codd. p* 3 diriuantur *CD (corr. uid.) FGPa.c.RS* 4 fortassis *D* 10 posterosque *CR* 11 habet *GS* 12 animalia ipsa *C* 13 recusent *S* 15 sorte *m1860* 16 sese *F* 17 nomen cognationis *GS* est *om. Sm1, post* et *add. m2* 18 uocabulum *PT* 21 supponitur *G* 23 qui *T* 26 est additum *GPS* additum esse *R* nihil *om. Dm1,* minime *s. l. m2* 27 esset generis *C* quae in] qua *DGPS* quas *K* 28 diffunditur *Brandt* finditur *Engelbrecht*

genera talis diuersitas, quod genera earum specierum quae sub se habent alias species, aequaeuis speciebus aequaliter sunt genera. hominem enim et equum, qui sub animali sunt, neutrum neutro possumus dicere prius ad tempus inchoationemque nascendi. nam si qua res una sit prior, altera posterior et eas sub unius cuiusque generis nomine quis uelit aptare, non poterit; genus enim speciebus suis aequaliter genus est. quodsi genus speciebus suis aequaliter genus est, species ipsae eius ordinis inter se aequali tempore ortuque censentur. at uero in generibus quae cognationes efficiunt, non ita est. quisquis enim fuit Capis pater, qui Capuam condidit, si solum filium Capin progenuit et ab uno Capuanorum cognatio iunctioque cuncta manauit, distat a genere cui species supponuntur, quod genus uni speciei genus numquam esse potest nisi pluribus. quod quoniam est idoneum genus illud, id est principium cognationum, etiam ab uno filio colligere et congregare cognationem,
p. 13 quod genus per species ductum facere non potest, nisi plu|res species supponantur, constat in hoc distare genus quod cognationem colligit, ab eo a quo species diuiduntur. potest autem distare in hoc etiam, quod genus, id est principium cognationis, potest habere sub se duos ex se non aequali temporis condicione progenitos, sed alium posterioris ortus, alium uero senioris, quod in generibus speciebusque non conuenit. nam, ut

1 quae *in* quas *mut. C* 2 alias *om. PRST* species *om. PT*, *s. l. Sm2* aequaliterque *Ga.c.* 4 possumus dicere *post* nascendi *P* *post* prius *add.* quantum *G*, *s. l. Sm2*, quantum pertinet *K edd.* inchoationemque] per inchoationem *C* 5 quae *T* fit *R* 7 aequaliter suis *C* 9 ordinis] oriri *FG* sese *K* 10 cognationem fatiunt *T* est *del. m2*, *add.* Quomodo *(minus cert.)* dicatur capua quod caput sit campaniae, sed a conditore capi qui eam condidit *m1T* 12 capim *G* uno] eo uno *edd.* cognatio iunctioque cuncta] *C* cognatio iunctaeio *(*eio *del.) K* cognatio iunctioque *GPS (ante et post* cognatio *ras.) T* cognatio cuncta *DF* iunccione *(*ne *del. et s. l.* que, *ut uid.)* cognatio cuncta *R* 13 distant *G* a *om. CGPRST* cuius *S* 14 esse numquam *GPS* esse non *T* 17 speciem *C* 19 ab eo] *CR* eo *F* eius *D* et *GKPST* a quo] quo *DF* 21 tempore *DPRS* condicioneue *P* uel *(s. l. m2)* condicione *S* 22 genitos *GS* 23 speciebus generibusque *GPST*

superius dictum est, species nisi sibi aequales fuerint, non merito, sed natura, sub genere poni non possunt.

14. His igitur expeditis sequitur:

Totiens igitur de genere dicto de postrema significatione inter philosophos disputatio est, quod definientes ita declarant —

Quod dicit totiens, tertio demonstrare uult atque hoc propter lucidam operis seriem admissum est, ut, quoniam genus plurimorum nomen est, omnis eius primum significatio diceretur, ut de qua disputandum esset, aliis reiectis eligeret. quod ait hoc modo: cum totiens, id est tertio, genus dicatur, apud philosophos, id est unde ipse tractaturus est, de postrema generis significatione quam dixit, id est de illo genere quod sub se species habet, disputatio consideratioque uertitur. at uero de superioribus generibus id est de cognatione et loco in quo quis genitus est, aut historicorum aut poetarum spectatio est, secundi uero generis rhetorum, tertii philosophorum consideratio est. etiam hic in disputationibus ordo est, quod, cum inciderit res quae multis possit nominibus nuncupari et de uno quoque eorum uocabulo tractari disserique, necesse est dici prius in ordinem omnia, ut id quod eligitur et reicitur distinguatur. sed illa quae reicienda atque explodenda sunt, prius dicantur, illud uero quod disserendum tractandumque

4—6] Porph. p. 2, 14 s.

1 nisi] si *F (corr. in mg.) KT* non—natura] merito et natura *F (corr. in mg.) K* 2 non *in mg. F, s. l. Sm2, om. KT* 3 expletis *(l s. l. m2) T* 4 dictum *P* 6 definitiones *D* *post* declarant *add. id lemma, quod est infra p. 40, 10—12, Cm1 in mg. et b r m, in C sic scriptum* genus est quod ad plures res specie distantes in eo quod quid sit praedicatur 7 atque] namque *T* 8 ammissum *Dm1R* 9 est nomen *C* 10 reiectis] *GSm1T(pr. i s. l.)* relictis *CDFKPR (ex* rectis*) Sm2* eligeretur *GKP* 12 id est *om. GK edd., ras. in S* tractatus *in ras. R* 13 significatione generis *KS* quam] quod *F* 15 generibus superioribus *GS* de *om. D* 16 spectatio] *F* expectatio *cett.* speculatio *Hilgard* 17 tertium *D* tertia *F* 19 incideret *P* 20 quocumque *CD (*quo *s. l. m1 ?) PS (*cũ *s. l. m2) T* 21 ordine *KP* 23 dicuntur *ST* tractandum disserendumque *P*

capitur, posterius nominetur, ut hic illa posterior generis significatio posita est, quam disserendam accepturus prius definiendam et termino quodam circumscribendam demonstrandamque suscepit. omnis enim res, nisi quid prius sit constiterit, eius tractatus uacuo modo speculationis habebitur. definit igitur sic: genus esse quod ad plures differentias specie distantes in eo quod quid sit praedicatur, uelut animal. quod definitionis talis est. omnia quae distant, habent inter se quandam differentiam qua distare et differre uideantur. porro autem si quid sit genus et sub eo species supponantur, duas uel plures necesse est species poni sub genere, quoniam unius speciei genus esse non potest. sed si plurimae species erunt, aliqua necesse est differentia diuidantur, aliter enim plures esse non possunt. nam si nihil distent, non erunt plures species et nomen generis perit. constat igitur eas sub genere poni species quae differentiis distributae plures numero ipsarum differentiarum diuisionibus componantur. ergo, quoniam superius dictum est in omnibus definitionibus a genere definitionis trahendum esse principium, si quam cuiuslibet speciem definire uolueris, genus primo necesse est nominabis et ad illam speciem quam definis, generis ipsius nomen prius aptabis. et hoc illam principaliter dicis esse, quod est illud genus sub quo ipsa species quam definis est posita. post autem differentiis propriisque eam ab aliis circumscriptione quadam definitionis

6—8] Porph. p. 2, 15—17. 17 superius] p. 11, 3 ss.

1 nominatur *ST* posterior illa *C* 4 nisi] non *F* quod *KSm1T* prius quid *GP* 5 uacuus *b m* 6 sic] *Ca.c.DR* genus *(s. l. C)* sic *Cp.c.FGPST* sic genus *K* esse] *C (cf. ad p. 39, 6) DPRST* est *FGK; Porph. p. 2, 15* γένος εἶναι λέγοντες ad plurimas *Gp.c. PST (cf. p. 41, 18. 22)* a pluribus *KGa.c.; Porph. p. 2, 16* κατὰ πλειόνων 7 uelut animal *om. G* 8 quod—est] *CDRTm1* quae *(s. l. Sm2)* definitio *(uel* diff-*)* talis est *FGKPSTm2* (diffinitio***, *er.* nis *uid.)* 10 quod *DFGKT* subpona*tur (n *er.) S* 12 sed] et *GSm2 (in ras)* 14 distant *G* 16 species poni *CGS* 17 ergo] et *C* 19 esse] est *DP* 21 ipsius *om. FK* prius nomen *GPST*

excludis. nam si dicis animal esse hominem, animal genus est, species uero homo. nomen igitur animalis, id est generis, de homine, id est specie, praedicasti, cum dixeris hominem esse animal. quodsi nomen generis in definitionibus ad unam speciem dicere posses, de ea nomen generis praedicares. species autem aequali modo generibus suis species sunt, nihil uetat, immo etiam necesse est semper quaecumque sunt genera, de sibi subiectis speciebus in definitionibus uel in quibuslibet interrogationibus praedicari. Sed quoniam praedicatur genus de speciebus, quomodo praedicetur agnoscendum est. nam si dixeris: quid est homo? et aliquis responderit animal, bene et integre respondisse ui|detur, et certe. nam cum tu quid sit p. 14
homo interrogaueris, ille respondit animal, genus scilicet de specie in eo quod quid sit species praedicauit. nam tu quid esset species interrogasti, ille uero in eo quod quid sit species quam interrogasti, animalis nomen, id est generis accommodauit. plena igitur et propria definitio facta est generis, 'hoc esse genus quod ad plurimas differentias specie distantes in eo quod quid sit appellatur, uelut animal'; animal enim ad hominem, equum, bouem, coruum, anguem et alia plura quae differentiis speciebusque differunt, in eo quod quid sit appellatur. sed utrum sic dixisset, genus esse quod ad plurimas species differentia distantes in eo quod quid sit praedicetur, an, sicut dixit, 'genus esse quod ad plurimas differentias specie distantes in

1 *ante alt.* animal *add.* sed *CDPRT* 3 *ante* specie *s. l.* de *P* 5 posset *CDm2* (possit *m1*) *PR* praedicaret *Cp.c.* (*in mg. corr.*) *DPRSm2 T*, *ante* de ea *add.* potes *et* praedicare *scr. Ca.c.Sm1* 6 autem] uero *GS* sint *FK* 8 *post.* in *om. CK* 12 respondere *GS* uidebitur *T* sit *om. F* 14 species *in mg. C*, *om. K* 15 in eo *om. C* 16 quam] quoniam *R* qui *Sm1* quem *m2* de qua *T* nomen] nomen (*in ras. m2*) tamen *S* uerum tamen *T* genus *Rm2* 17 hoc esse genus *om. D* 19 appellatur] praedicatur *C* praedicetur *K* 20 bouem—anguem *om. R* coruum *om. D* plurima *C* 22 species differentia] *CDGK* differentia species *PST* differentias (as *ex* is) specie *R* specie *ex* species, *om.* differentiae *F* 23 praedicatur *FT* praedicator *Ra.c.* an—praedicatur (*p. 42, 1*) *om. F* dixi *D*

eo quod quid sit praedicatur', nihil interest. nam siue differentiae specie distent siue species differentiis distent, utrumque idem est. nam siue rationale et inrationale, quae sunt differentiae, specie hominis uerbi gratia atque equi distent, siue species homo atque equus differentia rationali atque inrationali diuidantur et distent, nihil interest. quare plena perfectaque facta est generis definitio.

15. Sed definitiones duplicibus modis fiunt. una enim definitio est quae, sicut dictum est, a genere trahitur. sed quoniam sunt quaedam magis genera, quae super se genus aliud habere non possunt, ut sunt praedicamenta decem quae Aristoteles constituit, eorum igitur definitio quae haberi potest quorum genus inueniri non potest, quod omnium quaecumque sunt, ipsa sunt genera? horum ergo quos Graeci ὑπογραφικοὺς λόγους dicunt, Latini subscriptiuas rationes dicere possunt, reddemus. subscriptiuae autem rationes sunt demonstratiuae et quodammodo insignitiuae proprietatis illius rei quae cum ipsa generalissima sit et genus eius nullum reperiri possit, eam tamen definire necesse est. et Aristoteles, quoniam substantiam genus generalissimum definire uolebat et eius nullum genus poterat inuenire, proprietatem quandam et demonstrationem subscriptionemque ipsius rei dixit esse subiectum. substantia enim omnibus subiecta est. accidens enim, quod in nouem

19 ss. Aristoteles] cf. Metaph. VI 3 (p. 1029ᵃ 1 s.) μάλιστα—πρῶτον. (7—9) νῦν μὲν—τὰ ἄλλα. IV 8 (p. 1017ᵇ 23—26) συμβαίνει—τὸ εἶδος.

1 praedicetur *K* 2 species] specie *F* 3 differentia *DPSm1* 4 uerba *C* atque] et *P, item ante* equus 6 et] atque *T* 8 duplici modo *R* 10 quaedam *om. T* genera magis *GS* 11 illud, *in mg.* uel aliud *C* possint *P* 12 haberi] esse *T* 13 non potest inueniri *C* 14 harum *D* harum definitionum, *del.* definitionum *C* quos] *edd.* quas *codd.* ὑπογραφικοὺς] *Schepss* ΥΠΟΓΡΑΦΕΙΚΙCΑ *C (alt.* Α *er.) DR, sim. PST,* ΥΡΟΓΡΑΦΕC *F, sim. GK,* ὑπογραφοὺς *edd.* λόγους] *edd.* ΛΟΓΟC *uel sim. codd.* 15 Latini *om. F* superscriptiuas *D* dicere possunt *om. F* reddemus *in mg. C, om. R* 17 quae cum] quaecumque *S* 18 sit generalissima *C* sint *G* ea *Dm1K* 19 diffiniri *FKS* et] ut *G* 22 descriptionemque *FG* sub****iunctum *S*

diuiditur partes, praeter substantiam esse non potest. atque ideo omnia quaecumque definienda sunt, si genus non habeant, eorum subscriptiuam quandam et demonstratiuam rationem reddi necesse est. sic igitur nunc generis, quoniam rem ipsam definiendam putabat, non duxit a genere definitionem, sed dedit quandam generis demonstrationem proprietatemque. dico autem quod Porphyrius uel subalternorum generum uel illorum quae generalissima sunt, hanc dederit definitionem et quodammodo subscriptionem demonstrationemque. nam si quod genus habeat aliud genus et item hoc ipsum aliud et item aliud, si nullum erit supra genus quod genus non habeat, in infinitum procedit ratio. sin uero non habuerit, necesse est quoque istam definitionem apte ordinateque congruere. dico autem genus non animal homini atque equo, sed illud quo ipsum animal homini atque equo genus est. animal enim ipsum per sese nulli genus est neque homo ipsum per sese ulli species est neque equus ipsum per sese ulli species est, sed sunt genera et species ad alterius participationem. nam quoniam sub animali est equus atque homo, non ad se ipsum animal genus est, sed ad equum atque hominem. et item species quae uocantur, homo scilicet atque equus, non ad equum atque hominem, sed ad animal species sunt. dico igitur genus ⟨et species⟩ non ipsas substantias in quibus genus et species sunt, sed ipsam participationem priorum ad subteriores et subteriorum ad priores. haec igitur participatio quoniam et in magis

1 substantia *D* 2 quae *T* 3 rationalem *R* 4 generis] *Brandt* genus *CDGKRST edd., ante* nunc *F, om. P; cf. p. 44, 3 s.* 5 dixit *Dm1Ka.c.Sm1* quandam dedit *GS* 10 et item aliud *om. D* 11 non habeat genus *G* 12 si *F* non] *CR, om. cett.* est] erit *GS* 16 genus— ulli *(16) om. R* ipsum *ante* homo *P* ipse *C* ulli] *FSp.r.* ullis *K* nulli *C (in mg.) DGPSa.r.T, om. R* 17 neque equus—species est *in mg. C* ipsum *om. DF, ante* equus *P,* ipse *C in mg.* se *C in mg.* ulli] *ut 16, nisi quod* nulli *KRT* 19 genus est animal *GS* 20 equum] ipsum equum *D* 22 et species *add. b r m* 23 genus *om. KS* et genus *GT* 24 superiores *G* substeriores *et* substeriorum *K*

generibus et in magis speciebus et in subalternis generibus et in subalternis speciebus una atque eadem est et huius participationis inueniri genus non poterat, haec definitio generis quae facta est, non a genere tracta est, sed subscriptiua ratio et demonstratiua et designatiua quodammodo generis est reddita.

16. Hic Fabius: Subtiliter mehercule et quod numquam
p. 15 fere | ante haec audiuimus. sed perge, quaeso te. iam enim certant sidera quodammodo et nox luce superatur. — Tunc ego: Sequitur rerum omnium prima breuisque diuisio. ita enim ait:

Eorum quae dicuntur, alia ad unitatem dicuntur, sicut sunt omnia indiuidua, ut est Socrates et hic et illud, alia quae ad multitudinem, ut sunt genera ⟨et⟩ species et differentiae et propria et accidentia. haec enim communiter, non unius proprie appellationis sunt.

Breuis, ut supra dictum est, et distincta diuisio. omnis enim res aut unius rei nomen est aut plurimarum, et hoc est quod ait: eorum quae dicuntur, alia ad unitatem dicuntur, sicut sunt omnia indiuidua. quid autem sit, breuiter explicandum est. omne genus quoniam sub se

11—16] Porph. p. 2, 17—20.

1 *post.* in *om. C* 2 in *om. P, s. l. Cm2* est *om. D* 3 genus inueniri *GPST*(-re) 6 Hic—audiuimus *om. D* mehercule] *Brandt* mihercule *C (*h *s. l.) GPRSa.r.T* mihercle *FSp.r.* miercle *K* mehercle *edd. Schepss; cf. p. 20, 3* 7 antehac *b r m* 8 *post* sidera *add.* ad occasum *C* quodammodo sidera *PT* 9 omnium rerum *PT* 11 Horum *T* unitatem] *r m 1860. 1891* proprietatem *codd. et p b m 1847; cf. Porph. p. 2, 17* τὰ μὲν καθ' ἑνὸς λέγεται μόνου *et infra 19. p. 49, 17* 12 hoc *FGKSm2; cf. Porph. p. 2, 18* οὗτος *et infra p. 49, 18* 13 et *om. P* aliaque *(uel* alia que*) Dm2(*aliquae *m1) FG a.c.* 14 et *add. r; cf. Porph. p. 2, 19* τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη *et infra p. 49, 20* *post. et tert.* et *om. R* differentia *G* 15 proprie] *Schepss* propriae *GSm2 edd.* propria *CDFKRSm1T* propria** *(*et *er.) P; cf. Porph. p. 2, 20* ἰδίως *et infra p. 49, 21* 18 *pr.* est *om. C* 20 *post* indiuidua *add.* alia ad pluralitatem sicut sunt genera et species et differentiae *F* 21 quoniam *om. F*

species habet, species uero differentiis distinguuntur et proprietatibus explicantur — accidunt autem in speciebus accidentia secundo loco, principaliter uero in indiuiduis quae sunt sub speciebus. quid autem sit, posterius dicendum est —, genera igitur et de speciebus dicuntur et de differentiis, quae ipsas species distribuunt, et de propriis, quae species componunt, et de his accidentibus quae, cum principaliter in indiuiduis fuerint, in speciebus esse dicuntur. hoc autem monstremus exemplis. et sit nobis genus animal, sit species homo, sit differentia rationale, sit proprium risibile, sit accidens stans uel ambulans uel aliquid in mensura corporis, ut tripedalis. animal ergo, quod genus est, dicitur de specie, id est de homine; dicis enim hominem esse animal. porro autem de speciei differentia nihilo minus dicis genus; dicis enim rationale esse animal. nihil autem prohibet eodem modo et de proprio genus dicere. nam si dicas: quid est risibile? non absurdum est animal nominare. accidentia uero hoc modo principaliter in indiuiduis, secundo uero loco in speciebus sunt. nam si quis dicat ad singulos homines, ut puta Ciceronem, sedere uel stare uel quod aliud libet, in specie hominis eadem quoque conuenire necesse est. nam si Cicero sedet, sedet etiam homo, si Cicero ambulat, ambulat etiam homo. ergo si qua accidentia uenerint ab indiuiduis et ea tracta in speciebus consederint, ad ipsa quoque accidentia dici poterit genus. quid est enim ambulans, si quis interroget, merito animal dicitur. nihil enim ambulare nisi animal potest. porro autem sub speciebus indiuidua sunt, ut Cicero et Virgilius sub homine, atque de indi-

1 habent *G a. r. K* distinguuntur] *S (alt.* u *s. l.)* distinguntur *cett.* 5 igitur] autem *GSm2* *post.* de *om. D, s. l. K* 10 rationabile *Dm1* *post post.* sit *add.* autem *P* 11 quid *Dm1* 12 *post.* de *om. GPST* 13 enim *om. C* 17 in indiuiduis principaliter *C* 18 uero *om. F* 19 ad] *CDR om. cett.* 20 quod] *Ka.c.Tbrm* quid *cett.* libet aliud *GP* *post* libet *add.* accidens *CD* 21 *post.* sed ** *(*et *er.) F* sed *Rm1* 22 quae *C* qua* *F* 23 tractata *S* considerint *DR* cum sederint *F* considerent *T* 25 interrogat *R* 27 atque] at *P* ad quae *T* indiuidu***a *(*a *m2) T*

uiduo genus speciei praedicari potest. nam si interrogaueris, quid est Cicero, merito animal dicas. genus igitur et ad speciem et ad differentias et ad accidentia et ad propria et ad indiuidua nominatur. porro autem species non iam de genere neque de differentiis, sed de solis propriis et subiectis indiuiduis appellatur, in illis, id est indiuiduis, quia superest, in propriis uero, quia aequalis est. quid autem sit, hoc modo uideamus. omnia genera speciebus suis supersunt et abundant. abundare autem genera dicimus speciebus plus habere genera uirtutis quam species. homo enim quod est species, solum homo est, animal uero quod est genus, non solum homo est, sed et equus uel bos uel quod aliud libet animali supponere. ita maior uis generis recte de minori sibi et subiecta specie praedicatur. alia uero sunt quae sibi sunt paria, ut sunt propria et species. species est homo, proprium risibile. quicquid ergo fuerit risibile, hoc est homo, quicquid homo, hoc risibile. itaque neque risibile hominis neque homo risibilis potentiam superuadit, sed aequalia sibi ad se inuicem praedicari possunt, ut dicas: quid est homo? risibile; quid est risibile? homo.
p. 16 ita igitur quaecumque supe|riora fuerint, ad illa quae subteriora sunt, praedicantur et quaecumque aequalia fuerint, aequaliter sibi ad ⟨se⟩ inuicem praedicantur. illa uero quae subteriora sunt et minora, de superioribus et abundantibus, ut sunt genera et species — genera enim abundantia, species minores — praedicari non possunt. numquam enim recte speciem de genere

2 dicis *D* (ci *in ras.*) *FGSm2* 3 *pr.* ad *om. FGS, s. l. K* 7 aequalis est] *b r m* aequale *codd.* 12 et] et uel *DRT* etiam uel *C* quod libet aliud *FGK* *ad* supponere *s l* scil. potes *Dm2,* supponere potest *CR* subpositum *G* 16 hoc est *om. D, in ras. Tm2* quicquid—risibile *(om.* hoc*) s. l. m2,* itaque—*post.* homo *(19) om. T* *post.* hoc *s. l. FR* 17 ita *D* *pr.* nec *C* 18 sed] sed et *P* 19 *post* ut *add.* si *FG, s. l. Sm2* 20 fuerint—sunt *s. l. Sm2* 21 sunt *s. l. Cm2* 22 aequaliter] pariter *T b r m* ad *om. GKPST edd. Schepss* se *add. Brandt, cf. 18* 23 *post* abundantibus *add.* non possunt praedicari *C* 24 enim *om. DPRT, s. l. Sm2* habundanciora *P, post* abundantia *add.* sunt *FG, s. l. Sm2*

praedicabis. ita ergo species de proprio praedicatur ut pari. sed quoniam sub speciebus singillatim indiuidua sunt — indiuidua autem uocamus quae in nullas species neque in aliquas iam alias partes diuidi possunt, ut est Cato uel Plato uel Cicero et quicquid hominum singulorum est; hos enim in nullis partibus diuidis, ut animal in species, hominem scilicet atque equum, hominem ipsum specialem et singulos circumplectentem in Catonem, Platonem, Virgilium et omnes singillatim homines distributos; hominem uero ipsum singulum, id est Ciceronem, in nullos alios distribuere possumus atque ideo ἄτομον, id est indiuiduum, uocitatum est —. species ergo, quae ad propria aequaliter praedicatur, ad indiuidua, quoniam maior est species hominis quam quodlibet indiuiduum, ita praedicatur, ut superius ad id quod est subterius. Cicero enim solus Cicero est, homo autem non solum est Cicero, quod si ad indiuidua praedicatur, et ad indiuiduorum accidentia praedicabitur. ita igitur species ad genus eo quod superius est, non praedicatur neque ad differentiam, quia differentia, ut nunc monstraturi sumus, super speciem est, ad proprium uero, cui par est, uel ad indiuiduum, cui superest, praedicatur. differentia uero et ad species et ad propria et ad indiuidua praedicatur. namque rationale, quod est differentia, ad hominem praedicatur, quod est species. item rationale, id

1 par *KR* par sit *C* de *(add. m2)* pari *D* 3 in nullas] in ullas *G* non in ullas *Dm2 (*non in illis *m1) FK* in aliquas—partes] in alias partes *Sm1, s. l.* qui iam alias *m2* iam alias] etiam *G* 4 possint *Dm2* uel plato *post* cicero *C* cato *(in ras.)* uel tito, *om.* uel Plato *R* 5 et] uel *S* ullis *F* 6 partibus] aliis partibus *R* partibus aliis *C* *post* hominem *add.* quoque *FGKP, s. l. Sm2* 7 ipsum hominem *C* ipsum] uero *R* 8 platonem uirgilium catonem *K* Platonem] titotem, *om.* Virgilium *R* singulatim *DS* 11 ἄτομον] *b r m* athomon *GPST* athomum *cett.* 12 *post.* ad] et ad *FK* ** ad *C* esse ad *R* 13 hominis species *C* 14 est *s. l. Cm2* superius *Sm1* inferius *C* 15 solum] solus *FGKST* 16 et *om. D* 17 praedicatur *CDR* eo *om. CDR* 18 est *om. DKST* sit *FG, s. l. Sm2* 20 *ante* uel *add.* ad speciem *T* 21 *pr.* et *om. C* 23 id] quod *GS*

est differentia, praedicatur ad risibile, id est proprium. dicitur enim id esse risibile, quod rationale. nam si homo rationale et homo risibile, constat id quod est risibile, etiam rationale posse nominari. quodsi ad species differentia dicitur, species autem ad indiuidua praedicatur, necesse est ut differentia quoque ad indiuidua praedicetur. dicis enim: qualis est Cicero? rationalis. quodsi differentia ad indiuidua praedicatur, accidentia uero in indiuiduis accidunt, necesse est differentias et ad accidentia praedicari. proprium uero quoniam semper unius speciei proprium est, et ad unam speciem praedicatur solam, cuius est proprium. risibile namque, quod proprium est, ad solam hominis speciem praedicatur. quod si ad hominis speciem praedicatur, species uero ad indiuidua dicitur, non est dubium quin proprium quoque de indiuiduis praedicetur. nam si homo risibile animal est, Cicero quoque et Virgilius risibilia animalia recte dicuntur. quodsi proprium ad indiuidua recte dicitur, recte etiam et de accidentibus praedicatur quae in ipsis accidunt indiuiduis. accidentia uero ipsa et de speciebus et de aliis omnibus praedicantur et de ipsis maxime indiuiduis. namque et albus equus et albus homo dicitur et iterum niger equus et niger Aethiops. quod si ita est, animal quoque nigrum dicitur. dicitur etiam rationale nigrum et inrationale nigrum, quippe si equus et homo Aethiops nigri sunt. dicitur etiam risibile nigrum, cum homo quis niger fuerit. dicitur etiam indiuiduum nigrum, cum quis unus homo ex Aethiopia nominatur. quod cum ita sit, constat genus ad plurima praedicari, id est

2 id risibile esse *C* risibile id esse *P* esse *del. Tm2* *pr.* rationale] rationale est *C* *post.* rationale] rationale est *T* 3 *pr.* risibile] risibile est *FR* constet *D* 5 praedicetur *Ka.c.S* 8 in *om. CDFKST, cf. p. 50, 19* et *om. DFGKR* 10 et *om. F, s. l. Tm2* solam—praedicatur *(12) om. P* 12 *post.* praedicatur speciem *F* 13 uero] autem *C* dicitur] praedicatur *T* 17 in *om. CDFGKS* 18 *ante* ipsa *add.* et *CDPRT, er. uid. S* 20 homo albus *F* 23 sint *T* *ante* Aethiops *add.* et *CDR* 24 *post* etiam *add.* et *F* 25 cum] *FGK (s. l.)* cum si *CDPRT* cum sic *S (*sic *del. m2) edd.* quod] quid *C* 26 sit] est *C* *ante* genus *add.* et *DRST*

speciem, differentias, accidentia propriaque et indiuidua, nihilo minus et differentiam ad plurima praedicari, id est ad speciem, propria, indiuidua et accidentia, et proprium ad plurima, id est speciem, indiuidua et accidentia, et speciem ad plurima, id est ⟨proprium,⟩ indiuidua et accidentia, accidens uero et ad genus et ad speciem et ad proprium et ad differentiam et ad indiuidua. quod si ita est, has quinque res constat ad plurima praedicari. at uero indiuiduum quoniam sub se nihil habet, ad singularitatem quandam et unitatem praedicatur. Cicero enim unus est et ad unum nomen istud aptatur. ita indiuidua quae ad unitatem dicuntur, cunctis superioribus supposita sunt, ut genus, species, differentia, propria uel accidentia, quamuis ad se inuicem dici possunt, ad indiuidua tamen aequaliter praedicantur, ut superius demonstratum est. indiuidua uero quoniam sub se nihil ha|bent p. 17 ubi secari distribuique possint, ad nihil aliud praedicantur nisi ad se ipsa, quae singula atque una sunt. atque hoc est quod ait: eorum quae dicuntur, alia ad unitatem dicuntur, sicut omnia indiuidua, ut est Socrates et hic et illud, alia quae ad multitudinem, ut sunt genera et species et differentiae et propria et accidentia. haec enim communiter, non unius proprie appellationis sunt. simile est ac si diceret: haec enim communiter ad plurima praedicantur, non ad unitatem sicut indiuidua. et quid sint genera uel species uel differentiae uel propria

1 species *edd.*, ad speciem *T* ad speciem ad differentiam ad accidentia *C* differentiam *K* propria *G* et *om. DFGRT, s. l. Sm2* indiuiduaque *G* 2 differentias *FGK* *post.* ad *om. D* species *brm* 3 propria] ad propria *C* indiuidua] ad indiuidua *CDPRSm1* 4 speciem] ad speciem *CPR* indiuidua] ad indiuidua *PR* 5 proprium *add. Hilgard* 8 quoniam] quod *D* 9 unitatem] ueritatem *D* 11 *ad* ut *s. l.* uel ad *Dm2,* ut sunt *G* 13 possint *PR* ad] et ad *P* praedicentur *PSm1Tm2* 14 quoniam *om. P* nihil sub se *F* 15 possunt *D* 18 sicuti *CK* *pr.* et *om. GPS* hoc *F (in ras.) Sm2T* 20 *pr.* et *om. GPST* differentia *CKPRS* 21 enim] igitur *T* non unius —communiter *(22) om. D* proprie] *Schepss* propriae *codd.; cf. p. 44, 15* 24 sunt *C (ras. corr.) FSm1* genera sint *G* differentiae] *T* differentia *cett.*

uel accidentia, exemplum supponit dicens: est enim genus, ut animal, species, ut homo — quam dudum hominis speciem cum aliis animantibus sub animali posuimus —, differentia, ut rationale — qua species scilicet hominis ab inrationali distat animali —, proprium, ut risibile, quod nullum aliud animal neque rationale neque inrationale habet. nullum enim animal ridet nisi solus homo. quare, cum quaedam caelestium potestatum animalia rationabilia sint, eorum tamen proprium risibile non est, quoniam non rident. recte igitur risibile solius hominis proprium praedicatur. accidens ⟨,ut⟩ album, nigrum et sedere: quia ista in substantia hominum non sunt, merito accidentia uocantur. nam si substantiae cuiuscumque speciei inesset id quod accidens dicimus, interempto accidenti periret etiam eius speciei substantia cui accidit. nam quoniam rationale in hominis substantia est, si rationabilitas interimatur, hominis quoque substantia necessario peritura est idcirco, quod in ipsius speciei substantia naturaque uersatur. at uero nigrum et album uel quaecumque sunt accidentia si interimas, species ipsa in qua illa accidebant, manet. nam neque omnis homo candidus neque omnis niger est, et cui alterutra defuerint, eius species non peribit. atque idcirco haec accidentia, ueluti non innata in substantia, sed a foris uenientia, recte nominata sunt.

17. Nunc ergo, quoniam quid sit genus ostendit et ea quae

1—11] Porph. p. 2, 20—22.

1 superponit *P* 2 *post.* ut *om. C* 3 aliis] ceteris *T* 4 ut *om. GST* 5 irrationabili *P* 6 aliud *om. D* 7 enim *om. D* 8 rationalia *DT* 10 hominis solius *C* ut *add. Hilgard; Porph.* οἷον 11 et *om. C* quia ista] quia *F* quia (quae *T*) ista (iste *S*) quoniam *ST* non sunt hominum *C* 12 sunt *in ras. Sm2, post* sunt *add.* sed a foris uenientia *(ex 22) F* substantia *GS, ante* subst. *s. l.* in *add. Sm2* 14 accidente *CGR* 15 in *s. l. Cm2* est *om. D* rationalitas *PSm1T* rationale *G* 16 interimantur *F* 17 quod] quoniam *K* 18 uersantur *Dm1* album et nigrum *G* et] uel *ST* 19 ipsae *Dm2* manent *D* permanet *T* 20 *pr.* neque *ex* que *Dm2* 21 fuerint *D* eius] et eius *CRST* ei *P* 24 ergo] autem *FK*

ad unitatem dicuntur, ab his quae de plurimis praedicantur distinxit atque distribuit, ipsius generis differentias uel ab his quae ad unitatem dicuntur uel ab eis quae ad pluralitatem congruunt, id est differentia, specie, proprio accidentique, declarat et dicit genus ab illis quae ad sola indiuidua praedicantur, id est quae ad unitatem, hoc differre, quod genus ad plurima praedicetur, indiuidua uero ad singula. sed quoniam haec differentia generis ad indiuidua communis erat differentiis speciebusque, propriis et accidentibus, ab illis ipsis aliis differentiis genus diuidit atque disiungit. quod ita demonstrat:

Ab his igitur quae ad unitatem dicuntur, differt genus, quod genus est hoc quod de plurimis praedicatur. ab his uero reliquis genus differt, primo ab specie, quoniam species etsi de pluribus, non tamen specie differentibus, sed numero praedicatur.

Ac primum generis specieique distantiam monstrat, quae propior est generi. nam quamuis differentia super speciem sit, super speciem specialissimam differentia ponitur. nam quamuis rationalis differentia super hominem ponatur, quae species specialissima est, tamen ante speciem specialis-

11—16] Porph. p. 2, 22—26; ad 13—16 cf. infra p. 53, 16—19.

1 *ante* ab *add.* uel *C (er.) KT* hiis *F, item 2. 11 al.,* eis *T* quae de—uel *(s. l. m2)* ab his *in sup. mg. Cm1?* pluribus *FGPS* 3 quae—ab eis *in sup. mg. Cm2* his *Dm1GPR* quae *om. D* pluritatem *CDR* 4 accidenteque *C* 5 declarant *F* 6 quae *om. GP* hoc] in hoc *C* 8 *post* differentia *add.* uero *D* 9 speciebus *K* speciebusque—differentiis *om. R* 10 distinguit *D* *ante* demonstrat *add.* meminit atque *T* 11 differre *K* 12 hoc quod *om. P* de *om. D* pluribus *FP* 13 uero] *p. 53, 16* ergo *CDFGKPRS* igitur *T* genus *om. T, post* differt *C* 14 a *D* 18 propior] proprior *CT* propriorum *R* prior *cett.* genere *T* a genere *FK* nam—ponitur *om. DP, del. Sm2* differentia—sit] generis propria species sit *F* 19 *post* sit *add.* sed *ST* tamen *F* non super subalterna *(*subalternam *brm)* sed *(*tamen, sed *edd.) CR edd.; fort. post* specialissimam *excidit* tantum 21 est specialissima *C*

simam ipsa differentia species est eius generis, cui species specialissima supponitur; nam sub animali ante hominem rationale ponitur. igitur cum genus et species utraque ad plurima praedicentur, genus uero ad plurimas species in eo quod quid sit praedicetur, species non iam ad plurimas species, sed ad plurima indiuidua praedicatur. sunt autem quaedam genera generalissima, ut dictum est, supra quae aliud genus inueniri non possit. sunt autem species sub quibus alia species inueniri non possit, et integra species illa nominatur quae numquam genus est, id est sub qua species nullae sunt. nam si sub ea species essent, ipsa etiam genus esse posset. species ergo quae uere species est, alias sub se species non habebit, ut est homo. namque homo quoniam species est, singuli homi-
p. 18 nes qui sub ipso sunt, non eius spe|cies, sed indiuidua nominantur. nam si homo genus esset hominum singulorum, genus autem, sicut dictum est, ad plurimas res specie differentes in eo quod quid sit appellatur, homo, id est species, si sicut genus praedicaretur ad singulos homines, singuli homines specie ipsa differrent. sed quia singuli homines specie non differunt, quod autem specie non differt, si quid ad hoc praedicatum fuerit, non praedicatur ut genus ad species, id est homo non praedicatur ad singulos homines ut genus ad res plurimas specie differentes, quid igitur? ad res plurimas numero differentes;

1 est. species *F* eius generis, cui] generis *(ex* generi *Sm2)* eius cui *GS* eius cui *(*cui *in ras.)* generis *F* cuius *T* 5 praedicetur] *Schepss* praedicatur *codd. et edd.* non *s. l. m2,* iam *om. D* 6 praedicantur *C (*n *s. l.) R* 7 genera *om. KP* genus aliud *GS* 8 autem] etiam *T* aliae *T* 9 inuenire *Fa. c. S* possint *T* 12 species sub se *GS* 16 specie differentes] species distantes *R* 17 si sicut] sed sicut *in ras. R* sicut *(om.* si*) DPST* 18 praedicatur *Pa.c.S* praedicarent *K* ad] et ad *GS* singuli—homines *(19) in mg. Dm2* 19 singuli sed quia *(ex* qui *m2) S* quia *post* singuli *P* specie] specie ipsa *T* 20 **quid *C* ad haec *DGR* adhuc *K* *ante* fuerit *er.* non *uid., post add. in mg.* non praedicantur ut genus ad species id est homo ad singulos homines *P* 21 ad species—ut genus *om. P* ad singulos homines non praedicatur *GST* 23 quid igitur] sed *C* quod igitur *Dm1*

singuli enim homines numero a se tantum, non specie distant. atque ideo, quoniam genus sic ad subiecta praedicatur, ut ad plurimas res specie differentes praedicetur, species autem ad subiecta ita praedicatur, ut ad plurimas res numero differentes praedicetur, genus in hoc ab specie distat, quoniam genus ad plurimas res specie differentes praedicatur, species autem ad plurimas res numero differentes dicitur. congruunt ergo sibi genus et species, quod genus et species ad plurima praedicantur et utraque in eo quod quid sit. nam si interroges: quid est Cicero? animal dicitur. id est genus. et si interroges: quid est Cicero? homo dicitur, id est species. distant autem, quod quamuis utraque ad plurima praedicentur et in eo quod quid sit, genus praedicatur ad res specie differentes, species uero dicitur ad res tantum numero differentes. quod Porphyrius sic demonstrat:

Ab his uero reliquis quae de pluribus appellantur, genus differt, primo ab specie, quoniam species etsi de pluribus praedicatur, non tamen specie differentibus, sed numero. homo enim species cum sit, de Socrate, Platone, Cicerone praedicatur, qui non specie, sed numero differunt, animal uero, quod genus est, et bouis et equi praedicatio est, quae etiam differunt specie a se inuicem, non numero solo.

16—24] Porph. p. 2, 24—3, 1; ad 16—19 cf. supra p. 51, 13—16.

2 sicut *Sm2* 5 *post* genus *add.* uero *R* ab *om. T* a *G* quoniam] quod *GPST* 6 praedicatur] dicitur *D* 7 congruerunt *KS* ergo] igitur *T* 8 *post.* genus et species *om. G* 10 Cicero] homo *brm* et *om. K* si] si item *GPS* 13 *post* sit *add.* praedicentur *F* *post* genus *add.* tamen *F* species *D* 14 dicitur *om. FT* 16 uero] ergo *G* 17 primum *T* a *G* 18 plurimis *T* praedicantur *CKR* 20 *ante* Cicerone *add.* et *GKPS* 23 etiam] *Brandt* ita *CDGPR* ista *T, om. FKS; Porph. p. 2, 28* οἳ διαφέρουσι καὶ τῷ εἴδει ἀλλήλων 24 numero solo] in numero solo *GR* in solo numero *S*

Quod simile est ac si diceret genus ab specie unam differentiam plus habere. congruunt namque genera speciebus, quod utraque in eo quod quid sit praedicantur, ut dictum est. congruit item et genus et species, quod utraque ad res plurimas praedicantur. congruit item genus ad species, quod utraque ad res numero differentes praedicantur. nam et singuli homines ita a se diuisi sunt, quantum ad numerum, ut homo ab equo uel a boue uel a coruo uel a quibuslibet aliis animantibus. at uero distat ab specie genus, quod genus de pluribus rebus specie differentibus praedicatur, quod species non habet. nihil autem differre arbitrator, utrum ita dicatur 'aliam rem ad aliam praedicari' an 'aliam de alia praedicari'. utrumque enim idem intellectus est. nam si animal praedicatur ad hominem, idem etiam animal de homine praedicatur. nam cum interrogaueris: quid est homo? respondeas de hominis interrogatione hominem esse animal.

18. Sed nunc oportet nos ea quae secuntur aspicere. quid ergo sequitur?

A proprio autem genus differt, quod proprium iuxta unam quamque speciem proprium appellatur cuius est proprium, et iuxta ea quae sub specie sunt, scilicet indiuidua; namque risibile hominis solum est et singulorum utique hominum. genus autem non ad unam speciem, sed ad plures differentes semper aptatur.

19—25] Porph. p. 3, 1—5.

1 a *T* unã differentiã *(utrumque ~ m2) D* 3 predicentur *P* 4 congruunt *DFTm1* *pr.* et *om. KPR, s. l. G* plurimas res *GS* 5 congruunt *T* item] item et *P* ad] et *DGPST* utraeque *T* 8 animalibus *GPS* 9 genus ab specie *GKP* 11 arbitrator] *D* arbitratur *C* arbitretur *KR* arbitrare *PST* arbitrere *F* arbitror *G* rem *om. T* ab alia *T* 12 praedicari *om. D* aliam] aliam rem *DGPST* alia] alia re *GR (*re *er.)* utrumque] *Cm2DF* utrum *Cm1PR* uterque *GKST* 13 praedicetur *R* 14 interrogaris *DFPSm1* 15 respondes *GST* 19 differt genus *GPST* propriam *GS* 22 indiuidua scilicet *T* hominum *P* solius *GS*

Ergo hoc uidetur hic dicere, quoniam omne proprium si fuerit speciei unius, tunc uere est proprium. nam si unius speciei non fuerit, sed duarum uel plurium, tunc duabus uel pluribus non proprium, sed erit in substantiae ratione commune. constat ergo proprium ei cuius est proprium soli speciei singulariter adhaerere. unde quia hominis species sola est quae ridet, risibile homini proprie et singulariter aptatur. ad unam semper igitur speciem proprietas adhibetur. distat igitur proprium a genere, quod genus semper ad plurimas species appellatur, proprium uero de una tantum | specie cuius est proprium. p. 19 nam si risibile dicas, ad unam tantum speciem hominis appellatur. congruit autem genus cum proprio in hoc, quod genus et proprium de pluribus appellantur. namque genus ad plures species appellatur, appellatur etiam genus de his quae sub specie sunt indiuiduis. nam si homo et equus animal est, erit etiam Cicero animal et quilibet equus singulariter animal nominatur. similiter et proprium ad plurima dicitur. dicitur enim ad unam quamque speciem et ad ea indiuidua quae sunt sub specie praedicatur. nam si homo risibilis est, risibilis est etiam Cicero et Virgilius, et quicumque singulariter nominantur, risibiles sunt. congruunt etiam, quoniam utraque in eo quod quid sit praedicantur. nam genus de specie in eo quod quid sit praedicatur. nam si dicis: quid est homo? animal appellabis. item proprium in eo quod quid sit praedicatur. nam

1 hoc *er. G, s. l. Sm2* hic] hoc *G, om. K* quoniam] quod *GT* quia *K* 2 fuerit unius speciei *C* unius fuerit speciei *GPST* est *om. R, s. l. Cm2* 3 plurimarum *G* duabus] *KSm2* duobus *cett.* 4 in *add. Dm2* 5 ergo] igitur *C* ei** *(us er.) S* eius *GT* 6 quia] quoniam *GST* 7 rideat *GST* proprio *D* 8 igitur semper *P post.* igitur] uero *R* 9 quod] quoniam *G* 10 *pr.* proprium—appellatur *om. R* specie *om. C, in ras. F* 11 nam si] nisi *Dm1* nam *Sm1T* *ante* hominis *add.* id est *DFGPST* 13 appellatur *DFGKPRa.c.ST* 14 etiam] etiam et *C* 16 etiam *s. l. P, om. R* nominatur animal *P* 19 sub *s. l. D, om. R* 20 etiam *om. C* quaecumque *C* nominantur singulariter *GS* 21 sunt *om. G* 22 praedicatur *Da.c.K* de specie *post* sit *C* 23 dicis] quis dicat *G* 24 in eo *add. Dm2*

si dicis: quid est homo? merito risibile praedicabis. congruunt autem, quod genus et proprium ad plurimas res numero differentes praedicantur. nam ita a se differunt singula animalia, id est homo, equus et coruus et cetera, ut singuli homines, quantum ad numerum. distat autem a genere, quod genus ad plurimas species praedicatur, proprium uero ad unam solam cuius est proprium nominatur. sed non est inter genus et proprium eadem differentia, quae est inter speciem et genus. nam species de nulla omnino specie praedicatur, proprium uero licet non ad plures, ad unam tamen solam speciem, cuius est proprium, semper aptabitur.

19. Post hoc igitur de differentiae accidentisque a genere distantia disserit dicens:

A differentia uero et ab accidentibus differt genus, quoniam etsi etiam ista de pluribus specie differentibus praedicantur, differentiae scilicet et accidentia quae communiter accidunt, non tamen in eo quod quid sit praedicantur, cum interrogantibus nobis fit secundum ea responsio: magis enim quale quid sit ostendunt.

Differentiam uero et accidens idcirco posterius reseruauit, quod eorum unam differentiam erat distantiamque dicturus. differentia enim et accidens qualitatem cuiuscumque speciei demonstrant, illa substantiae qualitatem, id est differentia, illud,

14—20] Porph. p. 3, 5—10.

1 dicas *GS* 2 autem] etiam *Hilgard* 4 et cetera singuli *T* et *(del., ut Pm2)* ceteri singuli *DPRS* sicut et ceteri singuli *C* 7 inter genus est et *(*et *s. l.) C* proprium et genus *GPST* 8 species *GS* 9 omnino] animo *Sm1* alia *m2G* 11 proprium est *G* semper *om. C* aptatur *CGPST* 12 haec *T edd.* de *om. GKT* differentia *ST* 13 distantiam *GPm2* disseret *Sm1T* 14 ab *om. P* genus *om. CDPR, s. l. Sm2* 15 etsi] si *GPSm1* 16 differentia *CDPRS (ex* -as*); Porph. p. 3, 7 αἱ διαφοραί* 17 tantum *D* 18 fit] sit *DFS* 19 eam responsionem *S* enim] autem *P* 20 ostendit *KPa.c.* 21 Differentia *Cm1KSm1T* 23 enim] uero *C* cuiusque *FGKS* 24 demonstrat *PST* differentiam *DP* illud, id est] *FG* illud est *DPRST* illud autem est *C* illud *K*

id est accidens, non substantiae. ergo quoniam genus super speciem est et species supposita generi, genus speciem, species indiuiduum quid sit ostendit. porro autem solae possunt species differentiae segregare quae qualitatibus eas substantialibus, id est substantias declarantibus, seiungunt atque dispertiunt. nam cum animal genus sit, homo uero uel equus species, quales utraeque species sint monstrat differentiae segregatio, ut dicamus speciem esse hominis rationalem, speciem uero equi inrationalem. si enim quis interroget: quid est homo? animal dicitur. si autem quis dicat: qualis est homo? rationalis respondetur. ita semper differentia non in eo quod quid sit, sed in eo quod quale sit appellatur. de accidenti uero non dubium est, cum ipsa qualitas in accidentis partibus componatur. namque in praedicamentis inter alias nouem partes accidentis etiam qualitas nominatur. nam etiam si quis interroget qualis corui species sit, nigra continuo respondetur. congruunt ergo genera differentiis et accidentibus, quod de speciebus pluribus praedicantur. nam sicut genus plures sub se species habet, ita differentia. nam rationale dicimus deum et hominem. rursus etiam accidens de pluribus speciebus praedicatur. nam nigrum dicimus et hominem et equum et coruum et hebenum et plurimas alias species. rursus congruit genus differentiae, quod, sicut genus, sic differentia aequaliter ad indiuiduum praedicatur. nam si Cicero animal est, quod est genus, et rationale animal est. quod est differentia. congruunt etiam, quod de numero differentibus praedicantur, quod

9—16] Porph. p. 3, 10—14.

1 substantia *CDR* 3 solae] sole *K* sola *CDPRSm1T* solas *FGSm2* 4 differentia *CDPRSm1T* segregari *CDPRT* disgregare *K* quae *om. R* quae ab *P* et *S* eas *om. C* ea *K* enim *T* 5 seiunguntur *C* dispertiuntur *CDR* disperdunt *P* 7 sint species *CK* 8 rationale *P* 9 inrationale *TPm2* ut rationale *m1* quis *post* interroget *G* 11 rationabilis *P* 13 accidentium *C* 14 ponatur *C* 15 *post.* etiam *om. CKR, post* si *P* 17 quae *C* 18 sub se plures species *GPST* 19 ita] ita et *D* rationalem *CPSm2* 20 et *om. C* rursum *P* 22 ebenum *K* 25 *pr.* est *om. D, s. l. Sm2* 26 etiam] autem *R*

superius de aliis monstratum est. distant autem quod, sicut p. 20 dictum est, genus in eo quod|quid sit appellatur, differentia uero uel accidentia in eo quod quale sit praedicantur. nam si dicas: quid est homo? appellabis genus et dicis animal esse hominem, si uero qualis sit ad differentiam interrogaueris, rationale respondebis, uel ⟨ad⟩ accidens, nigrum uel album uel qualis quisque sit de quo interrogatur. His igitur distributis distantias ipsas a primordio rursus orditur dicens:

Unde hoc quod de pluribus praedicatur genus distat ab his quae de singulis praedicantur, hoc est ab indiuiduis; illo quod de specie differentibus praedicatur, distat ab speciebus et a propriis; illo etiam in quo quid sit appellatur, secernitur a differentiis et a communiter accidentibus, quod haec duo quale quid sit declarant.

Hoc dicit distare genus ab indiuiduis, quod genus de pluribus, ut dictum est, praedicatur. colligit autem et in unum redigit proprii specieique differentias. nam quoniam species de pluribus non specie, sed numero differentibus praedicatur, proprium uero de una tantum specie et de his quae sub eadem specie sunt indiuiduis praedicatur, quamuis de una specie praedicetur, tamen aequa est illi cum specie a genere differentia de pluribus specie differentibus non praedicari. nam neque species omnino de speciebus aliquibus poterit praedicari

9—15] Porph. p. 3, 14—19.

1 monstratum est de aliis *F* demonstratum *K* distat *DGPRS* 2 differentiae *GSm2* 3 praedicatur *Ca.c.Ga.c.K* 4 dicis] dices *m1860* 6 rationalem *CD (in er.) FKP* rationalis *GRSm2* respondit *R* respondeo *G* respondeam *P (ex* -as*) T* responde*t *S* ⟨ad⟩ accidens, nigrum] *Brandt* accidens nigrum *codd. edd.* 7 quo *om. F* 8 rursus *om. G, s. l. P, del. Sm2* 10 hiis *F* iis *G* is *K* hoc] id *R* 11 illo—propriis *in sup. mg. Dm2* illud *D (m2) R* 12 ab] a *KPR* a *om. GST* illud *DR* etiam] enim *CDR* 14 a *om. RT* iam *D* 16 ut dictum est de pluribus *F* 19 praedicantur *CFK* 20 hiis *F* is *K* 21 specie *om. CDR* *post* quamuis *add.* enim *D* 23 specie] numero *CR* non *om. CDR, s. l. P* 24 aliquid *F*

neque proprium, quoniam proprium non de pluribus speciebus, sed de una tantum cuius est specie praedicatur. quod si ita est, una differentia a genere species et propria seiunguntur. accidens uero et differentia eadem quoque una a genere differentia separantur, quod genus in eo quod quid sit dicitur, differentia uero uel accidentia in eo quod quale appellantur.

20. Has Porphyrius ad constituendam generis rationem differentias quam parcissime potest colligit et ipsas differentias multis modis posterius probaturus, nunc uero quantum sat est dicit se ⟨neque deminutam neque⟩ abundantem generis constituisse rationem hoc dicens:

Hoc si ita est, nullo minus aut plus effecta est generis definitio.

Perfectam plenamque se generis definitionem fecisse dicit, quoniam neque plus neque minus facta sit definitio, sed aequaliter ad genus pariterque composita. quod unde sit, hoc modo monstrandum est. nouimus quod quaedam res quae ad alia praedicantur, his de quibus praedicantur, abundant, ut genera et species. namque animal, quod genus est, de homine, quod est species, hoc abundat, quod nomen generis etiam in equum atque bouem atque in alia ualet aptari. ergo si quis ad quamlibet rem abundantem fecerit maioremque definitionem quam ipsa res fuerit quam definit, non erit integra propriaque definitio, quoniam non solum illam rem amplectitur quam definit,

12 s.] Porph. p. 3, 19 s.

2 specie] proprium specie *C* proprium *GS* 4 eadem] in eadem *D* a genere una *GPS* 6 qualis *GP, post add.* sit *GPS* est *C* 7 construendam *GK* contuendam *G (in mg.) DR* 9 probaturus posterius *GPS* 10 se] sed *D, in ras. R* *loc. expleuit Brandt; cf. p. 60, 18. Ed. sec. II 8* superfluum . . deminutum *et Addenda* generis *post* rationem *GS* constituens *P* 12 nullo] nullo modo *FGK; cf. Boeth. in Arist.* π. ἑρμ. *II 499, 22 M.* 14 dicit *post* se, *om. post* fecisse *C* 16 pariliterque *bm* unde] quale *GPS* quales *K, ad* unde *(del. Cm2) s. l. add.* quale *Cm2Dm2* 17 demonstrandum *C* 20 hoc] *DRT* in hoc *C, om. FGKPS, fort. recte* abundant *FRT (ex* -at *m1?)* 21 bouem] in bouem *PT* quamlibet] aliquam *GS* 22 abundanter *R* 23 quam *om. DRT, del. Cm1?* erit *post* propriaque *GS* 24 solam *DGKS* complectitur *GS* definit *om. F*

si maior fuerit definitio, sed etiam alias quascumque res, quibus ipsius definitionis terminus abundabit. maiorum igitur praedicamentorum maior erit definitio, minorum uero minor erit etiam definitio. animal ergo. quod maius est, ita definiunt: animal est substantia animata sensibilis, hominem uero, quod ab animali minus est, ita definiunt: animal rationale, mortale, risus et disciplinae perceptibile. quoniam maius est animal ab homine. maior etiam erit animalis definitio ab hominis definitione. plus enim erit dicere 'substantia animata sensibilis' quam 'animal rationale et mortale'. nam substantia animata sensibilis, sicut ipsum animal, non solum hominem complectitur, sed etiam equum uel bouem atque alias huiusmodi species. si quis ergo ad hominem maiorem definitionem aptauerit, quae est animalis, ut ita definiat hominem: homo est substantia animata sensibilis, non est plena definitionis ratio, cum equus atque bos substantia animata atque sensibilis esse possint, quae species hominis non sunt. si quis uero maiori rei minorem definitionem aptauerit, curtam et deminutam quodammodo faciet rationem. nam si quis animal definire uolens dicat: animal est res rationalis, risus et disciplinae perceptibilis, non erit integra definitio, quoniam sunt quaedam animalia quae p. 21 istius | definitionis rationem subterfugere atque euadere possunt. est enim animal bos, quod neque rationale sit neque risus perceptibile. sola igitur relinquuntur bene definiri quaecumque aequalibus definitionibus constituuntur. ubi autem aequalis definitio sit, hoc modo possumus reperire. praedicamenta quaecumque fuerint, si maius praedicamentum de minore aliquo praedicatur, conuerti non potest, ut minus de maiore praedicetur. semper enim maiora de minoribus, numquam minora

3 etiam *ante* erit *P*, *ante* minor *GS, om. R* 4 ergo] uero *GS* 5 ab *om. DK* 6 *ante* animal *add.* homo est *FGKS* 7 quoniam] quod *P* quo *S* quodsi *T* ab *om. GS* 8 erit etiam *DPS* 10 et *om. GPS* 12 uel] et *G* 13 maiorem *s. l. Dm2* 15 plena *om. F* 16 possit *GKa.c.PST* 17 uero] ergo *F* 18 diminutam *DGKPR* 19 rationem faciet *GP* 24 relinquantur *CDRT, recte?* 25 autem *om. R* enim *C* 26 fit *G* 28 minus] *r* minor *CDFGPRST* maior *K*

de maioribus praedicantur. nam si quis dicat hominem esse animal, non poterit conuertere animal esse hominem. nam homo nihil aliud, quantum ad genus, nisi animal est, animal, quantum ad species, potest esse etiam non homo. paria uero praedicamenta semper sibi ipsa inuicem conuertuntur. nam quoniam risibile solius est hominis, risibile ad hominem praedicatum etiam conuerti potest, ut homo ad risibile praedicetur. dicitur enim: quid est homo? risibile; quid est risibile? homo. ergo quascumque definitiones conuertere potes, illae uerae atque pares sunt, quascumque uero conuertere non potes, aut maiores sunt aut minores, pares inueniri non possunt. nam si dicas hominem substantiam esse animatam atque sensibilem, uerum est. item si conuertas et dicas substantiam animatam atque sensibilem esse hominem, non omnino uerum dixeris. potest enim et substantia animata esse atque sensibilis et homo non esse. item si dixeris rem rationalem, mortalem, risus et disciplinae capacem esse animal, uerum dixeris. si autem dicas atque conuertas animal esse rem rationalem, mortalem, risus et disciplinae perceptibilem, non omnino uerum dixeris. potest enim esse animal et non esse rationale et risus capax. ergo quotiens est maior definitio quam id quod definitur, si prius dicitur id quod definitur et maior definitio adhibetur, uera esse poterit definitio. si enim prius dixeris hominem, rem minorem, et ad ipsum posterius adhibueris definitionem maiorem, ut prius dicas 'homo est', et post subiungas 'substantia

2 conuerti *GPS* 5 ipsa *om. GPS* 6 praedicatum] *brm* praedicatur *codd. p* 7 etiam] et *FGKS* 9 potest *P* (t *er., item 10*) *R* 10 atque *om. D* pares] et pares *F* 11 inuenire *P* 12 dicas] quis dicat *T* esse substantiam *CGS* 13 iterum *T* si conuertas] sicut uertas (ueritas *F*) *FS* 14 atque] et *FK* 15 enim *om. CK* esse *post* sensibilis *GPS* 17 capacem] perceptibilem *GS* *ante* dixeris *er.* non *uid. C* 18 esse animal *GS* 19 praeceptibilem *D* capacem *GS* uera *CDPRT* 21 maior est *GPS* quam id—maior definitio *in inf. mg. Dm2* 22 prius] prius uero *F* dicitur *post* definitur *GS* 23 rem] esse *P* 24 minorem] *hic desinit cod. R* ipsum] ipsum hominem *GS* postea *GPST* 25 ut] nisi *F* dicas prius *GPST* postea *GPS*

animata sensibilis', uerum est. homo enim necessario est substantia animata sensibilis. si uero prius dixeris definitionem et postea dixeris id quod definies, uera esse non omnino potest. nam si definitionem maiorem prius dixeris dicens 'substantia animata sensibilis' et postea rem minorem intuleris, ut dicas 'homo est', ut sit 'substantia animata sensibilis homo est', non omnino uerum est. potest enim esse et substantia animata sensibilis, non tamen homo. at uero si minor fuerit definitio quam illa ipsa res quae definitur, si prius dicta sit definitio, uera est, posterius, falsa. nam si dixeris definitionem quae est minor 'res rationalis, mortalis, risus et disciplinae capax' et post intuleris 'animal est', ut sit 'res rationalis, mortalis, risus et disciplinae capax animal est', uera est. omnis enim res quae rationalis et mortalis est et risus et disciplinae capax, necessario animal est. at uero si conuerteris et rem maiorem prius dixeris, post uero minorem definitionem adhibueris, uera omnino esse non potest. nam si dicas prius 'animal est', postea autem iunxeris 'res rationalis, mortalis, risus et disciplinae perceptibilis', non omnino uerum est. potest enim esse animal et rationale uel mortale non esse. itaque si maior est definitio quam res fuerit, si prius rem dixeris, postea definitionem intuleris, uera est, si uero prius definitionem dixeris, post rem intuleris, falsa est. in minoribus uero definitionibus et maioribus rebus contra

1 *ante* sensibilis *add.* atque *GS* 3 uera esse omnino non potest *D* non omnino uera esse potest *GS; an* omnino *post* uera *ponendum? cf. 16 et p. 63, 3* 6 ut sit—homo est *om. P* ut sit] *T* ut *GKS* et *Dm1* et si *CDm2* sed et *F* et sit *Engelbrecht* sensibilis] atque sensibilis *GS* sensibilis—sensibilis *(8) in sup. mg. Dm2* 7 omnino uerum —generis diffinitionem *(p. 63, 16) in scidula add. Tm1?* esse *post* sensibilis *FGKS* 8 non tamen homo] et homo non esse *FGKS (ex 61, 15)* 9 ipsa *om. GK* 11 et post—capax *(13) om. FGKS (6 fere litt. er.)* 12 animal est *om. CD, in ras. P* 13 *ante* uera *add.* necessario *F* 14 et mortalis est] mortalis *G* *secund.* et *om. FGKS* et disciplinae *om. CDPT* capax] capax est *G* 16 uero *om. G* esse omnino *GPS* 17 autem iunxeris] uero adiunxeris *C* 18 mortalis *om. C* 20 uel] et *GT* est *om. GPST* 22 est] erit *GS* postea *CT*

est. nam si definitionem prius dixeris, postea rem subieceris, uera est, si uero rem prius dixeris, postea definitionem subieceris, uera omnino esse non potest. at uero in aequalibus definitionibus conuerti aequaliter potest. nam quoniam solius hominis haec est definitio 'animal rationale, mortale ⟨,risus et disciplinae perceptibile⟩, aequalis est haec ad hominem definitio, quoniam non est cui alii possit aptari. itaque uel si prius rem dixeris, postea definitionem subieceris, uera erit, ut est 'homo est animal rationale, mortale, risus et disciplinae perceptibile', sin uero conuerteris et prius definitionem, postea rem dixeris, ut si dicas 'animal quod fuerit rationale, mortale, risus et disciplinae perceptibile homo est', haec quoque uera est. ita semper, ut definitiones uerae sint, neque plus neque minus in definitionibus oportet aptari, sed aequali|ter definitiones conuenien- p. 22 terque disponi. quod Porphyrius scilicet non ignorans ait se neque plus neque minus effecisse generis definitionem.

21. Et Fabius: Sequitur, inquit, te de specie disputare. — Dic, inquam, quid sequitur? — Et Fabius: Hic, ut opinor, ordo est:

Species quoque multis dicitur modis. nam et unius cuiusque hominis forma species appellatur. rursus dicitur et pulchritudo uultus, unde pulcherrimos quosque speciosos dicimus. dicitur species et ea quae

20—p. 64, 3] Porph. p. 3, 21—4, 4.

1 prius definitionem *(uel* diff-*) GPST* 2 *post* est *per 10 uersuum spatium figuram quandam qua rationes definitionum datarum inlustrantur add. Cm1, eras. et aliqm fec. m2* prius rem *FT* 5 *loc. expleuerunt Engelbrecht et Hilgard* 6 haec *om. GS* 7 rem] *Cm2F* definitionem *(uel* diff-*) cett.* 8 definitionem] *Cm2F (*diff-*)*, rem *cett.* est *om. GS* 9 est *om. P* mortale *om. C* perceptabile *s. l. ex* -tibile *F* 10 conuerteris] *FP* uerteris *cett.* 11 fuit *D* erit *GS* 15 se] sed *DP* 17 *ante* Et *add.* DE SPECIE *(*SPETIE *CS) CGSp* FINIT DE GENERE. INCIPIT DE SPECIE *DK post* ordo est *add.* INCIPIT *(om. bm)* DE SPECIE *Pbm, inscriptionem om. Fr* te *om. C* 18 Et fabius *s. l. Dm2* 20 modis dicitur *KP* 22 dicitur] et dicitur *C* 23 quoque *GKSm1T*

supposita est generi, unde animalis speciem appellamus, cum animal ipsum genus sit, et album coloris speciem.

Tunc ego: Speciei quoque nomen sicut generis aequiuocum puta. nam et hoc quoque multifariam appellari designat. dicitur enim, inquit, species et figura corporis et fortasse alia plura. de quibus quoniam nullus tractatus habebatur, iure praetermissa sunt. hic tamen a Victorino uidetur erratum, quod cum idem sit cuiuscumque hominis species et uultus, quasi in alia appellatione speciei uultus iterum pulchritudinem dixit, quasi uero non proinde pulchritudo uultus sit ac tota species fuerit; nam si quispiam pulcher fuerit toto corpore, etiam uultu. sed praemissis his ad illam speciem quae sub genere ponitur atque genus efficit ueniamus. namque, ut dictum est, substantiae ipsae nullo speciei nomine generisue censentur, nisi quadam ad se inuicem collatione sint comparationeque compositae. nam quod animal est, non idcirco est genus, quoniam animal est, sed idcirco, quod hominis sub se atque equi et ceterorum animantium species habet. atque idcirco ait: unde animalis speciem appellamus, cum animal ipsum genus sit; neque enim homo species diceretur, si super ipsum animalis appellatio non praedicaretur. sed ut monstraret non in unis solis substantiis genera speciesque uersari, sed etiam in omnium praedicamentorum nuncupationi-

14 ut dictum est] p. 43, 13 ss.

1 *post* unde *add.* hominem *edd., post* animalis *C, post* appellamus *F, om. cett., cf. 20; Porph. p. 4, 2* εἰώθαμεν λέγειν τὸν μὲν ἄνθρωπον εἶδος τοῦ ζῴου 4 ergo *Dm1KST* 5 puto *ex* puta *S* hanc *Cm2PSm2* 7 nullis *D* multus, *in mg.* al. nullus *F* 8 praetermissae *P* a *om. DPT, s. l. Sm2* 10 quam si *D* *ante* pulchritudinem *add.* in *G* 11 uero *om. FKS* 12 quisquam *P* 13 praemissis *post* his *C (*prae- *ex* pro-*) PS,* praetermissis *K edd.* 16 ni *P* collatione] *K edd.* collectione *cett. (*coll**ione *S,* ec *er. uid.)* sunt *D* 17 namque quod *D* *post* animal *excidisse* genus *coni. Brandt, cf. 2 et p. 43, 13 ss. (quo respicit* ut dictum est *14)* est genus] *FGp.c.P* ei *(del. G)* est genus *DG* ei genus est *CST* genus *K* 18 sub se hominis *CST* 20 *post* unde *add.* hominem *edd.; cf. 1* 24 sed etiam—exemplum *om. F*

bus esse conexa, non solius substantiae dedit exemplum, sed etiam eius quod reliquum remanserat, accidentis. quid enim ait? et album coloris speciem: quae sunt in accidentis diuisione qualitatis. Sed quoniam inter se quaedam conexio est et talis comparatio atque relatio, ut praeter ad se inuicem habitudinem genera et species esse non possint — nihil enim in eorum definitionibus concludi potest, nisi ad alterutrum nominata sint; nam si substantia generis specie supposita, species uero genere superposito et ad ipsam praedicato perficitur, non est dubium quin cum genus definire necesse sit, iure speciem, et cum speciem, iure nobis genus praedicare necesse sit, — haec igitur etiam in generis subscriptione seruatur distinctio, cum generis definitio habita est. hoc enim dictum est tunc, esse genus quod ad distantes species diceretur, nunc uero dicendum est id esse speciem quae sub genere ponitur. sed multiplex eius definitio haberi potest. potest enim rursus dici id esse speciem, ad quam genus in eo quod quid sit praedicatur. quae res utraeque id significant, speciem poni sub genere. nam prima quidem definitio id aperte designat, secunda uero talis est: quoniam semper

4—13] cf. Porph. p. 4, 4—9. 13 s. cum generis—diceretur] p. 54, 23 ss. 15—18] Porph. p. 4, 10 s.; cf. infra p. 68, 7—9.

2 quid] *PS* quidem *K* quod *DFGT* in eo. Quod *C* enim *s. l. Cm2, er.* 4 diuisione *om. KS* 7 ad] *Sr, om. cett.* (alterutrum *ex* adter- *T*) 8 nominatum *T* sunt *D (ras. corr.) K* habet *T* 9 speciei *KT* specie *Sm1* speciei substantia *C* praedicato] *CP* praedicatio *cett.* 10 quin] qui *Sm1* quia *CDP* quod *G* cum *s. l. Sm2, om. DGKP* cunque *(sic) F* genus *om. K* quod *F* definire] differentiae *G* 11 *post pr.* speciem *add.* cum genere *CP* scil. cum genere *s. l. Sm2* et cum speciem] *C (*et *in ras.) T* et cum specie *GPS* cum genere et cum specie *DF* iure—sit *om. K* 12 igitur *om. C* seruat *GPST* seruabatur *brm* 13 distinctio] *CDFm1K, s. l. Sm2,* discriptio *F* descriptio *GSm1 (sed* de- *ex* di- *m2)* districtio *P* 14 tunc *in ras. Sm2* nunc *DG* distantes] res distantes *C* specie *Cm1G* tunc *DGSm2 (in ras.)* 16 duplex *D* 18 utraque *Sm1T* significat *Dm1* 20 semper maioribus minora] *CGP (sed* subponuntur *post* maioribus*),* minora semper maioribus *F* semper minora maioribus *K* semper maioribus *(om.* minora*) DST*

maioribus minora supponuntur, genus ab eo, ad quod in eo quod quid sit praedicatur, maius esse non dubium est. quod si ita est, nullus est obscuritatis error, quin species quae minor est, maiori sibi generi supponatur. nihil igitur haec secunda definitionis significatio a priore differt; si enim species sub genere non poneretur, genus ad speciem in eo quod quid sit non praedicaretur.

22. Tertia uero definitio speciei integra ratione collecta est et ipsius speciei uim naturamque demonstrat. dicit enim speciem esse quae ad plurima numero differentia in eo quod quid sit praedicatur. quae definitio etiam ex superiore genere debuit esse planissima, sed ego nunc quantum p. 23 castigata permittit breuitas explicabo. sed | prius de ipsis generibus speciebusque pauca dicenda sunt. cum sint quaedam genera quae species habeant atque ipsa aliis generibus species esse possint, non est dubium ea gemina comparationis habitudine fungi, ut ad alia species, ad alia genera nominentur. sed si in uno filo atque ordine speculemur et quodcumque genus alicuius rei repertum sit, eius rursus genus aliud requiramus et rursus aliud atque aliud iterum, si nihil sit quod intellectus ratione consistat, inexplicabilis ratio interminabilisque tractabitur. sed quoniam nulla sunt in his scientiae fundamenta quae nulla consideratione animi in infinitum procedentia concluduntur, dicendum necessario est posse nos ascendentes usque ad tale aliquid peruenire cuius, cum ipsum ceteris genus sit,

9—11] Porph. p. 4, 11 s. 14—p. 68, 24] cf. Porph. p. 4, 12—5, 16.

1 *post* genus *s. l.* uero *Sm2* ad quod in eo quod *om. G* 2 esse maius *Da.c.F* *post* est *add.* cum genere *G, idem er. S* 3 obscuritatis] dubietatis *T* 5 priori *C* si] nam *G* non *Sm1* (nondum *m2*) *T* 6 non *om. GST* ponitur *GST* genus] et genus *G* in eo ad speciem *C* species *F* 7 non *om. GKST, s. l. C* praedicatur *GSm2T* praedicetur *P* 9 dicitur *CGPST* species *GPS* 12 plenissima *GSm1* nunc] non *CS* 14 cum] et cum *C* 17 *pr.* ad *om. DPST* *pr.* aliam *F* alias *DPSm1* aliae *m2* 19 alicui *T* sit] est *CG* genus rursus *C* 20 iterum aliud *C* quo *F* 21 ratione] ratioque *FPS* 22 nullà] *CT* multa *cett.* *post* sunt *add.* quasi *F* 24 accedentes *Dm1*

aliud genus inuenire non possumus, quod genus primum et magis genus et generalissimum nuncupetur. sed si hoc in genere contingit, ut ascendentes alicubi consistamus, non est dubium quin descendentes iterum per species ad aliquem quodammodo calcem offenso termino consistamus. igitur cum descendentes per species usque ad illam speciem uenerimus quae sub se species nullas habet, illam speciem ultimam speciem et magis speciem et specialissimam nuncupemus. sed quoniam species aliquorum est continens, si aliquorum specie differentium continens esset, non magis species, sed genus merito uocaretur. sed quoniam continet et non specie differentes res continet, similes necesse est sibi contineat pluralitates. sed si continet pluralitatem et maius semper est id quod continet quam id quod continetur, de pluralitate illa species praedicabitur. appellabitur igitur species de pluribus rebus numero differentibus in eo quod quid sit. species enim cum appellatur de subterioribus, superiorem speciem substantiamque declarat. nam cum dicimus: quid est Cicero? homo continuo respondetur. cum ergo tribus modis speciei facta sit definitio, superiores duae non tantum sunt speciei, sed etiam subalternae speciei, quae et ipsa genus. generalissimum substantia et sub ea corpus animatum, sub animato corpore animal et sub ani-

1 possimus *FPT* 2 maius *G* 4 aliquem] *codd. et edd.* 5 descendentes] *p* descentes *(sic) DK* descendimus *CGPST* descenderimus *F brm* 6 species] *Fp.c.T* speciem *Fa.c.et cett.* usque] et usque *CFT brm* 7 *post.* speciem *om. F* 9 est *om. G, s. l. S* 12 pluritates *P, item 13. 14* 17 subterioribus] pluribus *Dm1* superioribus *m2* superiorem] *DK* subteriorem *cett. (*supt- *C)* speciem *om. F* specie *C* substantiam *CF* 19 ergo] uero *D* species *Sm2* facta sit—substantia *(21) del. et in inf. mg. add.* dicatur est species quae et ipsa sit genus. genus generalissimum substantia *Sm2* 20 sunt] *F, om. cett., post proxim.* speciei *add.* conueniunt *C* ⟨magis⟩ speciei *Brandt, cf. p. 68, 9* 21 *ante* quae *add.* est enim species *FKbrm* quae et] quia *C* genus] *CDGSm1T* sit genus *FSm2 (cf. 19)* genus sit *Kp* aptantur. sit genus *P* genus est *brm* generalissimum substantia] *DGPSm1T* genus generalissimum substantia *Sm2 (cf. 19), fort. recte,* generalissimum est substantia *C* generalissimum enim genus substantia *FK* 22 corpus animatum] corpus, sub corpore animatum corpus *K edd., sed cf. p. 68, 5*

mali homo, sub homine indiuidua. sed hanc diuisionem plenius posterius exequemur, nunc autem hoc nobis tantum sufficit. substantia igitur magis genus est, homo magis species, ita ut neque substantia species aliquando esse possit nec homo genus. corpus uero animatum uel animal ad superiora species, ad subteriora genera nominantur. si quis ergo corpus animatum uel animal uel hominem uelit exprimere et dicat: species est quod ponitur sub genere et ad quam genus in eo quod quid sit praedicatur, haec definitio et magis speciem, id est hominem, et subalternam speciem continet, id est corpus animatum uel animal. nam corpus animatum et animal et homo sub genere sunt posita, et ad eas omnes in eo quod quid sit appellatur, ut dictum est. si quis uero illam speciem definitione monstrare uelit quae uere species est, id est specialissimam speciem, quae tantum species, numquam et genus sit, hoc modo definiet, speciem esse quae ad plurimas res numero differentes in eo quod quid sit praedicetur. sed haec definitio subalternis speciebus numquam conueniet. illae enim quae subalternae sunt species, possunt etiam pro generibus accipi, si ad subiecta praedicentur. quodsi possunt pro generibus accipi, cum pro generibus acceptae fuerint, non tantum ad plurimas res numero differentes praedicabuntur, sed etiam ad plurimas res specie differentes, quippe cum sint genera. sed quia hoc in magis speciebus non euenit, ut aliquando de specie differentibus praedicentur, haec definitio posterior solius magis speciei definitio est et eam ceterae subalternae species excludunt atque reiciunt. quod Porphyrius ita demonstrat:

2 posterius] p. 70, 19. 7—9] Porph. p. 4, 10 s.; cf. supra p. 65, 15—18.

1 sub] et sub *T* 5 superiores *FGKPm1S* 7 *post. (sic)* uel] *F*, *om. cett.* hominem] hominem esse *C* 11 et] uel *P* 13 speciem definitione] diffinitionem *K* 14 uoluerit *KT* 15 quaeque *S* et numquam *GK* 19 enim *om. D* 21 cum] quaecumque *T* acceptae] *edd.*, accepta *codd.* 24 in] ut *G* 26 solis *KSm2* diffinitionis *D*

Sed haec definitio eius speciei est quae magis species dicitur, aliae uero definitiones erunt etiam illarum quae non sunt magis species.

23. Horum ergo ipsam subscriptionem demonstrationemque clarius se ipsum dicere promittit cum dicit:

Manifestius autem fiet hoc quod dicimus hoc modo. in omnibus praedi|camentis sunt quaedam magis gene- p. 24
rum et magis specierum, sunt alia mixta. magis genera sunt supra quae nullum aliud genus poterit inueniri, magis species rursus, sub qua nulla species reperitur. horum interualla quae possident, et genera et species sunt, singula superioribus inferioribusque collata, ut alteri genus, alteri species appellentur.

Huiusmodi sunt, inquit, quaedam quorum genera inueniri non possunt, haecque ipsa merito magis genera nominantur, quoniam maius ipsorum aliquid inueniri non potest. nam si ista sunt genera, genus autem omnibus sub se positis maius est, quorum genus nullum est, nihil eorum maius poterit reperiri. at quorum genus nihil poterit inueniri, merito ipsa magis genera uocitantur. sunt autem quaedam alia quae magis species appellentur, sub quibus non aliae species locatae sunt. nam plus uidetur esse species ea et integrior uere species est

1—3] Porph. p. 4, 12—14. 6—13] Porph. p. 4, 14—20.

2 diffinitiones uero *G* 5 dicere *om. CDPST, post* promittit *add.* executurum *C* exponere *P* 8 sunt alia *om. FGK* alia *s. l. Cm2* mixta] *brm (uix* mista *scribend.)* in ista *ST* in istis *(*-tis *ex* -ti *m2) C* inmistra *(sic) Dm1P* inter ista *Dm2, om. FGK; Porph. p. 4, 16* καὶ μεταξὺ τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄλλα magis] et magis *FGK* 12 singulaque *G* 13 *locum* ut alteri—eisdem *p. 74, 1 in folio inserto add. Sm2* *post post.* alteri *add.* rei *FT, s. l. Dm2* 14 quaedam inquit *PS* genus *PS* 15 possit *PS* haecque] *brm* quae *(uel* que*)* haec *codd. (*et haec *Cm2)* quae *p* haec, quae *Brandt* 16 maius] magis *DS* ipsis *GKSp.c.* *post* potest *add.* genus *C* 17 *ante* genera *in mg. add.* magis *C* 18 eorum] horum *D* 19 genus nihil] *GKPS* genus nullum *DF* nihil maius *CT* potuit *F* 21 appellantur *FGK* *post* quibus *add.* quoniam *CT* non *om. T, post* uocatae *s. l. Cm2,* nam *D* locatae] *edd.* uocatae *codd.* collocatae *Brandt* 22 uere] ac uere *brm*

quae genus numquam est quam ea quae aliquando genus esse potest. quodsi uerior species est quae sola species, numquam genus est, merito magis species appellata est. igitur inter magis speciem et magis genus quod est interuallum, subalterna genera et subalternae species impleuerunt. nam subalterna uocamus quaecumque ad superiora species, ad inferiora pro generibus accipiuntur, idcirco quoniam, si omnes res ad inferiora componas, genera, si ad superiora, species, et si ad superiora et inferiora eadem ducas, genera et species inuenientur. atque ideo subalterna genera et species nominata sunt, quod filo quodam atque ordine ad inferiora composita genera et ad superiora species agnoscuntur. sed haec ita genera speciesque esse possunt, non ut cui genus est, eidem iterum uelut species supponatur. nam si, ut prius ostensum est, specie sua maius est genus, non est dubium quin maior res sub minore poni non possit. atque ideo ait ut alteri genus, alteri species appellentur, quod nequaquam eandem rem et genus esse et speciem conueniret. dat igitur huius rei exemplum, quo quod dicit, facilius possit agnosci. facit igitur hanc diuisionem. ponit substantiam magis genus, supponitur substantiae corpus et incorporeum, corpori animatum corpus et inanimatum, animato corpori animal sensibile et insensibile — ut sunt ostrea uel conchilia uel echini uel arbores et alia huiuscemodi, quae uiuendi animam habent, non etiam sentiendi —, sub animali animal rationale et inrationale, sub rationali mortale et inmortale, sub mortali hominem, sub homine singulos homines, hoc est corpora indiuidua, Ciceronem et Virgilium scilicet et eos

18—p. 71, 1] Porph. p. 4, 21—25.

4 interuallum quod est *CT* 8 *post* genera *add.* sunt *FGK, s. l. S* si ad—genera *(11) om. T* 9 genera] et genera *D* 10 nominatae *G* 14 prius] supra *D* magis *D* 15 minore] *F* minori *cett.* 17 *ante* eandem *add.* ad *FGK edd.* 18 speciem] *K* species *cett. et edd.* conuenirent *(sic), del.* con *F* 19 dicat *S* 21 *ante* incorporeum *add.* in *CDF* 22 *ante* insensibile *add.* animal *CDT* 23 *pr.* uel *om. CK* huiusmodi *KST* 24 etiam *om. G* sentiendo *C* 25 sub *s. l. Dm2*

qui iam in partes sunt singuli. substantia ergo quae prior est, magis generis accipitur loco; genus enim solum, non etiam species est, quod numquam eius genus superius inuenitur. homo uero solum species est, nullas enim alias species sub se cohercet; singuli enim homines non specie, ut dictum est, sed numero differunt. corpus uero, quod pridem sub genere posuimus, id est substantia, ad substantiam quidem species, ad animatum corpus genus accipitur. animatum autem corpus ad corpus species est, ad animal genus, animal autem ad animatum corpus species uidetur, ad rationale animal genus. rationale item animal mortalis genus est, species animalis. mortale autem genus hominis est, species rationalis animalis. homo autem quod super indiuidua est, nihil de generis natura sortitus est, sed tantum sola species appellatur.

24. Sed hanc diuisionem sicubi in aliis rebus transferri et aptari placeat, ita considerandum est, ut quicquid fuerit cuius genus inueniri non potest, magis id genus appelletur, et quicquid cuius nulla species fuerit, id est ut super indiuidua collocetur, illam magis speciem esse. oportet enim, si quod genus sit, super differentes specie res poni, | quod autem p. 25
magis species non super specie res differentes ponitur, numquam digne genus poterit appellari. ergo quemadmodum quod

1—14] Porph. p. 4, 25—5, 1. 16—p. 72, 25] Porph. p. 5, 1—16.

1 parte *CDPT* singulari *T* 2 loco *ante* magis *F, ante* accipitur *GK* non] ne *C* 3 ei *C* 4 sub se species *CT* 7 substantia] substantiam *F* sub *(in mg. m2)* substantia *P* 8 genus accipitur—corpus *(10) in sup. mg. Cm2* 9 animal autem—animal genus *in sup. mg. Pm2* 10 uidetur species *DPS* rationabile *D* 14 sed] quod *DPST* 16 ut *del.*, et *scr. Dm2* 17 cui *F* appellatur *D* 18 et *ex* ut *Dm2 post* quicquid *add.* est *C* est ut *om. C* 19 illa* *D* illa *K* et *C* speciem esse] species nominetur *C* 20 *post* res poni *in D figura ordinem cognationemque notionum substantiae ceterarumque (p. 70, 19 ss.) inlustrans posita est* quid *D* 21 °specie* *(s er.) C* non] si *P post* ponitur *add.* sed super indiuidua quae *C* 22 genus digne *F* genus] species *CDT* possunt *C* quemadmodum] *F, post add.* quoniam *CDGPST, ante K* quod *post pr.* genus *p. 72, 1 F*

superius genus super se nullum genus habet, magis genus dicitur, ita et species quae sub se species non habet, sed tantum indiuidua, merito magis species appellatur. illa autem quae in medio posita sunt, non eiusdem sunt habitudinis. nam quoniam species esse possunt, non sunt magis genera, et quoniam genera possunt esse, idcirco numquam magis species praedicantur. nam illis quae supersunt, species sunt, illis uero quae subsunt, loco generis praeponuntur. cum igitur duae formae sint omnium rerum, aut ut genera praeponantur aut ut species supponantur, summitates, id est generalissimum genus et specialissima species, singulas tantum continent habitudines, illud, ut tantum genus, numquam species uideatur, illud, ut sola species, numquam etiam genus appelletur. subalterna uero, quae media sunt, duas formas habent, id est utrasque. namque, ut frequentius inculcatum est, et generis quodammodo parentelam et speciei deriuationem sortita sunt. nec hoc fortasse nos turbet, quod species specialissima habet sub se aliquid. namque homo cum sit magis species, habet sub se singulos homines. haec enim quamuis indiuiduis supersit, numquam formam specialitatis inmutat. cum enim sub se indiuidua habeat, quod ea contineat quae sub una specie sint et nulla substantiae proprietate discrepent, species eorum uocatur quae continet. ita homo et animalis species dicitur, quia continetur, et hominum singulorum species est, quia eos continet qui nulla umquam specie discrepabunt. definitio ergo magis generum magisque specierum talis est: magis genus

25—p. 73, 7] Porph. p. 5, 17—23.

1 genus nullum *DKPS* 2 et *om. FGK* quae] *Hilgard* quoniam *codd. edd.* 3 appelletur, *corr. m1? F* 6 esse possunt *GKS* 7 *ad* praedicantur *s. l.* ł appellantur *D* 8 proponuntur *DPS* 9 sunt *P pr.* ut aut *CDKT* 10 ut *om. DT* 11 genus *om. CDT* 12 *ante* species *add.* ut *D* 13 sola] semper *T* 14 quae] quoniam *F* 15 nam *DS* 16 et *s. l. Cm2* 17 quod] quoniam *F* 18 aliquid sub se *KS* 21 quod ea] quae ea *T* quae *FGS* quod *K* quae] et quae *FGK* sub *om. PT* species *P* 22 substantia *FGKS* 25 ergo] igitur *FGK* 26 est *om. C*

esse di|citur quod genus semper sit, numquam species, et p. 26 quo superius nullum genus sit; rursus magis species est quae semper species sit, numquam genus, et iterum, quae numquam diuiditur in species et quae ad plurima numero differentia in eo quod quid sit praedicatur. illa uero alia, ut saepe dictum est, et genera et species esse possunt, superioribus scilicet inferioribusque collata. Hoc autem attentissime respiciendum est, quod in diuersis longe nationibus in eo genere ubi ex sanguine aliqua cognatio deducitur, diuersarum cognationum gens ad unum caput generis duci potest. nam quoniam Romani a Romulo sunt, Romulus autem a Marte, Mars a Ioue, poterit gens Romanorum ad Iouem duci. item quoniam Athenienses a Minerua, Minerua a Ioue, potest Atheniensium gens ad eundem Iouem duci. item quoniam Persae a Sole, Sol autem a Ioue, possunt Persae quoque ad eundem Iouem uelut ad originem propriam deduci. ita diuersissimae gentes ad unius cognationem erigi possunt, quod idem speciebus generibusque non fit. numquam enim diuersa genera sub uno genere poterunt accommodari. Aristoteles enim primorum generum decem praedicamenta constituit, quae uelut aliquis fons, ita subterioribus omnibus ortum quodammodo nationemque profuderint. haec igitur decem genera quoniam generalissima sunt et superius eis nullum inueniri genus potest, ad unum genus reduci non poterunt. quodsi decem genera prima ad unum genus

7—18] Porph. p. 5, 23—6, 5. 18—p. 75, 6] Porph. p. 6, 5—11.

2 quo] quod *S* sit genus *D* rursum *DK* est *om. C* quae] *CT* quod *cett.* 3 species semper *CFG* 5 alia *om. D* ut *om. F* 7 et inferioribus *P* 8 quod] quam *D* 10 gens] genus *CFKT* nam] namque *C* 12 genus *CS* 12—16 item quoniam Athenienses—deduci] *CKT* item quoniam persae— *(14)* duci *(*deduci *G, etiam K)* item quoniam athenienses—duci *(*deduci *G) DFGPS* 13 genus *C* 17 *ante* speciebus *add.* in *F* 18 poterant *P* 19 decem] deesse *D* praedicamenta decem *FGK* 21 profuderunt *T* 22 genera] praedicamenta *FK* 23 potest] non potest *D* 24 *locus* quodsi—sub eisdem *(p. 74, 1) bis, fol.* 10^{b} *(*S^{II}*)* *et fol.* 11^{a} *(*S^{I}*) in S scriptus est (cf. ad p. 69, 13)*

reduci non poterunt, nec illa quae sunt sub eisdem generibus, id est species subalternaque genera, ad unum genus aliquando poterunt applicari. nam si prima eorum genera ad unum superius duci non possunt, non est dubium quin ea ipsa quae sub ipsis sunt, ab uno genere coherceri continerique non patiantur. nam si substantia, qualitas et quantitas et cetera sub alio communi genere poni non possunt, quod ipsa magis sunt genera, nec quicquid sub substantia fuerit, id est sub eodem genere, ut animal uel homo, uel item sub qualitate uel quantitate, ad aliquod genus commune se poterunt applicare. numquam enim inueniri genus poterit quod haec decem genera solitario et proprio intellectu intra se possit uelut species continere. at dicat quis haec omnia decem genera si uere sunt subsistentia, quodammodo uel entia dici posse. flexus enim hic sermo est ab eo quod est esse, et in participii abusionem tractum est propter angustationem linguae Latinae compressionemque. haec igitur, ut dictum est, entia poterunt appellari, et ens hoc ipsum, id est esse, genus eorum fortasse dici uidebitur. sed falso. namque omnia quae inter se aequiuoce nominantur, numquam eiusdem continentiam generis sortiuntur. quippe quorum substantia discrepat, non est dubium quin generis quoque ipsius definitio discrepabit; haec autem ut entia nominentur, non uniuoce, sed aequiuoce praedicantur. nam quoniam substantia ens est et item qualitas ens, ⟨sed⟩ si quis rationem definitionemque qualitatis dixerit,

1 illa] *DFK*S^{1}*p.c.(ras.* i *ex* u*)* ulla *CGP*S^{1}*a.c.*S^{II} *T* sunt *om.* S^{II} generibus *om. C* 4 duci *ex* reduci *D, ex* dici *Sm2* dici *FK* 6 patiatur *G* *pr.* et *om. FGP* 7 non poni *C (s. l. add.)* 8 genera sunt *P* sub *om. GKST, s. l. Dm2, in mg. Pm2* id est *om. D* sub eodem genere *om. F* 9 ut] *C, om. cett.* 10 applicari *FPT* 11 genus poterit inueniri *FGK* 12 genera *om. F* ueluti *FG* 14 substantia *Gm1* uel] *FGKSa.c.* et substantia *(*et subst. *er. S)* uel *CDPS* substantia essentia *T* possunt *G* 16 abusione *GKPS* tractus *CDm2* angustiam *T* latinae linguae *G* 17 comprehensionemque *G* 18 eorum *om. F* 19 dici *om. G* 20 numquid *F* num *G* generis continentiam *DP* 25 sed *add. Engelbrecht* et definitionem *FG, post* defin. *add.* substantiae et *edd.* qualitas *KPa.c.*

eadem natura utriusque non poterit conuenire, non est dubium quin substantia et qualitas non uniuoce, sed aequiuoce praedicentur. quodsi aequiuoce praedicantur, sub eiusdem generis fonte poni non poterunt. non est igitur in generibus speciebusque aliquod genus solum quod possit diuersa rerum genera cohercere.

25. Tunc Fabius: Abundanter haec, inquit, omnia, et de his ipsis rebus frequentius inculcatum est. sed perge ad sequentia. — Faciam, inquam. haec enim, ut arbitror, secuntur:
Ergo decem genera constituit Aristoteles in Praedicamentis quae magis genera sunt, at uero illae quae magis species sunt, semper in plurimo quidem numero sunt, non tamen in infinito. at indiuidua quae sub magis speciebus sunt, infinita sunt semper.

Hoc enim dicere uult quod multo plures species sunt quam genera; habet enim genus sub se plurimas species. et quoniam decem genera rerum omnium prima sunt, species specialissimae non solum decem sunt, sed plures, non tamen infinitae. indiuidua uero quae sub magis speciebus sunt, infinita sunt et eorum intellegentia nulla umquam capi potest. quae enim | p. 27
infinita sunt, nullo scientiae termino concluduntur. igitur omnis nobis diuisio omnisque scientia a magis generibus per subalterna genera usque ad magis species deducatur; ibi enim consistentes integram superiorum scientiam capere possumus ac retinere. si quis autem indiuidua uelit scientia disciplinaque comprehendere, frustra laborat, sed ita iubemur a magis gene-

10—15] Porph. p. 6, 11—13. 20 s.] Porph. p. 6, 16. 22—p. 76, 5] Porph. p. 6, 13—15.

1 eademque *F edd.* utrisque *Dm1 brm* 7 omnia] dicta sunt omnia *D* 8 ipsis hiis *F* ad *om. DPST* 13 non *s. l. Dm2* in *om. DKP, del. C, s. l. Sm2* 16 *post* enim *add.* idem *C* sunt species *P* 18 omnium rerum *FGK* specialissimae] principalissimae *F* 19 *post* plures *add.* sunt *DT, er. uid. S* 23 nobis] a nobis *G* per *ex* et *Dm2*

ribus usque ad magis species per media interualla decurrere, ut specificis differentiis diuidentes subalterna genera a magis generibus usque ad magis species descendamus. specificae autem differentiae sunt quae speciem quamcumque declarant. declaratur autem species differentiis hoc modo. si quis enim dicat substantiam, ut ponat sub substantia corpus, sub corpore animatum corpus, sub animato corpore animal, sub animali rationale, sub rationali mortale, has omnes species, quae sunt substantiae, cum pro differentiis posuerit, hominis scilicet species informabitur. nam corpus animatum ab inanimato corpore differentia est, porro autem animal ab insensibilibus et rationale ab inrationalibus et mortale ab inmortalibus differentiae sunt. haec igitur omnia cum iunxeris, unam speciem declarabis, id est hominem. nam cum dicis corpus animatum, animal rationale et mortale, quae scilicet differentiae in subalterno ordine sibi suppositae sunt, hominem demonstrasti. sunt autem quaedam aliae differentiae, quae tales sunt ac si dicas animal rhetoricum, quod solus homo rhetor esse possit. sed haec differentia non specifica differentia est et substantiam hominis naturamque non perficit, sed tantum artem quandam scientiamque esse commendat. illae igitur in diuisionibus differentiae speciesque prosunt ex quibus illa quae dicitur magis species informatur, et haec uocatur specifica differentia quae magis speciem possit efficere. ergo cum per haec descensum fuerit ad magis species, relinquenda sunt sub magis speciebus indiuidua nec eorum aliqua scientia requirenda. nam illa non

1 interualla media *FGK* 6 *pr.* sub *om. K, s. l. Dm2Sm2* 8 has] et has *T* 9 pro *s. l. DSm2* 10 informatur *CDST* 11 *post* animal *add.* sensibile *D, s. l. Cm2* 12 inrationabilibus *CDFS* differentiae sunt *post* inrationalibus *T* 17 aliae quaedam *T* 19 differentia est et *om. CD, s. l. Sm2,* et *om. KP* substantia *CD, add.* est *CD* enim *P* 21 scientiae *KPSm1* scientia qui *m2* scientia *D* esse *om. G, er. S* 22 speciesque *om. K* specieique *F* speciei *G* species* (q. *er.) S* dicitur *post* magis *P, post* species *F* 25 ad] et *DS* relinquendae *DS* 26 eorum] eorum est *GKP* perquirenda *T*

solum infinita sunt, sed etiam quaecumque in sese continuerint infinita fiunt. rhetorica enim species est, sed cum uenerit in singulos homines, tunc per singulos et infinitos diuisa singula etiam fiet et infinita. si enim omnes quicumque sunt uel fuere numerentur rhetores, nullus umquam huiusce numerationis finis erit, cum praesertim etiam per infinita tempora in futurum singuli homines rhetores esse possint.

26. Hic Fabius: Hoc igitur, inquit, erat quod ait:

Porro autem uel artium uel disciplinarum cum indiuidua per homines singulos esse coeperint, rationem ad percipiendum capere uel habere omnino non possunt.

Et ego: Hoc, inquam, est quod 'cum artes uel disciplinae quae in sua specie una ante collecta fuerant, in indiuidua uenerint', id est per singulos homines in infinitam multitudinem innumerabilemque sese dispertiunt; hoc autem idcirco euenit, quod haec eadem ratio est quam Porphyrius ipse dicere non neglexit. genus enim cum unum sit, plurimarum specierum progenitiuum est; namque sub uno genere plures species inueniuntur. idcirco species genus illud unde profluunt, in plurima segregant atque dispertiunt. genus autem plurimas colligit res, sicut ipsum a plurimis iterum speciebus diuiditur. namque homo, coruus et equus, quae sunt species, quantum ad animal aequaliter animalia sunt. ita nomen animalis omnes suas species intra se continet. quodsi et in homine animalis

9—12] Victorinus uerba Porph. p. 6, 16 τὰ δὲ ἄπειρα—ἐπιστήμην (cf. supra p. 75, 20 s.) dilatauit. 18—p. 78, 25] cf. Porph. p. 6, 16—23.

1 in] inter *T* se *DPT* 2 fiunt] sunt *CG* 3 etiam singula *FGK* singularis *(om.* etiam*)* *C* 4 fit *CDP* et *om. FS, s. l. K* fuer enumerentur *G* 5 rhetores numerentur *CT* 7 possunt *FGPa.c.* 10 *ante* indiuidua *add.* ad *P, s. l. S* homines *om. P, post* singulos *FGK* 13 quod] quia *D* 14 collectaque *DPT* fuerint *FGK* in *om. P* 15 in *om. PT, s. l. S* 19 progenitiuum] progenitorum (-arum *m2)* unum *S* 20 inueniuntur, idcirco, *post add.* quoniam *edd.* 22 res colligit *C* pluribus *DPSm2* item *GK* iterum speciebus *del. Sm2* speciebus *om. P* 23 nam *S* 24 *post* ita *add.* enim *FG* hoc *K* 25 et *s. l. Dm2*

nomen est et in coruo et in equo, non est dubium quoniam illud genus quod sub se ipsum ea continet, species diuisae inter se diuidant multiplicentque. colligit igitur genus species in se, species uero genus ipsum suapte natura dispertiunt. est igitur genus collectiuum specierum suarum et quodammodo adunatiuum, species uero diuisiuae generis et quodammodo multiplicatiuae. igitur quicumque ad magis genera ascendit, omnem specierum multitudinem per genera colligit adunatque. cum uero a magis generibus usque ad magis species decurritur, omnis unitas generum superiorum in multifidas ramosasque species segregabitur. quod autem ait m u l t i t u d o c a p i e n d a, proinde est ac si diceret 'multitudo facienda' est; nam cum diuidis genus in species, easdem species multas esse accipis, quas tu idem fecisti. species
p. 28 quoque ab hac generis adunatione ac quodammo|do collectione non discrepant. namque et ipsae infinitatem indiuiduorum ad unam reuocant formam. singulorum enim hominum species, quae est homo, collectiua est hoc modo. ad hominis enim speciem cuncti singuli homines unus homo sumus, id est prima species quae nos continet cohercetque. porro autem ipsa species in nos multos scissa diuiditur. omne enim quod singulum est atque indiuiduum, illud unde nascitur diuidit, omne quod non est singulum atque indiuiduum, sed diuidi potest, non ipsum magis diuidit subteriora quam colligit.

11 multitudo capienda] Porph. p. 6, 17.

1 dubium est *D* quoniam] quin *Cm2P* 2 ipso *Cm2* eas *Cm2* 3 igitur] itaque *FG* 4 apte *Km2* 6 diuisiua *DPST* et quodammodo] *CF* quodammodo et *G* quodammodo *DKPST* 7 multiplicatiuae] *(uel* -ue*)* *CDPSm2* *(*multiuae *m1)* *T* multifidae *FG* multiplicatiue uel multifide *K* 10 *post* omnis *add.* autem, *sed del.* *C* 14 *ante* fecisti *add.* in genere *C* 15 ab] a *Sm1* et *m2* 16 discrepat *FGPSm1T* infinitam *Sm1* 19 sumus] sunt *T* 22 est *s. l.* *Cm2* *ante* indiuiduum *add.* non *K* 23 omnem *CK* *ante* indiuiduum *add.* non *FGK* 24 non *om.* *F* ipsum] per se ipsum *FGK* superiora *P*

27. His igitur expeditis constat genus plurimarum esse specierum genus et speciem plurima sub se indiuidua cohercere. nam si qua sunt subteriora, illa quae sunt superiora dispertiunt et in multitudinem dissipant diuiduntque; quare non est dubium quin superiora semper inferioribus pauciora sunt. praedicamenta uero aliud de alio uel ad se inuicem quae torquentur, hoc modo sunt. omnis enim res alia aut maior erit aut minor aut aequa. omne quod est maius, de minore poterit praedicari; nam cum animal sit maius ab homine, poterit animal de homine praedicari. minus uero de maiore non dicitur. nam quoniam animal est et homo et equus, ad animal hominem si praedicare uolueris, tantum haec conuenit praedicatio, quantum conuenit animalis partem esse super hominem. age enim, conuerte et dic hoc esse animal quod hominem: quantum igitur pars est animalis, quae hominis speciem contineat, tantum animal homo est. in illis autem aliis partibus animalis quae aliud continent quam est species hominis, hominis appellatio non conuenit. nam si dicas 'animal hoc est quod homo', in illa parte in qua equus est animal et coruus, ista talis praedicatio non aptatur atque ideo uniuersaliter non conuertuntur. nam si dicis 'omnis homo animal', uerum est, si dixeris 'omne animal homo', falsum est. quodsi maiora de minoribus idcirco praedicantur, quia omne minus in se continent, et minora de maioribus idcirco non praedicantur, quia maiora minoris definitionem superuadunt et

1—p. 81, 17] Porph. p. 6, 24—7, 12.

1 constitit *DPST* genus] genus et *C* et genus *brm* 3 qua] quae *CDK* 4 in *om. DFG* 6 sint *edd.* ad *s. l. ex* sub *Dm2* 7 sunt] fiunt *C* enim *om. CT* 9 praedicari poterit *P* 13 animalis—hominem] *CD (*animal*) PT* animal esse hominem *FG* animalē est hominem *K, in S uerba* quantum—conuerte *cum sup. mg. desecta* 14 esse hoc *D* hoc *om. PT* animal esse *P* 15 pars est *om. D* est pars *CP* est *om. T* 17 continet *D* 19 quod est *K* animal—aptatur *om. Tbrm, pro quo* non erit homo *brm* 21 *post* animal *add.* est *CG, s. l. Sm2* 22 *post* animal *s. l.* est *Sm2* 25 minorum *C*

quodammodo exsuperant. non est dubium quin illa quae sunt aequalia, sibi possint ipsa conuerti. aequalia autem illa sunt quae neque minora neque maiora sunt, id est, ut si in quamlibet speciem apponantur, et omni illi speciei adsint et nulli alii; nam omnis homo risibile est et nulla alia species risibili potest proprio nuncupari, atque ideo quoniam aequalia sunt, conuertuntur. dicis enim: quid est homo? risibile; quid est risibile? homo. et item: quid est hinnibile? equus; quid est equus? hinnibile. quodsi semper maiora de minoribus praedicantur, superiora necesse est genera esse et omnia subalterna minora fiunt. quodsi subalterna omnia minora sunt, non est dubium quin, si quis per subdiuisionem descendat ad ultimam speciem, quodcumque genus de uicinis sibi praedicabitur, etiam de subalternis. namque substantia habet sibi uicinum ad subteriora genus, ad se uero speciem, quod est corpus; de hoc igitur substantia praedicatur. si quis enim interroget: quid est corpus? dicitur substantia. sub corpore uero est animatum corpus et sub eo animal. ergo quoniam substantia idcirco praedicatur de corpore, quia illi est superior, necesse est, quibus corpus superius fuerit, eisdem etiam sit substantia superior. nam si corpus praedicatur de animato corpore et de animali, praedicabitur etiam substantia de animato corpore et de animali. sic igitur quaecumque superiora fuerint, de subterioribus non solum sibi uicinis, sed etiam longe subterioribus praedicantur. nam si maiora sunt his quae sibi uicinae sunt speciebus, multo maiora erunt etiam illis quibus

1 quae—illa sunt *in mg. Dm2* 2 possunt *Fa.c.KT* 3 *post.* nec *C* 5 homo omnis *C* risibile] risibiles *(sic) F* risibilis *Sm2* 7 quid est risibile *in mg. Dm2, s. l. Sm2* 8 homo *in mg. Dm2* iterum *D* 10 superiora —esse et] superiora genere *DS* ad superiora genera *P* subalterno (o *in ras. m2) D* 11 fiant *Dm2* (sunt *m1) PSm2* 13 praedicabitur *repet. ante* etiam *F, post* subalternis *G, ubi* praedicetur *add. brm* 15 de hoc—est corpus *in mg. Dm2* 17 *pr.* est *om. F* 20 fuerit superius *D* sit *om. GK* 21 corpore] corpus *C* 22 praedicabitur—de animali *om. P, in mg. Dm2* 24 uicina *D* 26 multa *Da.c.K*

illae uicinae species fuerint ampliores. ergo de quibuscumque species praedicatur, de ipsis praedicabitur et illius speciei genus. nam si species aliqua alicui maior est, multo genus speciei ipsius illa re qua species maior est, maius erit. atque ita ad id praedicabitur, quemadmodum ipsa species antea praedicata est. quod si ita est, non est dubium genus quoque generis illius quod ad illud ad quod species praedicabatur, poterat praedicari, etiam id quoque de eo ⟨ad⟩ quod species et genus speciei praedicabatur, praedicari posse. nam si quis dicat Ciceronem esse hominem, cum animal hominis genus sit, non erit absurdum Ciceronem animal praedicari, et cum animalis ipsius substantia genus sit, non erit inconueniens Ciceronem substantiam praedicari, quoniam quae supersunt, de subterioribus praedicantur et ea quae sub|teriora sunt, si p. 29 qua alia sibi subteriora habeant, illud primum genus habebunt etiam ista subteriora et de his non inconuenienter praedicabitur. igitur species de indiuiduo praedicatur ut maius, magis genus uero de omnibus subalternis et de magis specie praedicatur. aequo enim modo dicitur et corpus substantia et animatum corpus substantia et sensibile corpus substantia et rationale animal substantia et mortale substantia et homo substantia, et de ipsis etiam magis genus indiuiduis praedicatur. potest enim Cicero dici substantia, species uero sola de nullis aliis nisi de indiuiduis praedicatur, ut dictum est, indiuidua autem ipsa de nullo alio praedicantur nisi de ipsis, id est singulis. natura autem indiuiduorum haec est, quod

9 ss. (Ciceronem)] Porph. p. 7, 10 ss. (Σωκράτην) 17—p. 82, 13] Porph. p. 7, 12—27.

1 uicinae species *om. F* fuerunt *Fm1K,* fuer. *ante* species *GK* *post* ergo *add.* quoniam *D* quando *FG* quandocumque *K* 3 est maior *D* 5 ad id ita *G* ante ea *D* 6 non est *om. F* *post* dubium *add.* quod *GK, s. l. Sm2,* quin *(*quod *m2)* cum *F* 7 illud] aliud *KSm1T* species *om. D* 8 ad *add. Engelbrecht et Hilgard* quo *CF, ras. ex* quod *GS* de quo *brm* 15 supteriora sibi *C* 17 de] et de *FGKSm2* maius, magis] magis species *C* 18 uero genus *GT* subalternis omnibus *DP* 22 *post* praedicatur *add.* ut dictum est *FGKSm1, del. m2* 26 id est *om. FG*

proprietates indiuiduorum in solis singulis indiuiduis constant et in nullis aliis transferuntur atque ideo de nullis aliis praedicantur. Ciceronis enim proprietas cuiuslibet modi fuerit. neque in Catonem neque in Brutum neque in Catulum aliquando conueniet. at uero proprietates hominis quae sunt idem quod est rationale, mortale, ⟨sensibile,⟩ risibile, in pluribus et in omnibus indiuiduis possunt et singulis conuenire. omnis enim homo et singulatim indiuiduus et rationalis est et mortalis et sensibilis et risibilis. atque ideo illa quorum proprietates possunt ⟨in⟩ aliis conuenire, possunt de aliis praedicari, haec autem quorum proprietas in aliis non conuenit, nisi ipsis tantum singulariter, de aliquibus aliis praeter se singulariter praedicari non possunt. Repetendum est igitur quod omne indiuiduum specie continetur. species uero ipsa cohercetur a genere et unum quasi omnium corpus magis genus est et numquam est pars, indiuiduum uero pars semper est, numquam est totum. species autem et pars et totum merito nuncupatur, nam ad genus pars est, ad indiuidua totum; diuidit enim genus, ut dictum est, et indiuidua colligit. sed species pars est alterius, id est generis, totum uero non est partis, sed partium. namque genus unum est et plures species unius rei, id est unius generis species pars est. et quoniam indiuidua plura sunt et infinita sub una specie, quae illa indiuidua colligit, species illa non est unius totum, id est non est partis totum, sed plurimorum, id est partium; plures enim partes

13—p. 83, 2] Porph. p. 7, 27—8, 3.

1 constant indiuiduis *DP* 2 in *s. l. CD* 3 proprietatis *F* proprietates *KTa.c.* fuit *CDPST* 4 catullum *FGKST* 5 idem] id est *GK* id *T* 6 sensibile *add. Engelbrecht* 8 singulatim] *DS* singillatim *cett.* est *om. F* et *(*uel *K)* sensibilis *(add.* est *F) om. P* 9 et risibilis] *KP, om. cett.* 10 in *add. Brandt* et *T* haec] *hrm* horum *codd.* 11 nisi] nisi in se *C* non in se *T* *post* tantum *add.* indiuiduis *FGK, s. l. Sm2* 12 praeter se singulariter *om. F* se *om. K, s. l. Sm2* 13 igitur est *DPST* 16 *alt.* est *ante* pars *K, post DT* 21 et] ad *F* 22 *post.* est *om. F* 24 partis *(ex* pars*)* — indiuiduorum *in mg. Dm2*

sub ea indiuiduorum sunt, quarum totum species, id est homo appellatur.

Sed de genere et specie sufficienter dictum. et quoniam matutinae salutationes uocant, in futuras noctis uigilias quod est reliquum transferamus.

3—5] Porph. p. 8, 4—6.

3 *post* dictum *add.* est *CKT (om.* et*), s. l. Sm2, ante G* *subscriptio deest in FK;* EDITIONIS PRIMĘ COMMENTORV̄ IN ISAGOGAS. EXPL̄. LIB̄. I. INCIPIT LIBER SECVNDVS *C;* EDITIONIS PRIMAE IN ISAGOGAS CŌM̄TOꝗ. LIB̄. I EXPLICIT. INCIPIT LIB̄ SECVNDVS. DE DIFFERENTIA. *D;* EXPLIC̄ EDITIONIS PRIMĘ LIBER PRIMVS. INCIPIT. II. DE DIFFERENTIA. *Gp;* EDITIONIS PRIMĘ EXpłCIT IN ISAGOGIS. INCIPIT. II. *(sic) S;* EXPŁ. LIB̄. I. INCIP̄. II. de differencia. *P; subscriptio partim erasa, superest* EDITIONIS PRIMĘ....I incip̄ II. *T*

LIBER SECVNDVS.

1. Multa nobis a parente natura excelsius quam ceteris animantibus grauia illustriaque concessa sunt, quae nos ita quasi quaedam benigna artifex humanitatis excoluit, ut primum nobis reputandi considerandique animos rationemque concederet, post uero ratione reperta proloquendi conferret usus iussissetque nos non corporis sensibus a beluis, sed mentis diuinitate distare. quae cum se sibi adiunxerit et a suae uiuacitate naturae non discesserit, tunc uero sicut ipsa est aeterni generis, ita quoque famam in posteros uitamque gloriae infinitissimis temporibus coaequat. sin uero se prauis libidinibus corporis p. 30 obnoxi|am perdendam corrumpendamque permiserit, naturam corporis sequitur. nam nihil eius uiuacitatis post corpora remanet cui omnis labor et studium de rebus corporis atque in corpus inpensum est. quare annitendum est, ut nos meliores curatioresque reddamus, non ea re qua pecudibus nihil distare possumus, sed quo caelestium uirtutum similitudine aeternitatis gloriam factis egregiis dictisque mereamur. sed de his alias, nunc ad propositum reuertar.

inscript. DE DIFFERENTIA *add. bm* 2 nobis] tam nobis *DT* excelsius *om. DPT (recte? fort. add., quia uerba* nobis—anim. *comparatiuo egere uidebantur), s. l. Sm2* 5 considerandique *om., post* concederet *add.* et considerandi *F* animos considerandique rationem *G* 6 referret *F* usus iussissetque] *GK* iussissetque *T* iussitque *D* iussit sed quae *Sm1* usus sed quae *CPSm2* usus sed quae natura *F* 8 *ante* distare *add.* concessit *F, post C,* docet *P* quae cum se sibi] *DGPT* cum se sibi *C* quam cum sibi *F* quam sibi *K* quecumque* sibi *Sm1* quam* sibi cum *m2* 9 uero *om. CF, er. S* 10 in infinitissimis *G* infinitis *Pm1* 11 si *K* se *om. G* paruis *Cm1Sm1* 12 *ante* perdendam *add.* mens se *FG* mense *K, post s. l.* se *Sm2* 13 eius *om. P* uiuacitatis eius *FGK* corpore *Cm1* 14 cuius *DFGPT* 15 nitendum *S* 16 accuratioresque *FGSm2* acucioresque *K* 17 possimus *FGKP*

Cum igitur alterius noctis consueta lucubratio uigiliaeque uenissent, credo hesternae rationis subtilitate captus uel qua ipse est cupiditate discendi audiendique studio uigilantius quam umquam surrexerat, Fabius ad me perrexit. qui postquam consalutatus sequentis a me operis promissam continuationem reposceret, Faciam, inquam, non inuitus, quippe cum nec mihi sit in uita quicquam melius agere et tu hanc mihi iucunditatem studio tuo augeas, quod mihi perquam gratissimum est. placuit igitur ut, quoniam hesterna dissertio speciem explicuerat, alterius expositionis principium de sequenti differentia sumeretur. — Hic Fabius: Uberrime. inquit, a te hesternis uigiliis de generibus et speciebus expositum est. sed, ut dici audio, subtilior de differentiis tenuiorque tractatus est. — Non. inquam, inmerito. nam uarie acceptae differentiae uarias habebunt etiam potestates. erunt namque alias genera, alias species, alias uero differentiae. sed hoc postea demonstrabitur, nunc uero ita, ut arbitror, textus est:

Omnis differentia et communiter et proprie et magis proprie dicitur.

Differentiam quoque multis modis appellari designat. dicit autem tribus his modis fieri differentiam, cum aut communes sunt aut propriae aut magis propriae. communes sunt quibus omnes aut ab aliis differimus aut a nobis ipsis. nam sedere uel ambulare uel stare differentia est; nam si tu ambules, ego uero sedeam, in situ ipso atque ambulatione differimus. et item ego cum nunc sedeo, postea uero si ambulem, communi a me ipso differentia discrepabo. propriae uero sunt

18 s.] Porph. p. 8, 8. 22—p. 86, 7] Porph. p. 8, 8—17.

2 qua ipse est *om. F* qua *et* est *er. S* ipsa *(sic etiam K) ex* ipse *in ras. Sm2* 4 numquam *GKSm2* q̃ *m1* 5 resalutatus *T* sequentiam mei *(*me *C) Cm2T* continuationemque *C* 7 melius] iocundius uel melius *G* 8 iucunditatem] *T* iocunditatem *cett.* 9 dissertatio *m 1860* 10 explicauerat *K* 14 uariae *CDF* 16 *pr.* alias *in mg. Cm2* 17 ita *om. DK* 19 magis] maxime *Dm1S; Porph. p. 8, 8* ἰδιαίτατα. *sed cf.* magis *infra 22. 86, 4. 9. al.* 21 aut . . aut] autem . . et *D* 25 ipso *om. F* 26 nunc *s. l. Dm2*

quae unius cuiusque indiuidui formam aliqua naturali proprietate depingunt, ut si quis sit caecis oculis uel crispo capillo; etenim propria unius cuiusque singuli hominis sunt quoquo modo ista nascuntur. magis propriae sunt quae in substantia ipsa permanent et totam speciem differentia descriptioneque permutant, ut est rationalis uel mortalis hominis differentia. harum autem communes et propriae differentiae sub eadem specie singulos a se faciunt discrepare, illa propriis differentiis, illa communibus, magis propriae uero totam naturam cuiuslibet speciei substantiamque permutant et ab aliis speciebus segregant atque disiungunt. harum ergo communes et propriae differentiae, quoniam speciem non permutant, sed formam quodammodo et habitudinem solam faciunt discrepare, alteratum facere dicuntur, id est non integrum alterum facere, id est non integre permutare, sed quodammodo discrepantiam distantiamque faciunt, atque ideo non uocantur alterum facientes, id est permutantes, sed magis alteratum, id est non integrum alterum facientes. illa uero tertia, id est magis propria, quoniam substantialis est et ipsius speciei inserta naturae, alterum facit. nam quoniam homo atque equus quantum ad quod animalia erant, una illis erat substantia, ueniens rationale disgregauit omnino speciem et funditus alteram fecit. ergo communes et propriae differentiae alteratum facientes uocantur, magis propriae alterum facientes. constat igitur differentiarum alias facere alterum, alias alteratum. illae quae faciunt alterum, substantiales sunt et omnes naturam speciem-

7—p. 87, 17] Porph. p. 8, 17—9, 6.

2 caecis] caesiis *edd. (Porph. p. 8, 14 γλαυκότης), sed cf. infra p. 88, 6. 91, 12* 3 singuli] indiuidui *K* hominis sunt *om. T* quoque *T* 4 modo *om. CDPT* istae *F* propria *G* 7 horum *DFGKPS* 10 substantiam *D* 17 non *s. l. Cm2* 18 alteratum *Dm1* proprie *PT* propriae *S* 20 atque] et *D* 21 *ante* quod *add.* id *FGK, s. l. Sm2* 24 *ante* propriae *add.* autem *P, post FGK* 25 *post.* alias *om. F, s. l. K* illae] illae uero *C* 26 *ante* substantiales *add.* quae *CDPS (del. m2) T* omnem *P* *post* omnes *add.* quae *C*

que permutant et specificae praedicantur; ualent enim quamlibet speciem constituere et ab aliis omnibus segregare et eius formam naturamque componere. nam si dicas mortale et rationale differentias et eas animali supponas, non est dubium quin hominis speciem facias et speciei huius sint perfectrices. atque ideo specificae nominantur, quod et permutant naturam et ipsam substantiam cuiuslibet illius speciei constituunt. illae uero aliae nihil aliud efficiunt nisi alteratum, quippe cum aut proprietate quadam formae alius distet ab alio | aut p. 31
aliqua habitudine et dispositione aliquid faciendi. illa igitur magis propria differentia, quam specificam nominamus, sola poterit in generis diuisione congruere. etenim ceterae nihil ad substantiam, sed ad quandam quodammodo eiusdem similitudinis discrepantiam distantiamque ponuntur. nihil enim in illis praeter alteritatem solam reperire queas, quippe quae non constituunt species, sed constitutas iam et effectas magis propriis suis qualitatibus ipsae discriminant.

2. Quod autem dicit:

Repetenti nunc a superioribus dicendum est differentiarum alias esse separabiles, alias inseparabiles,

hoc est quod hic nunc diuisio alia rursus assumitur. nam cum prius differentiam in tribus partibus separaret et postea tres illas in duarum tantum numerum quantitatemque colligeret, ut alias alterum facientes esse diceret, alias alterantes, ipsarum rursus trium tertia sumitur facienda diuisio. dicit enim alias

19—21] Porph. p. 9, 7 s. 22—p. 89, 19] Porph. p. 9, 8—23.

1 et *om. CPT, s. l. Sm2* specificales *G* specificale *Sm1* 5 eius *Dm1* hae *T* sunt *CGT* 7 substantiam] sub *F* illius *post* speciei *P* alius *brm* 9 aliud *Pm1* distat *G* 10 habitudinem *F* 11 magis] maxime *S* 12 diuisionem *DFT* 15 solum *CPm1ST* 17 ipse discriminauit *G* 19 a *s. l. K, in ras. S* est *in mg. Pm2, om. CDT* 20 inseparabiles] esse inseparabiles *DGP* 22 alia diuisio *CST* 25 *in mg. figura quaedam res explicatas inlustrans est in C* 26 rursum *P* dicitur *DPT* dicuntur *S*

esse separabiles, alias uero inseparabiles, et sicut in priore diuisione alteratum facientes duae fuerant communes et propriae, sola uero magis propria remanserat quae alterum faciebat, eodem nunc etiam modo in separabilibus et in inseparabilibus communis tantum separabilis differentia est, aliae uero differentiae utraeque, ut caecitas oculorum uel flaua caesaries uel corporis proceritas, quae sunt propriae differentiae, uel certe rationabilitas uel mortalitas, quae sunt magis propriae differentiae, possunt numquam ab hominis specie segregari. sedere uero uel currere, quae communes sunt, separantur a singulis et item rursus adduntur, earum uero quae sunt inseparabiles, aliae per se ueniunt, aliae uero per accidens. et illae quae per se ueniunt, a magis propriis manant, illae quae per accidens, a solis propriis effunduntur. et inseparabile accidens est quicquid per inseparabilem propriam differentia unim cuique speciei contigerit. sed quamquam propria et magis propria inseparabiles differentiae sint, numquam tamen illam superiorem formam naturamque commutant. nam magis propria semper alterum, propria uero solum semper efficit alteratum. huc accedit quod inseparabiles propriae possunt alicui plus minusue contingere, inseparabiles magis propriae nec cumulis intentionis augentur nec imminutione decrescunt. potest enim alius procerior, alius fuscior, deductioribus alius capillis, alius

1 uero *om.* *T* 2 fuerunt *DF* 3 remaneret *T* 4 etiam nunc *C* *post.* in *om.* *FK* 5 separabilis—utraeque] (differentia *om.*) *G* separabilis differentia est. Differentiae uero utraeque *F* separabilis. Aliae uero differentie proprie et magis propria utreque *K* separabilis differentiae. sui ille uero (s. i. u. *om.* *D*) utraeque *DT* separabilis. differentias uero utreque (as *in ras.* uero *s. l.* utreque *del. m2*) *S* separabilis differentia est. Reliquae *C* separabiles differenciae sunt. Propriae uero et magis propriae utraeque inseparabiles sunt. Neque enim *P* 6 ut *om.* *DPT, s. l.* *Sm2,* id est *C* caecitatem (*uel* ce-) *DFPST* oculorum *om.* *C* flauam caesariem (*uel* ce-) *DFPST* 7 proceritas] *C* proprietas *GK* proprietatem *DFPST* 8 rationabilitatem uel mortalitatem *DFPST* 9 possimus umquam *Sm1T* possumus numquam *Sm2* segregare *DPm1ST* 15 separabilem *D* 16 propriae et magis propriae *FGS* 17 sunt *DPa.c.* (*ras. corr.*) 19 uero *om.* *CST* 20 quod] quoniam *F*

flauioribus nasci, quae sunt inseparabiles propriae differentiae, at uero magis propria, id est rationale, neque plus neque minus admittit. omnes enim homines in eo quod homines sunt, aequaliter sunt rationales atque mortales. nam si genus alicui plus minusue esse posset genus, possent etiam differentiae uel intentione crescere uel remissione decrescere. nam quoniam animal non est plus homini quam equo neque equo quam ceteris, et aequaliter subiectis omnibus genus est. sic specierum differentiae quas specificas appellamus, maius minusue non capiunt. nam si animal rationale mortale hominis definitio est et hominum nihilo minus singulorum, non est dubium quin haec definitio ad omnes homines singulos aequaliter semper aptetur et nulli neque plus neque minus conueniat. quod si ita est, partes quoque totius definitionis, quae sunt differentiae, tales erunt, ut nulli neque plus neque minus, sed aequaliter semper et conuenienter aptentur. partes autem huius definitionis sunt rationale et mortale. rationale igitur et mortale, quae sunt magis propriae differentiae, plus minusue non capiunt.

3. Ab hac igitur, id est separabilium inseparabiliumque differentiarum diuisione tribus modis differentias speculamur. nam aut separabiles sunt aut inseparabiles, inseparabilium uero aut per se ueniunt aut per accidens. quae per se ueniunt, aliae sunt quae genus diuidunt, aliae quae speciem informant atque constituunt. sed de superioribus prius dictum est, nunc autem de his quae genus diuidunt et speciem constituunt, disseramus. omnis quaecumque fit generum diuisio in species, si earum specierum alia subdiuisio fiat et a magis generibus

20—p. 92, 4] Porph. p. 9, 23—10, 21.

3 enim *om.* *D* 4 *post.* sunt *om.* *KSm1, post* mortales *s. l.* *m2* atque] et *D* 5 alicuius *FPSm2* posset] *Sm2* possit *cett.* possint *T* 11 et *om. K, s. l. Sm2* singulorum nihilo minus *D* 17 *pr.* et *om. K, s. l. DSm2* 20 id est] *CT* id est et *cett.* 22 inseparabilium] inseparabiles *CP* 25 prius *om.* *G* plus *D* 26 et] uel *CDP* constituunt] informant *T* 27 sit *G*

per subalterna genera usque ad magis species decurratur, gemina in his erit duplexque diuisio. namque si contrarias specierum differentias respicias. generum est diuisio, si subalternorum generum, fit specierum constitutio. si enim genus p. 32 diuidamus id est sub|stantiam, ut iam speciei disputatione diuisa est, et sit substantia, post substantiam animatum corpus et inanimatum, sub animato corpore sensibile et insensibile, sub sensibili, id est animali, rationale uel inrationale, sub rationali mortale uel inmortale, hae igitur differentiae eaedem species sunt, si contra se ipsas in diuisione respiciantur. et diuidunt genus hoc modo. nam quoniam sub substantia animatum corpus et inanimatum posuimus, si animatum corpus contra inanimatum respicias, substantiam diuisisti. si uero subalterna genera in ipsis differentiis aspicias, speciem constitues. nam si animatum corpus et quod sub ipso est sensibile corpus aspexeris, animal respexisti. item si rationalem differentiam contra inrationalem acceperis, genus quod est utrorumque, id est animal diuisisti. si uero sub eodem ordine rationalem differentiam et mortalem accipias, hominis sine dubio speciem demonstrasti. ita hae differentiae alio modo acceptae fiunt generis diuisibiles, id est genera diuidentes, alio uero modo fiunt constitutiuae specierum, id est quae species declarent atque constituant. nam si contrarias differentias respexeris, diuides genus, si uero subalternas, spe-

5 speciei disputatione] p. 70, 19 ss.

1 per *om. DS* 3 si *s. l. Sm2* 5 speciei] in speciei *brm* 6 sit] sicut *D (ex* ut *m2) S (*cut *er.) T* *post* substantiam *add.* corporeum et incorporeum. post corporeum *F* 8 sub *s. l. Dm2* uel] et *FG* 9 uel] et *GK* haec *DKP* eidem *P* 11 diuidant *FGK* sub *om. KT, s. l. DSm2* substantiam *KSm1* substantia—respicias] substantia corporeum et incorporeum. post corpus enim animatum et inanimatum posuimus si corporeum contra incorporeum respicias *F* corpus animatum *C* 14 constituisti *FGK* 16 respexisti] respexeris *P* *post* si *s. l.* sub *Sm2* 17 *post* inrationalem *add.* differentiam *CKPST* 18 utrarumque *P* 19 *post* mortalem *add.* differentiam *CPST* aspicias *S* 20 haec *P* 24 diuidis *GP*

ciem constitues. differentiarum igitur uis et separabilium et inseparabilium ceteras tres res, id est genus, speciem accidensque sic retinet, ut permutata comparatione per haec eadem ipsa etiam permutentur. nam rationale et mortale differentias si contra inrationale et inmortale respexeris, diuisibiles sunt et generis differentiae, sin uero idem ipsum rationale et mortale ad superiora comparaueris, species erunt eius quod eas continet animalis. si uero rationale atque mortale ad subiectum hominem consideres, genera eius constitutiuasque differentias contemplabere. at uero de illis aliis inseparabilibus. id est propriis, cadunt differentiae inseparabilis accidentis. inseparabile namque est accidens caecitas oculorum et nasi curuitas et alia huiusce modi. et idem de separabilibus accidentibus, id est de communibus. separabile namque est accidens uigilare, dormire et currere uel sedere. quod autem dicit:

Sic igitur composita sit super omnia substantia et sint eius differentiae diuisibiles animatum et inanimatum,

contrarias differentias in species monstrat. quod autem dicit:

Haec differentia animata atque sensibilis sociata substantiae perficiet animal,

constitutiuas specierum differentias monstrat. sic igitur uariis modis acceptae uarias uirtutes formasque sortitae sunt. sed et diuisibiles et constitutiuae utraeque specificae nominantur

16—18] Porph. p. 10, 14 s. 20 s.] Porph. p. 10, 16 s.

1 *pr.* et *om. C, del. Pm2* 2 atque accidens *T* 3 conpactione *F* 4 etiam *om. F, ante* ipsa *T* differentias—et mortale *(6) in mg. Dm2* 5 contra] et *S* 6 et generis differentiae *om. C* 8 atque] et *C* 9 constituasque *Dm1Pm1* 10 contemplare *DPm1* 12 est namque *FG* est *er., post* accidens *s. l. Sm2* 13 huius *DS* idem] idem fit *FGK* de *ex* in *Dm2* 14 id est] idem *C* communionibus *D* accidens est *CK* 15 et *om. FG* uel] et *FG* 16 sic *om. F* si *Sm2* 20 differentiarum *DPT* differentia id est *C* 21 substantia *DT* sub substantiae *S* ad substantiam *C* perficiet] *F* perficietur *GK* perficit *CP* perfici*t *D* perficiat *ST* 22 speciei *D* specie *(-ę P) PS* igitur] ergo *T* 23 uarias uarietates, *in mg. corr. F*

et in diuisione generum definitionibusque solae sunt utiles, ceterae uero inseparabiles per accidens inutiles, et multo magis illae sunt inutiles quae separabili differentia discretioneque formatae sunt.

4. Has autem specificas differentias qui de differentiarum definitione tractauerunt, tales esse declarant quibus species a genere abundant. quid autem sit, breuiter explanandum est. controuersia est utrum genus differentias specierum suarum in se habeat an minime, ut puta: animal sub se habet species rationale et inrationale, id est hominem et uerbi gratia equum; rationabilitatem igitur et inrationabilitatem, id est hominis uel equi differentias, quibus a se species sub animali positae differunt, utrum habeat utrasque animal an non habeat. nam si animal, quod genus est, neque rationale neque inrationale est, species quae sub ipso sunt positae, istas differentias non habebunt. nam si genus istas differentias non habebit, unde erunt speciebus differentiae, quibus a se ipsis differunt? sed si quis dicat esse in genere istas differentias, non enim haberent species, nisi prius genus habuisset, aliud maius continget incommodum. nam quoniam aeque sunt species quae sub aliquo genere supponuntur, et aequaliter homo atque equus sub animali genere ponuntur neque homo prius est neque equus, sed uterque aequaliter animati species nominantur. igitur si rationale atque inrationale aequaliter sub eodem genere sunt,

5—p. 93, 22] Porph. p. 10, 22—11, 6.

1 et *del. Sm2* diuisionibus *FGK* 3 sunt *om. F* discrepationeque *D* 7 habundent *FG* explicandum *GKP* 8 *ante* controuersia *add.* in *DS* 10 *ante* equum *s. l.* et *S* 11 rationalitatem *T* inrationalitatem *T* 13 *post post.* habeat *add.* quaestio est *F* scil. questio est *s. l. Gm2* 14 est genus *D* *post* rationale *add.* est *DFKP,* ẽ *er. uid. C* neque inrationale *in mg. Dm2* 15 est *om. DFKP, postea add. T* 18 ista *D* *post* haberent *add.* differentias *K, post* species *FG* 19 species *s. l. Cm2* speciem *P* habuissent *P* magis *FGP* 21 ponuntur *D* 22 genere *om. C* 23 animati] *DGp.c.(in mg.)K (ras. ex* -manti*) P (in ras. m2) T* animatae *FGa.c.S* animalis *C* nominatur *C*

erunt etiam uno tempore. quodsi uno tempore et genus istas differentias habet, ut genus suapte natura id est animal rationale sit et inrationale, non est dubium quod eadem | res uno tempore [p. 33] duas contrarietates in sese substantialiter retineat, quod fieri nequit. quid igitur? dicendum est quoniam genus actu quidem ipso, quod Graeci ἐνέργειαν uocant, istas differentias non habet, at uero potestate ab his ipsis differentiis, quas in suas species fundit, non uacat. quid autem sit actus et potestas, castigatius explicandum est. tantum interest actus a potestate, quantum homo ridens ab eo qui ridere possit, non tamen rideat. ille enim agit ipsam rem, ille tantum potest, non etiam agit. sic igitur et animal. namque homo actu ipso rationalis est, semper enim homo rationalis et nihil aliud est; et equus semper inrationalis, et eius inrationabilitas in actu posita est. at uero ipsum animal rationale uel inrationale non ipsum agit neque est in eorum actu positum, sed in potestate. potest enim ex se rationale atque inrationale profundere. quare quoniam species actu differentias continent, genus uero potestate, species a genere merito differentiis abundare dicuntur, quoniam quod genus potest, id est differentias facere, species non solum possunt, sed etiam agunt; in ipsis enim speciebus positae informataeque sunt.

5. Est autem alia differentiae definitio talis, quae dicat differentiam esse quae ad plurimas species in eo quod quale sit praedicetur. differentia ad res plurimas dici potest, ut rationale dicitur ad hominem — homo enim rationalis —, dicitur ad deum; deus enim rationalis dicitur, sed non in eo

23—p. 94, 6] Porph. p. 11, 7—12.

1 *post.* uno] in uno *K* 3 uno] in uno *C* 6 ἐνέργειαν] *brm* energian *CPm2* energiam (-iã *GST*) *FGSp.r.T* emergenciam *D (m2, om. m1) Pm1* (merg-) *Sa.r.* energitim *K* 8 diffundit *K* uocat *Cm1* 9 explanandum *C* 10 qui] quod *DGKPS* 13 *post.* est *post* rationalis *C, om. post* aliud *CT* 14 inrationalitas *T* 15 *post.* ipsum *om. C* ipse *DS* 23 aliae *Dm1F* talis diffinitio *FG* 25 *post* differentia *add.* enim *F* 26 *post* enim *add.* est *FG, post* rationalis *s. l. Cm2* 27 *post pr.* dicitur *add.* etiam *Cm2*

quod quid sit, sed in eo quod quale sit. nam si qualis homo sit interrogetur, rationalis continuo respondetur, qualis deus sit si interroges, rationalem non absurde dixeris. eodem modo etiam inrationabilitas. dicitur enim et ad equum et ad bouem et ad piscem et ad auem, quae omnia si qualia sint interrogaueris, inrationabilia praedicantur. bona igitur et recta haec est definitio, id est:

Differentia est quod ad plurimas res specie distantes in eo quod quale sit praedicatur.

Et de mortali uero et de aliis differentiis eadem est ratio.

6. Sequitur locus perdifficilis, sed transferentis obscuritate Victorini magis quam Porphyrii proponentis, qui huiusmodi est. dicit omnem rem quaecumque est corporea, ex materia et forma constare. namque si statuam dicas, constat statua ex aere uerbi gratia et figura illa quam ei suus fictor inposuit, et est materia ex quo facta est aeris, figura uero, id est forma, qua aes ipsum formatum est. nam si hominem formabis ex aere, erit hominis forma, aes uero materia. eodem modo etiam genus. namque genus in modo materiae accipitur, differentia uero in modo formae. etenim quemadmodum quaecumque illa res ex materia et forma consistit, sic etiam omnis species ex genere et differentia. namque genus ita est hominis, ut est statuae aes, differentia uero sic est hominis, ut est forma illa ex qua aes effictum est. nam sicut ex aliqua figura quae ex aeris materia effecta est, cuiuscumque illius species statuae

8 s.] Porph. p. 11, 7 s. 11—p. 96, 5] Porph. p. 11, 12—17.

1 sit homo *GK* 3 rationalem] *F* rationale *cett.* 4 inrationalitas *Dm1* 5 et ad piscem *om. C* 6 inrationalia *T* 7 *alt.* est *om. G* 13 dicit] *post* rem *F* dicit enim *GT* materiali *T* et] *D, om. T* uel *cett.; an* uel *scribend.? cf. Bonnet, Lat. de Grég. de Tours p. 315* 15 quam] quod *D* 16 *ante* materia *add.* aeris, *om. post* est *F, ubi* ab aeris *G* qua *brm* id est *om. F* 17 formauit *CDFPT* *ante* ex *add.* et *CP, ras. in DS* 18 modo] modo quo *CDT* 19 modum *GKT* 21 et forma] formaque *G* 23 sic] ita *P* hominis est *FG* 24 effectum *CDm1FGPm1T* 25 materie *PT* (-ę) effecta *CFPm1*

fit, sic etiam cum in genus, id est in animal uenerit differentia, id est rationale, hominis species fingitur. ista igitur sibi proportionaliter sunt. proportio autem est cuiuscumque illius rei similis ad aliquam rem cognatam comparatio, ut puta si duo compares ad quattuor, dupla proportio est, sin uero uiginti ad quadraginta, eadem dupla. sub eadem ergo proportione sunt quattuor ad duo, sub quali quadraginta ad uiginti. quod utrique duplex est numerorum comparatio. sic igitur qualis proportio est, id est comparatio materiae et figurae, talis est proportio generis et differentiae, et ista quattuor sibi proportionaliter sunt. eodem enim modo ex materia et figura species cuiuscumque illius fictionis formata est, quemadmodum ex genere uel differentiis species cuiuscumque illius animantis inanimantisue formatur. quod Victorinus scilicet intellexisse minus uidetur. nam quod Porphyrius ἀνάλογον dixit, id est proportionale, ille sic accepit quasi ἄλογον diceret, id est inrationale. atque ideo in loco ubi habet hoc modo scriptum:

Omnes namque res ex forma et materia consistunt, ipsa autem forma inrationabilis est,

tollendum est inrationabilis est et dicendum proportionabilis est. et subterius paululum ubi habet:

Iam omne genus simile materiae est et consistit inrationale,

15 ἀνάλογον] Porph. p. 11, 13. 18 s.] Porph. p. 11, 12 s. 21 (subterius)—23] Porph. p. 11, 15.

1 fit] sit *CG* cum *om. CD, s. l. Sm2* *post.* in *om. D* *ante* uenerit *add.* cum *C* si *s. l. S* 2 *post* hominis *add.* enim *DPm2* etiam *m1* 3 rei similis illius *C* 4 cognata *C* 5 sin] si *CDS* sint *Fa.c.* 6 proportiones *KSp.c.* 8 utraque *FG* 11 modo enim *G* 12 species *om. FGK* cuiusque *DGT* forma *FGK* 13 uel] et *PT* cuiusque *Ga.c.PTa.c.* animantis inanimantisue] generis *F* 14 minus intellexisse *FP* 15 ἀνάλογον] *b 1546 in indice erratorum* analogon *CFKSm2* analongo *m1* anagolon *DGPT* 16 proportionale] *D* proportionaliter *CGPST* proportionabiliter *FK (item 96,2)* ἄλογον] *r* alogon *DFGS* agolon *uel sim. CKPT* 17 habetur *FGK* scriptum hoc modo *DFGKP* 18 omnis *P* constituunt *K* consistit *P* 19 autem] enim *C* inrationalis *DT* 20 et—est *om. CDPST* 21 habetur *FGK* 23 *(et 96,1)* inrationabile *FKP*

tollendum inrationale et ponendum est proportionale, ut sit et consistit proportionaliter. nam quae proportio est figurae ad materiam in efficienda cuiuslibet corporis fictione, p. 34 eadem est proportio diffe|rentiae ad genus in efficienda cuiuslibet specie animati atque inanimati.

7. Sequitur item alia definitio, quae est huiusmodi. dicunt enim esse differentiam quod possit separare quicquid sub eodem genere est, et recte dicunt. nam dum sub eodem genere sit homo atque equus, quia utrumque est animal, cum uenerit rationale uel inrationale, equum atque hominem, quae sub eodem genere sunt, diuidunt atque discernunt. sunt igitur illae differentiae quae possunt res sub eodem genere separare. Est autem alia definitio: differentiae sunt quibus quidque ab alio distat. nam homo atque equus rationali atque inrationali differentia discrepant, cum unum sint quantum ad genus. et hoc est quod dicit:

Differentia est qua differunt singula, quia per se ipsum genus est et illa quae rationabilia sunt, nos scilicet, et illa quae inrationabilia sunt. namque et homo et equus et auis haec omnia genus unum sunt, id est animal. namque animal horum omnium genus est.

Sed si de hoc loco in quo positum est quia per se ipsum

6—13] Porph. p. 11, 18—20. 13—16] Porph. p. 11, 21—23. 17—22] locus Porphyrii p. 11, 21—12, 1 explanatus mutatusque. 23—p. 98, 17] Porph. p. 11, 18—12, 10.

1 tollendum] tollendum est *CGKT* proportionale est *C* est proportionabile *F* est *om. DK* 2 consistat *CP* 3 in—fictione *om. P* 4 ea *P* proportio *ante* est *D, om. P* 5 specie* *(s er.) DS* animati atque inanimati] generis *F* 8 *pr.* eodem *om. CDP, er. S; Porph. p. 11, 19* ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος 9 sit genere *FK* 10 uel] atque *C* qui *D* quod *K* 13 *post* definitio *add.* differentiae *C* 14 quodque *T* unum quodque *C* alia *GP* 15 discrepat *(ante* differentia *D) DGSm1T* sit *DST* 18 rationalia *T* 19 scilicet *post* illa *repet. D* inrationalia *KST* et *om. FKT* 20 haec] et *C* et haec *T* unum] suum *DSm1T* suum sunt uel unum *C* 23 loco *om. F*

genus est, mutes et facias 'quia per se ipsa animalia sunt', plenior sensus erit — generis enim hic nomine pro animalis abusus est — et erit huiusmodi ordo: 'differentia est qua differunt singula, quia per se ipsa animalia sunt et illa quae rationabilia sunt animalia, nos scilicet, et illa quae inrationabilia sunt'. quod si sic esset, nullus esset error omnino. nunc uero genus quod ait, pro animalis nomine intellegendum est. item dii atque homines cum utrique rationales sint, mortalitatis tamen nomine adiecto differunt discrepantque. sic igitur differentia est qua singula differunt, sed hoc non simpliciter, sed illas tantum differentias huiusmodi esse putandum est, quae ad substantiam prosunt et quae ad id quod est et quaecumque speciei possint esse aliqua pars. quod huiusmodi est. si equus atque homo, quorum utrorumque unum genus est animal, a se differunt rationali atque inrationali qualitate, attamen ista rationabilitas et inrationabilitas in substantia ipsarum specierum est hoc modo. nam neque equus potest esse sine inrationabilitate neque homo sine rationabilitate. atque ideo istae differentiae prosunt ad aliquid esse speciei illi cui fuerint accommodatae et substantiae ipsius partes sunt. nam cum homo ex his differentiis constet, id est ex rationali et mortali, rationale et mortale solum positum pars est substantiae hominis. nam si utraque simul unum hominem faciunt, non est dubium quin ad substantiam hominis efficiendam una quaeque earum res pars esse uideatur. quare illae

1 facies *F* sint *F* 2 planior *Sm2 edd.* 4 quia] *FP* uel quia *K* quae *CDG* qua *S, om. cum loco* plenior *(2)*—animalia sunt *(4) T* 6 error esset *G* 8 rationabiles *Sm2* sunt *DPT* mortalis *Dm1Fa.c. K* 9 nomine tamen *G* discrepanti *DPm1 (*-tes *m2) T* 12 prosint *FK* *pr.* et *om. GKPST* 13 speciei] *D* species *cett.; an* <substantiae> speciei? *cf. 16 ss. p. 98, 1. 15* possint] *F* possit *GKST, post* esse *D* possunt *(post* pars*) C, om., sed* potest *post* pars *P* 14 unum *om. GP* 15 rationabili atque inrationabili *T* 16 et] atque *C* 18 inrationalitate *DS* rationalitate *DG* 19 differentiae istae *C* aliquod *D* speciei *ante* esse *F* specie *D* 21 *post.* ex *om. CPT* 22 mortali et rationali *ST* 23 hominem unum *C* 25 res earum *C* esse *om. G* uidetur *F* uideatur] *hic desinit cod. D*

differentiae quaecumque non prosunt ad esse nec partes substantiae cuiuslibet speciei sunt, specificae differentiae dici non habent, quamuis sola hoc una species habeat. nam si homo nauigat, potest dici animal nauigabile, sed nauigare in substantiam hominis non conuertitur. neque enim homo inde subsistit, quia nauigat, quamuis hoc nullum aliud animal habere possit, id est nullum possit animal nauigare. eodem modo et esse rhetorem uel grammaticum. has igitur differentias quae ad esse non prosunt, sed tantum artem aliquam scientiamque commemorant, non ponimus specificas esse, quamuis una quaelibet animalis id species habeat. ergo considerandum est, ut quotiens dicimus definitionem differentiae illam, ‘differentiam esse qua differant singula’, illam significari differentiam intellegamus quae ad aliquid esse prodest et quae est alicuius pars substantiae speciei, illas uero quae ad esse non prosunt, in hoc genere differentiarum, quamuis singulae cuiusque sint, non ponamus.

8. Sed quoniam de differentia dictum est, de proprio explicemus. — Tunc Fabius: Ut arbitror, consequens est:

Proprium quattuor dicitur modis. dicitur namque proprium quod uni speciei accidit, etiamsi non omnibus.

Et ego: Quattuor ergo modis propria diuiduntur. est enim proprium quod uni accidit, etsi non omnibus, ut est rhetor
p. 35 uel geometer uel grammaticus. haec | uero omnia uni soli speciei, id est homini accidunt, non tamen omnibus. neque

20—22] Porph. p. 12, 12—14. 23—p. 100, 5] Porph. p. 12, 14—22.

4 substantia *CT* 5 non conuertitur] *FSm2* conuertitur *KSm1* non uertitur *CGPT* 7 animal possit *CFP* 9 scientiamue *ST* 11 *ante* habeat *add.* non *C* 12 differentiam *ante* illam *C, post* esse *ST* 14 prodest esse *F* 15 illa *Sm1T* 20 *ante* Proprium *add. inscript.* DE PROPRIO *CGm2PSpbm, om. Tr, relicto spatio FK* *pr.* dicitur *ante* quattuor *C, post* modis *P* 25 geometer] *FGm2KP* geometres *Cp.c.ST* geometros *Ca.c.Gm1* 26 hominis *F* non tamen] etsi non *P*

enim omnes homines grammatici uel rhetores uel geometres sunt, atque ideo uocabitur hoc proprium quod uni sit, etiamsi non omnibus. est item alia proprietas quae est omnibus, etiamsi non soli. nam bipes omni homini accidit, omnis enim homo bipes est, sed non soli hominum speciei accidit, sed etiam auibus. est item tertium proprium quod omni et soli et aliquo tempore accidit, ut est in pubertate pubescere et in senecta canescere. namque et omnibus hominibus euenit et nulli alii speciei nisi soli hominum et aliquo tempore; constitutum enim tempus est uel adolescentibus pubescendi uel senescentibus canescendi. neque enim a sexto anno uel septimo aliquis pubescit aut a uicesimo canescit, nisi forte aliquid accidit noui. quartum proprium est quod uni speciei accidit et omnibus sub eadem specie indiuiduis et omni tempore. nam risibilem esse hominem et uni speciei solum, id est homini, contingit et omnibus sub eadem specie indiuiduis; omnes enim singuli homines rident et omni tempore. numquam enim tempus fuit ut quicumque ridere non posset. sed risibile dico potestate, non actu. namque etsi non rideat homo, tamen quia ridere potest, risibilis appellatur. et sunt integre et uere propria ista quae et uni et omnibus et omni tempore insunt, namque haec speciebus suis conuerti possunt. si enim dicas: quid est homo? risibile, si: quid est risibile? interroges, homo praedicabis. illa uero alia, bipes uel grammaticus, propria quidem sunt, sed conuerti non possunt. nam grammaticus semper homo, homo uero non semper grammaticus, et e contrario homo

1 enim *om. GK* geometri *K* 7 *ante* aliquo *add.* in *P, s. l. Sm2* ut] id *CGT* senectute *CK* 8 *ad* canescere *in mg.* ł senescere *G* nam *CSm1* 9 in aliquo *ut 7* 10 adolescenti *C* adulescentibus *S* 11 canescendi] *FKSm2* senescendi *CGPSm1T* *ante* a sexto *add.* a quinto uel *F* anno *om. FK* septimo] a septimo *FP* 12 a *om. KS* accidat *(ante* aliquid *K) FKSm2* 13 accidit speciei *K* 14 risibile *F et Hilgard, qui* hominem *(15) del.* 17 rident] risibiles sunt *C* 19 actu] in actu *G* 21 *pr.* et *om. K* et omnibus *om. C* 24 illa—grammaticus *(26) in sup. mg. Cm2* bipes] id est bipes *C* 25 semper homo—homo semper] semper homo est. Sed e contrario homo non semper grammaticus est. Item homo semper *P*

semper bipes est, non e contra bipes semper homo est. et hinnibile similiter magis proprium equi est. nam eodem modo haec proprietas ad suam speciem conuerti potest. nam si dicas: quid est equus? hinnibile respondebis, si: quid est hinnibile? equus praedicabitur.

9. Sed quoniam de propriis dictum est, de accidentibus sequens tractatus habeatur. — Tum Fabius: Definit Porphyrius accidens sic:

Accidens est quod infertur et aufertur sine eius in quo est interitu.

Hoc autem dicere uidetur, illud esse accidens sine quo potest constare illud cui accidit; ut puta si forte casu aliquo cuiquam facies inrubuerit, abscedente rubore inlaesa facies permanebit, sicut eueniente non laesa est. diuidit ergo accidens in separabile et in inseparabile. namque separabile accidens est, ut puta si quis sedeat uel ambulet, inseparabile est, ut si dicas coruum nigrum, cygnum album; a quibus haec accidentia separari non possunt. nascitur autem huiusmodi dubietas, utrum superior definitio uera sit et omnium accidentium nomen includat. nam quoniam sunt quaedam, ut ipse ait, accidentia inseparabilia, in his talis definitio uidetur conuenire non posse. nam si separari non possunt, non est in illis uera definitio quae dicit accidens esse quod et inferri et auferri potest sine eius in quo est interitu. nam cum inseparabilia sunt, auferri non possunt. sed haec tam uehemens quaestio soluitur sic, quod haec ipsa definitio de accidentibus facta est potestate, non

9 s.] Porph. p. 12, 24 s. 14—p. 101, 16] Porph. p. 12, 25—13, 3.

1 e *om. CFP* semper bipes *C* 2 similiter *om. C* *post* modo *add.* (scil. *S)* quo et risibile *GSm2, post* proprietas *F* 4 respondebitur *T* *post* hinnibile *add.* interroges *F* 7 *post* habeatur *add.* DE ACCIDENTI *CKPS, om. F (linea uacua) T, ante* Accidens *(9) add. bm,* DE ACCIDENTI. De accidenti porphirius sic definit *G* Tum Fabius *om. CGP* *post* Definit *add.* igitur *C* 11 constare potest *C* 12 cuique *T* 14 diuiditur *brm; Porph. p. 12, 25* διαιρεῖται δὲ εἰς δύο 18 huiusce modi *T* 22 quae] qua *GK* 23 *pr.* et *om. F* 24 sint *G* 25 resoluitur *F*

actu, et intellegentia, non ueritate, non quia Aethiops et coruus colorem amittunt, sed sine isto colore ad intellegentiam nostram possunt subsistere. nam uerum est quoniam Aethiopem aut coruum color niger numquam deserit. sed si quis subintellegat colorem istum Aethiopem uel coruum posse amittere, plumarum tantum color in coruo mutabitur et erit auis alba specie et forma corui, si quis hoc intellegat, at uero hominis, id est Aethiopis, amisso nigro colore, erit eius species candida, sicut etiam aliorum hominum. ergo hoc non ideo quia fiat dicitur, sed ideo quia, si posset fieri, huius accidentis susceptrix substantia non periret. quod ipse hoc modo demonstrat:

Potest autem subintellegi et coruus albus et Aethiops|colorem suum perditurus sine interitu suo p. 36
in quo color fuit.

Nihil enim ad speciem impedit, si Aethiops uel coruus amisso colore in propriae substantiae natura permaneat. Est autem alia definitio, quae est huiusmodi:

Accidens est quod contingit alicui et esse et non esse.

Nam quod in substantiam non conuertitur, id accidens esse dicimus, id est non in substantia insitum, sed extrinsecus ueniens. ergo ea quae contingunt et esse et non esse, ideo accidentia uocata sunt, quoniam in substantiae ratione non accipiuntur. si enim in substantiae ratione ponerentur, numquam non essent, et si non essent, numquam esse possent. nam quoniam uerbi gratia ratio in substantia hominis est, numquam homo esse poterit inrationalis, quoniam inrationabilitas in substantia hominis non est. ex hoc ergo uenit etiam alia defi-

12—14] Porph. p. 13, 1—3. 18 s.] Porph. p. 13, 3 s.

2 amittant *brm* 6 tamen *G* in] et in *K* 7 species *ex* specie *K* intellegit *K* 8 erit *post* species *F, om. K* ei *P* 9 aliorum etiam *PST* hoc *om. P* hac *F* fit *P* 15 ad] et ad *CG* 20 substantia *CFGPT* uertitur *GPST* 21 dicimus] monstratur *K* exterius *G* 22 ea] ea ratione *F* 24 accipiuntur] ueniunt *T* perueniuntur *(sic) P* 27 homo *om. G* irrationabilis *edd.* irrationalitas *P* 28 alia] illa *K*

nitio, accidens esse illud quod neque genus sit neque species neque differentia neque proprium. nam quoniam genus, species, differentia et proprium in substantia sunt et cuiuscumque illius rei substantiam monstrant, idcirco quicquid horum aliquid non fuerit, id accidens merito praedicatur.

10. [DE COMMUNIBUS GENERIS, DIFFERENTIAE, SPECIEI, ACCIDENTIS PROPRIIQUE.]

Explicitis igitur atque expeditis his quae proposuit, id est genere, specie, propriis, differentiis accidentibusque, tractare nunc exequitur illa quae inter haec communia omnia uel quae differentiae sint. et primo omnium simul inter se communiones explicat, post etiam singulorum, et dicit omnium esse commune de pluribus praedicari. namque genus praedicatur de speciebus et de indiuiduis, eodem modo praedicatur et differentia de speciebus et de indiuiduis, etiam proprium et de speciebus et de indiuiduis praedicatur, at uero species de solis tantum indiuiduis appellatur. genus enim praedicatur de equis, hominibus, bobus et canibus, id est speciebus, praedicatur item et de his quae sub ipsis speciebus indiuidua continentur; nam sicut species ipsae canis uel equi uel hominis

1 s.] Porph. p. 13, 4 s. 7—12] Porph. p. 13, 6—9. 12—p. 103, 17] Porph. p. 13, 9—21. 13 s.] Porph. 13, 10.

3 et *om.* *C* in *om.* *F* 5 praedicabitur *GK* 7 *post* praedicatur *inscript. habet K, post* sint *(12) CG, post* dicit *(13)* DE COMMVNIB. *in ras. Pm2, post* praedicatur *add.* quae sit omnium communio *Sm1, del. et s. l.* QVĘ *** SIT OMNIV̄ COMMVNIO VEL PROPRIETAS *m2, inscript. om. FT; inscriptiones capitum uncis inclusimus ut ex Edit. sec. inlatas; cf. Proleg.* DE COMMVNIBVS] *Porph. p. 13, 9* Περὶ τῆς κοινωνίας *(cod. M* Περὶ τῶν κοινῶν καὶ ἰδίων*)* τῶν πέντε φωνῶν, *item fere (plerumque* καὶ ἰδίων *om.) in seqq. capp.* 8 ante ACCIDENTIS *add.* ET *GK* PROPRII *C* proprii accidentisque *brm* 9 igitur *om. C* 10 genere] de genere *F* differentiis accidentibusque] *C* differentiisque *cett.* 12 sunt *G* 13 *post* singulorum *add.* proprietates *FGK, s. l. Sm2* 14 plurimis *T* 16 *post.* et *om. CK* 18 enim] autem *C* praedicatur] ut *(om. FK)* animal praedicatur *FKbrm* 19 bubus *GT* et *om. K* 21 ipse species *K* species ipsa *PT* ipsa *(om.* species*) CG* equus uel homo *C*

animalia sunt, sic et unus quisque equus uel homo animalia praedicantur. differentiae uero praedicantur de speciebus et de indiuiduis hoc modo. namque homo et equus species sunt, sed rationalis dicitur et ad speciem hominis differentia praedicatur. eodem modo et ad Ciceronem. nam cum sub hominis specie indiuiduum sit, et ipse rationalis appellatur. proprium autem de specie praedicatur. cum dicitur species, quod est homo, risibilis et cum dicitur Cicero risibilis, quod est indiuiduum, monstratur proprium de indiuiduis praedicari. species uero de suis tantum solis indiuiduis praedicatur. interrogatur enim: quid est Cicero? et homo respondetur. accidens uero ante praedicatur de indiuiduis et postea de speciebus. nam si quis dicat: homo sedet, quod est accidens separabile, cum quicumque singulum hominem, id est indiuiduum, sedere uiderit, tunc id et de specie praedicat, ut dicat: quoniam Cicero sedet, Cicero autem homo est, homo sedet. eodem modo inseparabile de speciebus et de indiuiduis praedicatur.

11. [DE COMMUNIBUS GENERIS ET DIFFERENTIAE.]

Expeditis ergo omnium communionibus, generis et differentiae primum communiones differentiasque declarat. et primum dicit generi cum differentia esse commune quod ab utrisque species continentur. nam genus, quod est animal, continet speciem hominis atque equi. porro autem rationale, quod est differentia, continet et hominem et deum, et inratio-

18—p. 105, 9] Porph. p. 13, 22—14, 10. 21 s.] Porph. p. 13, 23.

2 differentia uero praedicatur *S* 3 et] uel *KT* 5 eodem] eo *CGPST* et *om. C* 7 autem] uero *T* 12 ante *om. C* 13 quod] et quod *G* 14 uiderit] uidere *KSa.c.* 15 praedicatur *GKS* ut dicat *om. FS* quoniam *om. P* 16 Cicero autem—sedet] cicero sedet. cicero homo est *Pm1* cicero homo est. homo sedet *m2* *post* inseparabile *add.* accidens *brm* 18 *inscript. hic habent KP, in mg. Sm2, post* declarat *(20) CG, om. F (spatium uacuum) T, post* praedicatur *add.* CAPITVLVM. *et s. l.* In quo sibi genus differentiae atque *('lege* atque diff.' *Schepss)* communicent atque ab inuicem differant *S; cf. ad p. 102, 7* CŌMVNI *S* GENERIS *ex* -RE *S* 19 communibus *F* 24 et deum et hominem *KP* *pr.* et *om. ST* inrationale] *K* inrationalis *(uel* irr-*) CFP* inrationabilis *GST*

nale, quod est differentia, continet equum, bouem atque auem, sed ita continet, ut genus semper plures species contineat quam continet differentia. namque genus et ipsas differentias continet. genus enim, id est animal, rationale atque inrationale continet illasque species quae sunt sub rationali; etiam eas p. 37 ⟨quae sunt sub⟩ inrationali, continet genus, | id est animal. at uero differentia, id est rationale, inrationale non continet, sed tantum hominem atque deum. plus igitur genus continet quam differentia. Est autem et alia communio. si quid enim ad quodlibet genus ita praedicatur, ut eius genus sit, et de illis speciebus quae sunt sub illo genere ad quod praedicatur, illud genus appellatur et de indiuiduis quae sub illis speciebus sunt. namque animal genus est hominis, et de animali praedicatur ut genus substantia; genus enim substantia animalis est. ergo illa substantia quae ad hominis genus, id est animal, ita praedicatur ut genus, praedicatur etiam et ad ipsum hominem; dicitur enim homo substantia. praedicatur item illud generis genus etiam de his quae sunt sub specie indiuiduis; dicitur enim Cicero, quod est sub hominis specie indiuiduum, substantia. differentia eodem modo. nam si qua differentia dicta fuerit de alia differentia, ut differentia intellegatur, praedicabitur et ad speciem quae sub illa differentia est ad quam praedicatur, et de illis indiuiduis quae sub eadem specie sunt. nam 'ratione uti' differentia ad rationalem differentiam ueluti cognata differentia praedicatur, rationabile autem praedicatur ad hominem:

1 equum] et equum *P* 2 *post.* continet *F* 3 quam] quod *K* continet *om. C* *post.* continet differentias *C* 4 id] quod *T* atque *om. Sm1* et *s. l. m2* 5 illas *CPSm1T* illasque—continet *(7) om. K* etiam *in ras. Pm2, s. l. T,* uel *F* eas *om. FP* 6 quae sunt sub *add. edd.* inrationali] *F (post add.* etiam*), om. cett.* 7 id est rationale] rationalis *T* inrationale *om. FT* *post* sed *add.* rationale *K, post* tantum *s. l. Sm2* 9 et *om. K* 10 ita *om. K* eius *om., litt. er., P* 11 illo] ipso *C* 12 *ante* indiuiduis *add.* illis *brm* 14 est *om. C* 16 et *om. K* 18 sub *om. G* indiuidua *F* 20 fuerit *in mg. Cm2* 22 est *om. P, er. C, s. l. S* quam] quae *K* 23 differentia *om. Kp* 24 rationabilem *KPSa.r.T* 25 rationalem *F* rationale *T*

ergo et ratione uti praedicatur ad hominem. idem etiam ratione uti praedicatur ad Ciceronem, quod est indiuiduum sub illa specie ad quam speciem illa differentia, id est rationalis, praedicabatur, de qua praedicabatur ut cognata illa differentia, id est ratione uti. igitur est ista generis differentiaeque communitas, quod ea quae de genere speciei praedicantur ut genus, et de sub eodem genere specie praedicantur et de indiuiduis, et illa quae de differentia praedicatur ut differentia, et de sub eadem differentia specie praedicatur et de indiuiduis. Est autem alia communio, quod quemadmodum interempto genere species interimuntur, sic interempta differentia species sub eadem differentia interimuntur. nam si interierit animal, homo atque equus continuo periturus est, sin uero differentia, id est rationale, dii atque homines interibunt et nihil eorum erit quod uti ratione possit.

12. [DE PROPRIIS GENERIS ET DIFFERENTIAE.]

Post demonstrationem igitur communium proprietates eorum differentiasque designat et dicit differentiam primam eam qua genus non solum ⟨a⟩ differentiis, sed etiam speciebus uel propriis uel accidentibus differat. namque dicit g e n u s m u l t o d e p l u r i b u s p r a e d i c a r i q u a m p r a e d i c e t u r d i f f e r e n t i a u e l s p e c i e s u e l a c c i d e n s u e l p r o p r i u m. namque genus dicitur, id est animal, de quadrupede, de bipede, ⟨de⟩ reptili, id est

9—15] Porph. p. 14, 10—12. 16—106, 23] Porph. p. 14, 13—19.

1 ergo—Ciceronem *om.* *K* et *om.* *C* 3 illa *om.* *CK, post* differentia *F* 6 specieque *S* 8 quae de differentia] differentia quae *F* quae differentia *S* praedicantur *brm* 9 praedicantur *brm* autem *om.* *K* 11 sic] sic et *FK* 13 continuo *om.* *C* 14 di *T* diique *(tamen* atque*)* *F* erit] est *C* 16 *inscript. om. FT, ad* namque *(20, supra quod* HIC*) in mg. add. Sm2;* DE PROPRIIS] *item Edit. secund. lib. V c. 4 ss.; Porph. p. 14, 13* Περὶ τῆς διαφορᾶς, *cod. M (et B)* περὶ τῶν ἰδίων, *item fere in seqq. capp.* ET *om.* *C* 17 communionum *FGPT* proprietas *GT* 18 primam differentiam *ST* quae *Cm1* 19 a *add. edd.* de *G* uel *om.* *C* 21 praedicatur *CPST* 22 uel proprium uel accidens *F* 23 quadrupe *Cm1F* *alt.* de *om.* *FT* *tert.* de *add.* *brm*

de serpentibus, uel de natabili, id est de pisce. quadrupes autem, quod est a bipede differentia, de solis illis dicitur quae quattuor pedes habent, id est equus uel bos, de ceteris autem aliis, id est bipede uel reptili uel natabili, unde genus aequaliter praedicatur, appellari non potest. plus autem genus ab speciebus praedicatur, quod, cum hominis species sit et de solis indiuiduis praedicetur, idem tamen homo de equo uel boue uel cane non praedicatur. at uero animal, quod est genus, de pluribus speciebus praedicatur, id est de homine et de equo et cane et boue et de omnibus quae sunt sub ipsis posita indiuiduis. genus autem a proprio praedicationibus abundat, quod proprium unius speciei semper est et de sub eadem indiuiduis, genus uero de multis speciebus et propriis praedicatur et de sub eisdem indiuiduis. ab accidentibus uero genus magis de plurimis praedicatur, quod, cum unius cygni inseparabile fortasse accidens sit album, animal non solum de cygno praedicatur, sed de omnibus animalibus, etiam non albis, at uero accidens de solis tantum illis quibus inseparabiliter continetur uel quibus separabiliter; nam principaliter de indiuiduis dicitur. quare constat multo de pluribus praedicari genus quam accidentia praedicantur, quod accidentia principaliter de indiuiduis, genera uero de indiuiduis et de speciebus et de differentiis praedicantur.

1 de *om. KP* serpente *edd.* natatili *FKSm2* de *om. K* 2 dicitur illis *K* 4 natatili *FKSm2* 5 appellari] appellari quadrupes *C* predicari *P* autem] enim *F* 6 a *FT* quod] quia *P* homo *FT* *post* species *s. l.* una *Pm2* sit *om. K* 7 idem *del. Sm2* 8 *pr.* uel] de *K* uel de *T* 9 plurimis *GPST* et de] et *Kr* uel *T* 10 et cane et boue] et de cane et de boue *P* et cane et de boue *K* et de boue et de cane *C* uel boue uel cane *T* hominibus *GPST* qui *PSm2, om. F* sunt *om. F* 11 posita] *K* positis *CGFPa.r.Sm1* positi *Pp.r.Sm2T* 13 eadem—sub *(14) om. F* *post* indiuiduis *add.* praedicatur *C* *ante* propriis *s. l.* de *Sm2* 14 de *om. GK, s. l. Sm2* 15 pluribus *FG* 16 fortasse *om. C (recte?), post* cigni *T* fit *C* de cigno non solum *F* 17 sed—albis] *C* sed etiam de albis non (non albis *Pm2* non *om. F* albis non *om. T)* omnibus (aliis *add. T)* animalibus *cett.* 21 *ante* praedicantur *add.* quae *F* 22 *tert.* de *om. G* 23 de *om. T*

Sed nunc illas differentias accipiamus quibus genus diuiditur, non quibus species formantur.

Hoc autem tale est. quoniam duas diximus differentiarum esse formas, ut aliae sint diuisibiles, aliae constitutiuae, constitutiuas illas diximus quae sub eodem filo positae et a subalter|nis generibus descendentes speciem quandam informant p. 38
atque efficiunt, ut est rationale uel mortale, quae hominis speciem constituunt, alias uero diuisibiles, quae genus diuidunt, non speciem informant, id est rationale et inrationale, mortale et inmortale. nunc de illis differentiis iste tractatus habetur quae genus diuidunt, non quae speciem constituunt. nam illae quae genus diuidunt, in differentiarum integro loco accipiuntur, illae uero quae speciem constituunt, in generum specierumque substantia recipiuntur. namque rationale mortalis genus est, porro mortale hominis genus est, et istae constituunt speciem, at uero rationale inrationalis species non est neque genus, nec mortale inmortalis neque genus neque species est. atque ideo quoniam propriam uim differentiarum ista retinent quae neque genera neque species sibi inuicem esse possunt, ipsas nunc differentias accipiamus in quibus nulla quantum ad genus est speciemque communitas. Est etiam generis differentia. namque genus a propriis differentiis prius est. namque si abstuleris genus, omnes simul differentias abstulisti. nam si abstuleris animal, rationale atque inrationale non remanent. porro autem si rationale abstuleris, remanet

1 s.] Porph. p. 14, 19 s. 3 (diximus)—10] p. 89, 25 ss. 21—p. 108, 10] Porph. p. 14, 21—15, 2; locus Porph. p. 14, 20 s. ἔτι—ἄλογον deest.

2 informantur *FK* 3 tale *om. F* 4 formas esse *F* *post post.* aliae *repet.* sint *F* 5 diximus *om. T, ante* illas *P* a] *K, om. cett.* 6 formant *F* 7 uel] et *K* hominum *F* 8 alia *Sm1* aliae *m2* 9 formant *CPST* 11 diuidunt *om. K* species *S* illa *PS* 13 illa *PS* specierum generumque *PST* 15 mortalis *P* 20 nulla *post* speciemque *F* 21 *pr.* est *om. C* *post* etiam *s. l.* alia *Sm2* *post* generis *add.* et differentiae *F, fort. recte* 22 a *om. T* 23 nam *F*

animal. sed si utrasque interemeris differentias, id est rationale uel inrationale, potest tamen quiddam intellegi, quod sit substantia animata sensibilis, id est animal. ita genus sublatum omnes secum auferet differentias, sublatae differentiae genus secum non interimunt, quod intellegentia genus remanet, id est quoniam potest animal intellegi praeter differentias, ut eius tantum definitionem animo capias et esse dicas substantiam animatam atque sensibilem. quae autem talia sunt, ut ipsa interempta interimant, non simul aliis interemptis ipsa interimantur, priora sunt illis quae possunt interimere. Est etiam alia differentia, quod genus semper in eo quod quid sit praedicatur, ut dictum est, differentia uero in eo quod quale sit. sed hoc frequentius inculcatum est atque ideo a nobis praetermittendum est. Est etiam alia differentia, quod ad omnem speciem unum semper genus aptatur. homo enim unum tantum genus habet, ut animal appelletur, in unam autem speciem plurimae differentiae poterunt commodari. namque homo et rationale est, quae differentia est, et mortale, quae eadem differentia est, et sensibile, quibus scilicet omnibus ab aliis differt. differt enim his omnibus, quod sensibilis est ab insensibilibus, quod rationalis ab inrationabilibus, quod mortalis ab inmortalibus. Est etiam alia differentia, quae superius dicta est. nam genus speciei ita est ut materies, differentia uero ut figura. nam sicut in aeris materiem ueniens figura statuam efficit, ita animali, id est generi, ueniens differentia, id est rationale uel inrationale, facit hominis uel pecudis speciem. Quae autem communi-

10—13] Porph. p. 15, 2—4. 14—22] Porph. p. 15, 4—6. 23—27] Porph. p. 15, 6 s. 23 superius] p. 94, 11 ss. 27—p. 109, 3] Porph. p. 15, 7 s.

1 interemeris] *CFPSm1* interimeris *GSm2T* interimis *K* 2 uel] *FKPS* et *GT* atque *C; cf. ad p. 94, 13* quoddam *CK* 4 aufert *FK* auferet *(aufer*et C) post* differentias *CK* 9 non] non autem *F* 11 semper *in mg. Cm2, ante* genus *F* 14 ideo] *CT* id *cett.* ideo id *edd.* 17 una *C* specie *Cp.r.* 19 est *om. C* 21 inrationalibus *T* 25 facit *C* 27 fecit *Sa.c.T*

tates uel proprietates generis ⟨et differentiae⟩ fuerunt, hactenus dixit. et fortasse erunt etiam aliae, quae propter breuitatem supersedendae atque omittendae sunt.

13. [DE COMMUNIBUS GENERIS ET SPECIEI.]

Nunc autem de generis uel speciei communitatibus proprietatibusque tractatur. et dicit genus et speciem commune habere de pluribus praedicari, sicut dictum est. nam genus et de speciebus pluribus praedicatur et earum indiuiduis et item species de sub se plurimis indiuiduis appellatur. et hic quoque illae species accipiuntur quae magis species sunt. nam si subalternae accipiuntur, non magis species quam genera uidebuntur. nam quae subalternae species sunt, etiam genera sunt, et erit absurdum et huic propositioni inconueniens de generum inter se differentiis communibusque tractare. accipiantur illae tantum species quae uere species et magis species appellantur. Est etiam alia eorum communio, quod sicut genus ab specie primum est, sic species ab indiuiduis primae sunt. nam si genus auferas, species abstulisti, si species abstuleris, genera non peribunt. porro si species abstuleris, indiuidua morientur, si indiuidua interierint, species manent. Est etiam his alia communio, quod quemadmodum genus quid sit totum declarat, sic etiam species. nam totum quod est rationale atque inrationale, a genere declaratum est; dicitur enim quicquid fuerit rationale uel inrationale, id esse animal.

4—16] Porph. p. 15, 9–12. 16—20] Porph. p. 15, 12 s. 21—p. 110, 5] Porph. p. 15, 13 (τὸ ὅλον κτλ.).

1 et differentiae *add. brm; cf. Porph. p. 15, 7* fuerint *CFm1, recte?* 3 sunt *ante* atque *CG* 4 *inscript. om. F (linea uacua) T, in mg. add. Sm2; cf. ad p. 102, 7* ET *om. C* 6 tractatus est (est *om. F*). et *FS* speciem] *T* species *cett.; Porph. p. 15, 10* εἶδος 8 *post.* et] et de *S* earum] *G* eorum *cett.* 10 *post.* species *om. F* 11 accipiantur *S* nam *Sm1* quae *s. l. m2* namque *FP* 12 subalterna *C* 13 *post.* et *om.*, inconueniensque huic propositioni *C* 14 communibusque] *KPp.r.Sm1* communionibusque *FGPa.r.Sm2T* communitatibusque *C* *post* accipiantur *add.* igitur *edd.* 15 uerae *FS* 16 etiam] enim *F* 17 *pr.* a *S* 18 *pr.* speciem *F* 21 alia his *C* quid] quod *Cm1F*

sic igitur totum quid sit, a genere declaratur. porro autem quid sit tota hominum diuersitas, id est indiuiduorum, a sola specie declaratur, cum dicitur homo. nam et Scytha et Indus et totum quicquid in indiuiduis est, uno solo hominis, id p. 39 est speciei nomine continetur. |

14. [DE PROPRIIS GENERIS ET SPECIEI.]

Dissertis igitur generis speciei que communibus ad proprietates eorum uel differentias transitum fecit dicens differre inter se genus et species, quod genera species continent, numquam rursus genera ab speciebus propriis continentur. oportet autem, ut dictum est, in hoc tractatu non subalternas, sed magis species considerari. genus enim plurimarum specierum est continens et unum omnium et totum et omnibus et singulis. quod si ita est et genus a suis speciebus singulis maius est atque ideo eas dicitur continere, non est dubium quin ea ipsa genera quae continent species, ab his ipsis contineri non possint. Insuper omnia genera praeiacent. hoc uidetur dicere quod omnia genera prius sint ab his speciebus quae sub ipsis positae continentur. nam sicuti materies prima est ab illa re quae ueniens in materiem formam constituerit atque figurauerit, sic etiam prius est genus ab illa specie quam ueniens differentia formabit atque constituet. nisi enim in generibus differentia uenerit, species numquam constituentur. quare praeiacent, id est praesunt et antiquiora sunt genera speciebus suis. atque ideo si genera interimantur,

6—11] Porph. p. 15, 14—16. 17—25] Porph. p. 15, 16—18. 25—p. 111, 5] Porph. p. 15, 18—21.

3 cum] quoniam *S* 4 in *om. KGP, add. Cm2,* et *S* 6 *inscript. om. F (linea uacua) T, in mg. add. Sm2; cf. ad p. 105, 16* 7 Disseratis *Ga.c.PSa.c.* communionibus *KT* 8 uel] et ad *C* 10 rursum *PS* 11 in *del. Sm2* 12 enim] autem *F* 14 *pr.* et *om. FK, s. l. Sm2* 15 dicitur eas *C* 16 genera ipsa *C* 17 possunt *FPT* praeiacent] placent *F* 18 ab *om. C* 19 posita *CGPS* sicut *K* 20 prima *in* prius *mut. Sm2* materiem] *KPSm2* materiam *CFGSm1T* 23 differentiae uenerint *S* constituetur *Ga.c.T* 25 suis *om. C*

species quoque peribunt; nam si animal sustuleris, hominem pecudemque sustulisti. si uero species interimantur, non continuo genus interibit; nam si homo perierit, animal continuo non interemptum est, alia enim remanebit species de qua ipsum animal, id est genus praedicetur. atque ideo genera ab speciebus suis priora dicuntur. Et quod omnia genera uniuoce de speciebus praedicentur, species ipsae de generibus numquam. hoc, ut arbitror, in hesterna lucubratione iam dictum est. nam genera semper de speciebus uniuoce praedicantur. homo enim et homo est et animal. porro autem animal genus est hominis et praedicatur animal de homine. quoniam ergo animal de homine praedicatur et dicitur homo animal, animal et homo uno animalis nomine nuncupantur. sed his ipsis definitio una conueniet. est enim animal substantia animata sensibilis, quod non absurdum est in homine dici. nam si homo ipse animal dicatur, non erit absurdum dici de homine 'substantia animata sensibilis'. igitur genus de speciebus suis uniuoce praedicatur, quod eodem nomine et eadem definitione conueniat. at uero species non modo uniuoce non praedicantur de generibus suis, sed nec omnino praedicantur; nulla enim res minor de maiore poterit praedicari. atque ideo, quoniam species minores sunt suis generibus, de generibus suis neque uniuoce neque aliquo modo poterunt appellari.

Amplius omnia genera abundant complexione sub se positarum specierum, ipsae species abundant generum suorum propriis differentiis.

6—8] Porph. p. 15, 20 s. 8 in hesterna lucubratione] p. 18, 1 ss. 25—27] Porph. p. 15, 21—23.

1 quoque *om. F* 3 interibit] peribit *C* non continuo *C* 5 a *G* 8 ut *om. PS* 10 et homo est et] est *C* *post* animal *repet.* est *F* 11 hominis est *C* 14 *ante* his *s. l.* et *Sm2* 15 quod] sed quod *G* in] de *C* 16 si] cum *CT* animal ipse *C* 17 de homine dici *C* 19 conueniet *PT* 20 *pr.* praedicatur *Ca.c.K* 22 sunt *om. F* suis *om. K, post* generibus *FGPT* de generibus suis *om. KP* 23 poterint *FS*

Quod dicit proinde est ac si diceret: omne quod genus est, plures sub se species continet, omne quod species, plures in se differentias habet. genus enim, id est animal, in hoc homine, id est specie, superabundat et superest, quod homo solum homo est, animal uero non solum homo, sed etiam bos uel auis uel alia huiusmodi. species uero in eo superant genera sua, quod eas differentias quas species in actu habent, eas genera non habent. nam, sicut superius dictum est, genera differentias illas quas habent sub se species positae, potestate continent, non etiam re. atque ideo species quae est homo, uel alia species, sicut est equus, a genere suo, animali, in hoc abundant et supersunt, quod animal ipsum per se neque rationale neque inrationale est, at uero homo uel equus hoc rationale, illud uero rationis expers.

Illud etiam, quod species numquam magis genus fiet, rursus et genus numquam magis species fit.

Et ut sciremus hic non de subalternis speciebus, sed de illis magis speciebus specialissimisque tractari, quid ait? quod ea quae sunt genera, magis species fieri numquam possunt neque magis species aliquando fieri magis genus. nam species numquam genus est. quicquid enim fuerit species, genus non erit neque quicquid fuerit genus, species erit. quare constat in his eum tractatibus de speciebus solis, non etiam de subalternis disserere. subalternae enim possunt esse etiam genera, magis species uero, ut ipse ait, numquam genera esse possunt.

8] superius] p. 93, 5 ss. 15 s.] Porph. p. 15, 23 s.

2 omne] omneque *C* *post* species *add.* est *C* *post* in se *add.* habet *G* 3 hoc *om. F* nomine *Sm2* 4 species *F* in specie *G* superhabundabat *C* 6 eo] hoc *T* genera superant *C* 9 species sub se *P* 11 est *om. P* *ante* animali *add.* id est *C* 13 uero *om. GK* 14 rationis expers] irrationale *F, post* expers *s. l. add.* est *Sm2, ante* rationis *edd.* 16 rursum *T* et magis *(in mg. Sm2)* genus numquam *FS* 17 alternis *PST* 18 quid] quod *C* 19 numquam fieri *CSa.c.* 20 *pr.* magis *om. C* magis genus fieri *C* 22 *post.* erit] non erit *CGKP, fort. recte* 24 etiam] et *T* etiam et *KS*

Sed postquam de generum specierumque communitatibus differentiisque tractatus est habitus, ad genera propriaque transgressus est. |

15. [DE COMMUNIBUS GENERIS ET PROPRII.] p. 40

Generis et proprii commune hoc est, adhaerere speciebus et amplecti.

Dicit genera et propria in hoc sibi esse consimilia, quod omne genus a suis speciebus numquam recedit. eodem modo et propria. nam si dixeris 'homo', cum ipso homine continuo animal nominasti, quod ipsius hominis, id est speciei genus est. at uero etiam si hominem dixeris, eius etiam proprium continuo cum homine nominasti; omnis enim homo risibilis est. ita semper genus et propria suis speciebus inserta et quodammodo conglutinata sunt.

Similiter et genus praedicatur de speciebus et proprium de his quae sui participantia sunt.

Et aequaliter, inquit, omnes species eidem generi supponuntur et ad eas genus illud appellatur, sicut propria ad ea praedicantur quae sui participare possunt. namque aequaliter genus animal de homine dicitur et de equo et de boue et de ceteris animantibus, quemadmodum et risibile, id est proprium, de Hortensio dicitur et Cicerone et de singulis indiuiduis quae sub eadem specie continentur, ad quam speciem proprium, id est risibile, poterit praedicari.

Adhuc commune est ipsis uniuoce praedicari. nam genus

4—14] Porph. p. 16, 1—3. 15—24] Porph. p. 16, 3—6. 25—p. 114. 7] Porph. p. 16, 6 s.

3 *post* est *add.* sermo *FGK, s. l. Sm2* 4 *inscript. om. F (linea uacua) T; cf. ad p. 102, 7* COMMVNIONE *S* 5 hoc *om. C* 6 et] et eas *brm* amplectari *CPSm1T, ad* amplecti *s. l.* ł tari, *sed del. G* amplexari *r, recte?* 7 in *om. K* conscia *P* 8 numquam *ante* a *C* 13 proprium *T* 16 hiis *F* iis *K* 17 Et *om. P, s. l. S* 18 ea *CPS* sicut] *Cm2T* sic *cett.* 19 sibi *T* participari *F* participantur *(om.* possunt*) T* 20 animal *om. CST* *alt. et tert.* de *om K* *tert. et quart.* de *om. C* et de boue *om. F* 24 *post* risibile *repet.* proprium *GS* 25 Adhuc—praedicari *om. CP, del. Sm2*

de suis speciebus, ut dictum est, uniuoce praedicatur et risibile de ea specie cuius est proprium, uniuoce praedicatur; namque et homo est et risibile. porro autem si quis dicat hominem esse animal rationale et mortale et dixerit risibile esse animal rationale et mortale, non errabit. aequaliter igitur et genus de speciebus suis et propria de ea specie cuius sunt propria, uniuoce praedicantur.

16. [DE PROPRIIS GENERIS ET PROPRII.]

Differt autem utrumque, quod genus primum et secundum est proprium. genus enim si ab specie primum est, proprium autem uni tantum speciei adhaeret et eidem aequale est, non est dubium quoniam genus, quod specie maius est, proprio etiam speciei maius sit. nam ut sit risibile, animal prius est. namque ut aliqua species informetur, propriis et differentiis primo erit genus, ubi illa conueniant, sicut frequentius inculcatum est. Accedit etiam quod genus de plurimis speciebus praedicatur. namque genus, id est animal, de pluribus, at uero proprium, id est risibile, de sola tantum hominis specie praedicatur. unde fit ut semper propria de speciebus suis conuersim praedicari possint, species autem de generibus numquam. neque enim omne quod animal est, homo est neque omne quod animal est, risibile est. potest enim esse et equus et hinnibile id

1 ut dictum est] p. 111, 6 ss. 8—16] Porph. p. 16, 8—10. 16—p. 115, 4] Porph. p. 16, 10—14.

1 de] et de *S* et—praedicatur *om. P, del. Sm2* 2 eadem *FGK* 3 nam qui est homo, est *Brandt* risibile] risibile est *CK* 4 *pr.* et *om. F* 5 et] *KT edd., om. cett.* 6 et *om. CK* genus *post* suis *F* eadem *KSm2* 8 *inscript. om. F (linea uacua) Sm1T, in inf. mg.* DE GENERE Q̄D prius est et proprium postea *Sm2; cf. ad p. 105, 16* 10 a *FT* 12 quoniam *in* quin *mut. Sm2* quo *Cm1* 13 est] *FT* est sit (sit *del. m2*) *S* sit *CGKP* *ante* proprio *add.* quin *FGKP* quia *CSm1* quod *m2* quasi *T* namque *CF* risibile sit *K* 14 nam *ST* informentur *F* formetur *T* 15 conueniant] *GKPm2T* conueniat *S* conuenient *C* conueniet *FPm1* 16 pluribus *T* 17 est *(del. Pm2)* id est *PT* *post* pluribus (plurimis *F*) *add.* dicitur *F, s. l. Sm2* 20 praedicari possint] praedicentur *FK* genere *G edd.* 21 enim *om. CG* *alt.* est *om. C*

quod animal nominatur. porro autem omne quod est homo, id risibile est et omne quod risibile est, id homo est. possunt autem propria et species sibi ipsa conuerti et conuersim ad se inuicem praedicari. Praeterea omni speciei quicquid fuerit proprium, omni et soli est. namque risibile et omnibus hominibus est et solius hominis speciei euenit. at uero animal, quod genus est, etsi uni speciei inest, non tamen soli. namque animal omni homini inest, non soli tamen homini, quia inest etiam pecudi et ceteris animantibus. oportet autem hic illa propria intellegere quae magis propria sunt, id est quae integre propria nominantur; quae sunt huiusmodi, ut et uni speciei et omnibus insint. differunt ergo in hoc quoque genera et propria, quod propria et uni speciei et omnibus indiuiduis in ea specie sunt, genera uero omnibus quidem indiuiduis in ea specie sunt sub eodem genere, non tamen uni soli speciei, quoniam genus semper de plurimis praedicatur. unde fit ut sublata propria non auferant genus, sublatis uero generibus ipsa quoque propria auferantur. nam si sustuleris proprium, id est risibile, remanet hinnibile, remanet natabile. si uero genus sustuleris, simul quoque species sustulisti, si species sustuleris, propria etiam quae sunt speciebus, simul interibunt. itaque sublatis generibus propria sustuleris, sublatis propriis simul genera non auferuntur.

17. [DE COMMUNIBUS GENERIS ET ACCIDENTIS.]

Peractis igitur generum propriorumque differentiis ad generum accidentiumque communitates uel proprietates transitum

4—23] Porph. p. 16, 14—18. 24—p. 116, 7] Porph. p. 16, 19—17, 2.

1 id] idem *uid. F* 3 autem] enim *ST* ipsa *om. F ante* sibi *K* 4 Praeterea *om. P* 5 omni] et omni *edd., fort. recte; Porph. p. 16, 15* καὶ μόνῳ καὶ ἀεί 6 soli *brm* conuenit *F* 7 uni] omni *C* 12 sint *P* 13 *alt.* et *om. F* 14 eadem *K* sunt] nominantur *(del. m2)* insunt *C* genera—sunt *om. K* 15 in ea specie sunt *om. CPT* tamen *s. l. Cm2* 16 pluribus *FKSa.c.* 18 uero] quoque *C* quoque] uero *C* auferuntur *G* 20 natatile *FGKSm2* quoque *om. K* 22 *post* itaque *add.* si *G* 23 auferantur *PS* auferentur *edd.* 24 *inscript. om. F (linea uacua) T; cf. ad p. 102, 7*

fecit et unam eorum praedicat communitatem, quae est quod de pluribus praedicantur. namque sicut genus de plurimis speciebus praedicatur, ita etiam separabile accidens uel inseparabile de plurimis speciebus appellatur. dicitur enim et de coruo et de homine Aethiope nigrum et de equo et de
p. 41 homine moueri, quod illud est insepa|rabile accidens, illud uero separabile. et quoniam longius a se distant, idcirco unam eorum solam communionem dixit et alias si quae forte essent quaerere supersedit.

18. [QUID INTER GENUS ET ACCIDENS SIT.]

Differt autem genus ab accidenti, quod genus ante species est, accidentia uero speciebus posteriora sunt. semper genera super species et his praeiacere et esse maiora superius demonstratum est. namque prius est animal ab homine, atque ideo consumptum animal species quoque consumit, consumptae species non interimunt genera. at uero accidens postea necesse est ut sit, quam sunt ipsae species. erit enim prius aliquid cui possit accidere. omne enim accidens praeter illud cui accidit, esse non potest. atque ideo prius erit aliqua res ubi accidat, quam est ipsum accidens. necesse est igitur omne accidens post species inueniatur et magis post indiuidua, quibus principaliter possit accidere. Huc accedit quod generis participantia aequaliter participant. sicut omne genus speciebus suis aequaliter genus est, ut saepius dictum est,

10—22] Porph. p. 17, 3—6. 14 superius] p. 110, 17 ss. 22—p. 117, 15] Porph. p. 17, 6—10.

2 quod] quae *P* plurimis *T; Porph. p. 16, 20* κατὰ πλειόνων praedicatur *GKS* nam *S* 3 pluribus *K* 4 pluribus *K* appellatur] praedicatur *FK* et *om. FGKP* 5 *quart.* de *om. CG* 6 est illud *(*illud *del. m2) P* 9 super dixit *P* 10 *inscript. om. F (linea uacua) Sm1T,* SIT *om. K,* DE PROPRIIS GENERIS *(-*RI *S)* ET ACCIDENTIS *(-*TI *S) PSm2; cf. ad p. 105, 16* 11 accidente *C* genus *om. PST* 12 posteriora] *CGT* propria *Pa.c.* propiora *p.c.* priora *Sm1* inferiora *FKSm2* 13 genus *FGPST* species <esse> *Brandt* maius *F* 17 sunt] sint *F* 18 praeter] propter *CF* 20 ubi] *CPST* cui *FGK; cf. p. 129, 4* accidit *PSm1* *pr.* est *om. T* *post.* est *del. C* 24 sepe *KP*

et species omnes aequaliter suo generi participant. namque equus et homo aequaliter animalia sunt neque equus homine plus neque homo equo. at uero accidentia non aequaliter participant. nam cum separabile accidens sit moueri, possunt aliae inter se species eodem accidenti participantes tardius uelociusque moueri. et de inseparabili accidenti eodem modo. est enim ut aliquis nigrioribus oculis sit et alius quamuis nigris, tamen purpureis. atque ideo et intentionem et remissionem recipit accidens. nam et candidum quod dicitur, et magis et minus dicitur et alia huiusmodi. quare distant haec duo, quod genere quae participant, aequaliter participant, accidenti fortasse non aequaliter. huc accedit quod genera non modo ante indiuidua, sed ante species sunt, accidentia uero non modo post species, sed etiam post indiuidua sunt; ipsis enim principaliter accidunt, ut dictum est. Est etiam differentia quae iam superius dicta est. nam genus in eo quod quid sit praedicatur, accidens uero in eo quod quale sit aut quomodo se habeat. nam si quid sit Socrates interroges, 'homo' atque 'animal' respondetur, si uero qualis sit, fortasse 'caluus' aut 'simus', quae accidentia sunt inseparabilia. sin uero quomodo se habeat, aut 'iacet' respondetur aut 'sedet' aut quod aliud faciens contigerit.

16 superius] p. 56. 14 ss. 16—22] Porph. p. 17, 10—14.

1 generi suo *PST* 2 animalia sunt] generi suo participant in eo quod animalia sunt *T* 3 *ante* equo *add.* plus *FGK* 5 species inter se *GP* eidem *Cm2GK* 6 uelociusue *S* (ue *add. m2)* uel cicius *T* accidente *CP* 8 *post* tamen *add.* ita *CPS (del. m2) T* *post* purpureis *add.* ut candidius appareant *C* et remissionem et intentionem *C* 9 candidus *(ras. ex* candidius *PS) PST* magis candidum *C* quod *om. C* quid *PSm2* 10 magis] maius *GPS* uelocius *C* et minus *om. CPS* dicitur *om. PT* alia] cetera *C* 11 generi *K* 12 accidentia *FKSm2* 15 etiam] enim *CF* *post* differentia *add.* inter genus et accidens *C* 16 nam—habeat *om. P* 17 in eo *om. C* 18 socrates sit *F* 21 si *S* quoquo modo *F* sese *GPSm1* 22 quod] *F* quid *cett. edd.* ⟨si⟩quid *Brandt* facere *brm*

19. Ergo quoniam generis ad speciem et differentiam, ad proprium et accidens diuisa substantia est, nunc uero posteriora persequitur. sunt autem omnes differentiae uiginti. nam cum quinque res sint et una quaeque ipsarum ad alias quattuor quattuor item differentias habeat, quinquies quaternis uiginti differentiae efficiuntur. nam si genus differt ab specie, proprio, differentia, accidenti, quattuor differentiae fiunt. sin uero species differt a genere, proprio, differentia, accidenti, item quattuor; quae iunctae cum superioribus octo fiunt. et si differentia distat ab specie, proprio, genere, accidenti, aliae quattuor supercrescunt; quae iunctae cum octo prioribus duodecim faciunt. at uero si proprium differt a genere, specie, differentia et accidenti, aliis quattuor differentiis super duodecim positis omnes sedecim differentiae fiunt. quodsi accidentis quoque differentias ad quattuor reliqua duxeris, quattuor super sedecim crescentibus uiginti omnes differentiae perficiuntur. quarum ita uiginti sunt, ut ad sufficientem doctrinae cumulum decem tantum differentiae numerentur. nam quod dictum est genus differre a differentia, specie, proprio et accidenti, quattuor fuere differentiae. si autem differentiam dicamus differre ⟨ab⟩ specie, proprio et accidenti, super-

1—p. 119, 24] Porph. p. 17, 14—18, 9.

1 *post* quoniam *add.* substantia, *om. post* diuisa *F* ad speciem generis *Cm1GKP* ad speciem—accidens] a specie et differentia et proprio et accidenti *F* ad] et *T* et ad *K* 2 et *om. P* uero *om. F* 3 subsequitur, *del.* sub *C* *ante* sunt *add.* QVOT SINT DIFFERENTIAE OMNIVM *P* 4 sint quinque res *C* quaeque *om. CPST* ad alias] ab aliis *FKSm2* *post* quattuor *add.* distet et *F edd.* distet *K* 5 item *om. G* et item *K* et item quatuor *edd.* quaternis] *Cp.c.* quaternas *a.c.* quaterni *cett.* 6 a *F* 7 *ante* accidenti *add.* et *Tbmr* quattuor—accidenti *(8) om. T* fiunt] sunt *FK* 8 *ante* accidenti *add.* et *S* *ante* quattuor *add.* aliae *F edd.* 9 iuncta *G* cum *om. FT* fiant *P* 10 a *FT* *ante* accidenti *add.* et *Tbmr* *ante* aliae *add.* sin *G* 11 coniunctae, *del.* con *C* superioribus *P* fiunt *CP* 14 fiunt *in* sunt *mut. F* 15 dixeris *KP* crescentibus] positis *T* 16 quae *brm* ita—ut] uiginti *FK* ita *om., post* sunt *add.* quae *P* 17 numerantur *FK* 18 a *om. T* proprio specie *F* 20 a *add. brm,* ab *Brandt*

uacuum est differentiae cum genere differentias commemorare, cum iam prius commemorauerimus, quando generis ad differentiam differentias diximus. eisdem enim, ut opinor, differt differentia a genere quibus differebat genus a differentia. itaque relinquenda est haec differentia qua distat differentia a genere, quoniam iam superius dicta est, cum diceretur quid genus, distaret a differentia. remanent igitur tres differentiae, quibus p. 42 ipsa differentia ab specie, proprio et accidenti distat. et cum superioris generis ad alia quattuor differentiae fuerint, nunc uero differentiae ad alia tres distantiae uideantur, septem hae distantiae fiunt. at uero species quid a genere distet, iam tunc dictum est, cum dicebatur quid genus distet ab specie. quid autem a differentia discreparet, tunc demonstratum est, cum diceremus in quo differentia ab specie discerneretur. remanent igitur duae speciei, id est cum proprio et accidenti differentiae, quae iunctae cum superioribus septem nouem differentias efficiunt. restat igitur una proprii et accidentis differentia quae dicatur. nam quid a genere distet dictum est, cum quid genus distaret a proprio diceretur, porro quid ab specie, dudum dicebatur, cum quid species a proprio differret enumerabatur, porro autem quid a differentia, etiam id dictum est, cum a proprio differentia separaretur.

Sed nunc quemadmodum differentia ab specie, proprio accidentique discernatur, uideamus.

3 differentias *ante* generis *F* eisdem] *Schepss* hisdem *codd. p* iisdem *brm* ut *s. l. C* 6 quid] *C* quod *FGPST* uel quod quid *(sic) K* 8 a *FT* 9 superiores *C* 10 uero *om. C* alias *CP* uidentur *F* 11 distat *P* 12 quid] *Cm2PS* quod *Cm1FGT* quo *K* a *FP* quid] quo *FK* 13 a *om. FKP* discrepet *C* distaret *FK* 14 dicerem *CPSm1* (diceretur *m2) T* a *FT* 15 *post* duae *add.* differentiae *FK* id est *om. FK, del. et ante* speciei *s. l. add. Sm2* differentiae *om. FK* 16 efficiunt] accipiunt *P* 17 una *om. P* 18 nam quid] nunquid *F* a] de *CGPSm1T* 19 ab *om. P* a *F* *post* specie *add.* distaret *FK, s. l. Sm2* 21 quod *C* ad differentiam *CP* 23 discernitur *CPST*

20. [DE COMMUNIBUS DIFFERENTIAE ET SPECIEI.]

Et est communio differentiae et speciei quod aequaliter species sub se indiuiduis se permittit et aequaliter indiuidua specie ipsa participant; namque omnes homines aequaliter homines sunt et hominis participatione aeque participant. eodem modo etiam differentia; namque omnes homines aequaliter rationales sunt et rationabilitate, quae est differentia, omnes qui ratione participant, aeque participant. Est etiam alia communitas, quod quemadmodum species numquam deserit ea quorum species est et quibus superest, sic et differentia numquam ea deserit quae distare ab aliis facit. namque Socrates quoniam sub specie hominis est, numquam ab hominis specie deseritur; semper enim Socrates homo est. at uero differentia Socratem, quoniam Socrates rationalis est, numquam deserit; semper enim Socrates rationale animal est.

21. [DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET SPECIEI.]

Differunt autem inter se species et differentia, quod differentia semper in eo quod quale sit praedicatur — nam dicitur quale animal sit ⟨Socrates⟩, ut rationale respondeatur —, species uero in eo quod quid sit praedicatur; nam dicitur quid sit Socrates, ut homo respondeatur. namque hominis qualitas rationale est, sed non simpliciter. illa enim qualitas pro differentia accipitur, quae ueniens in

1—15] Porph. p. 18, 10—14. 16—122, 4] Porph. p. 18, 15—19, 3.

1 inscript. *om. F (linea uacua) T; cf. ad p. 102, 7* 2 Et *om. FK* Item *(om.* Et est*) P* 3 sub se *om. C* indiuiduis se permittit] *GPT* se indiuiduis permittit *C* indiuidua esse permittit *K* indiuiduis *(*-dua *m2)* semper mitit *(sic) S* indiuidua* *(*m *er.)* semper mittit *F* speciei *K, alt.* i *er. GS* 6 *post* namque *add.* sicut homines omnes aequaliter homines sunt ita *T* aeque *T* 7 rationabilitate] *FK* rationalitate *cett.* 10 sic et] ita *T* deserit ea *FT* 12 deseritur] separatur *P* 13 homo] et homo *GPT* differentia *in mg. Cm2* socraten *C* 16 *inscript. om. FT,* H *(i. e.* HIC*)* DE PROPRIIS*, cet. om. S; cf. ad p. 105, 16* 18 semper *om. F* 19 Socrates *ante* quale *add. brm, post* sit *Brandt* 20 species—respondeatur *om. F* 21 respondeatur] dicatur *ST* 22 rationale *post* est *C* rationabile *T*

genere speciem constituit et de qualitate substantiali facta est substantialis et specifica differentia. ista igitur talis qualitas differentia nominatur et ea in eo quod quale sit ad hominem praedicatur. Hoc etiam est in eorum differentiis. namque differentia frequenter in pluribus speciebus consideratur. differentia enim quadrupes in bouis et in equi et in canis specie est et differentia rationalis hominis et dei. species uero numquam aliis nisi solis sub se indiuiduis praeest. numquam enim alia res homo est nisi quod est indiuiduum, ut est Socrates et Plato et Cicero. unde fit ut sublata differentia species quoque tollatur. nam si sustuleris rationale, hominem sustuleris, si uero sustuleris speciem, differentia manet. nam si sustuleris hominem, rationalis dei differentia remanebit. Est uero etiam haec differentia, quod differentia cum alia differentia iungi potest, ut aliqua ex his species informetur. namque rationalis differentia et mortalis differentia iunctae hominis unius speciem reddiderunt, iunctae uero species numquam aliquam ex se speciem constituent. si enim iungas hominem boui, nulla ex his species informabitur. sed fortasse dicat quis: asini atque equi coniunctione mulus nascitur. sed non ita est: namque indiuidui coniunctione natum est aliquid indiuiduum. si autem sic simpliciter speciem ipsam asini atque equi coniungas, nulla ex his umquam species constituitur. neque enim si se possunt indiuidua commiscere, idcirco etiam species indiuiduorum in alterutram substantiam transeunt.

3 ea *om. C* 4 etiam] enim *F* 5 frequenter *om. FGK; Porph. p. 18, 19* πολλάκις 6 *alt.* in *om. C* *tert.* in *s. l. C* 7 speciebus *FK* speciem *(om.* est*) P* *post* rationalis *add.* et inrationalis *PS* in *Engelbrecht* *post* dei *add.* et pecudum *P* 8 praeest *ante* aliis *G* 9 enim *om. PS* uero *T* 10 *post* Cicero *add.* et richerus *K* 11 tuleris *CGPT* rationalem *FSa.r.* 12 sin *FGKP, recte?* 13 tuleris *CGPS* 14 uero *om. P* etiam *om. GK* 17 unius hominis *ST* 18 aliam *K* speciem ex se *F* 19 formabitur *(*in *cum mg. desectum) in mg. Cm2* 20 dicit *G* aliquis *FGK* 21 nam *FK* indiuiduorum *Brandt, add.* et indiuidui *Engelbrecht* aliquod *K, recte?* 22 si autem] sed iam *P* istam *T* 23 species *s. l. Cm2* constituetur *Sm2* 24 enim *om. G* 25 alterutrum *CFa.c.PT*

atque ideo constat iunctas species unam speciem non posse componere, quod differentiae iunctae unius speciei constitutiuae sint. His itaque transactis ad differentiae et proprii communia ueniamus.

22. [DE COMMUNIBUS DIFFERENTIAE ET PROPRII.]

Differentia et proprium commune habent quod quibus differentia est et a quibus ipsa differentia participatur, aequaliter participatur, sicut etiam et quibus proprium est, proprium ipsum participatur. nam rationalis differentia quoniam est hominibus et omnes homines rationali differentia participant, non est dubium quia omnes homines aequaliter sint rationales atque aequaliter rationabilitate participent. at uero proprium, quod risibile est, aequaliter omnibus hominibus est; omnes enim homines aequaliter risibiles sunt. Est etiam haec eorum communitas, quod sicut potestate risibile dicitur, etiamsi non rideat, ita etiam potestate bipes dicitur, etiamsi quis uno pede minuatur. non enim quod est dicitur, sed quod esse possit; nam quoniam ille ridere potest, risibilis nominatur, quod ille p. 43 duos pedes | habere possit, bipes. atque ideo numquam ab illis in quibus sederint, proprium differentiaque discedunt. semper enim homo risibilis est, etiamsi non rideat, semper bipes, etiamsi uno pede minuatur. in his enim differentiis et propriis, ut dictum est, quod potestate esse possit, non quod uere sit consideratur.

5—24] Porph. p. 19, 4—9.

1 ideo] iccirco *F* 2 quod] cum *FKSm2* 3 sunt *GPST* His itaque] his *F* hisque *G* isque *K* communionem *T* 5 *inscript. om. F (linea uacua) T; cf. ad p. 102, 7* 8 sic *GKT* et] *Sm2* e *CSm1* ę *T* a *P*, *om. FGK* proprium *ante* quibus *FGK* est *om. K* est et *CPT* et *er. uid. S* 9 ipsum *om. FG* rationabilis *PST* 10 *pr.* hominis *C* rationabili *GKPS* 11 quia] quin *FSm2* quod *T* sunt *FK* rationabiles *T* 12 participent] *CT* participant *cett.* 15 horum *P* 17 minuatur] innitatur *G* 20 resederint *FSm2* se sederint *Sm1Tm1* sese dederint *m2* proprio *P* propria *CST* 21 *post* semper *add.* enim *C* 23 est *om. KS* *pr.* quid *PS*

23. [DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET PROPRII.]

Differunt autem inter se, quod differentia de pluribus speciebus praedicatur, proprium uero de una. namque differentia quae est mortalis, praedicatur de homine et de boue et equo et ceteris animantibus et rationale praedicatur et de deo et de homine, at uero risibile de sola tantum specie hominis praedicatur. unde euenit ut omnis differentia, quoniam plurimarum continens est specierum, a suis speciebus maior sit, atque ideo ipsa de speciebus praedicari potest. porro autem de ipsa species praedicari non possunt, neque conuersim dici potest. nam quoniam homo dicitur rationalis, non contra dicitur 'quod rationale est, id homo est'; potest enim esse etiam non homo, sed deus. at uero proprium, quoniam aequaliter et ad unam speciem semper aptatur, aequa uice atque appellatione conuertitur. dicitur enim: quid est homo? risibile; quid est risibile? homo. Quibus pertractatis ad differentiam et accidens transgressa disputatio est.

24. [DE COMMUNIBUS DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS.]

Differentia et accidens commune habent de pluribus praedicari. namque differentia dicitur et de homine et de deo, quoniam utrique rationales sunt, et accidens dicitur de homine et de equo, ut homo Aethiops niger et equus niger. Est etiam ista communio, quod inseparabile accidens, cuicumque speciei fuerit, inseparabiliter et omnibus inest ut differentia.

1—17] Porph. p. 19, 10—15. 18—p. 124, 4] Porph. p. 19, 16—19.

1 *inscript. om. F (linea uacua) T; cf. ad p. 105, 16* DE DIFFERENTIA DIFFERENTIAE *K* De diffr̄ et proprii *(sic) S* 2 *post* se *add.* differentia et proprium *FGK; cf. p. 124, 6. 126, 8* plurimis *PS* 4 quae] quod *FGK* mortale *F* praedicatur *om. FP* 5 de *om. G* equo] de equo *P* 6 *alt.* de *om. KPS* 7 hominis specie *C* uenit *CKSm1T* 8 specierum est *C* 9 porro—potest *om. P* 10 *post* neque *add.* enim *C* 11 rationalis dicitur *C* 12 enim] etiam *C* esse] esse rationale *C* 17 et] et ad *C* 18 *inscript. om. F (linea uacua) T, in mg.* DE ACCIDENTI ET CV̄ ET DIFFE *Sm2; cf. ad p. 102, 7* 21 quoniam] cum *K* *post* dicitur *add.* et *brm* 22 et *om. C, s. l. Sm2* equo] boue *C* equus] bos *C* 23 ista] *CGSm1T* alia *FKPSm2*

namque inseparabile accidens quod est nigrum coruo, inseparabiliter accidit coruo et omnibus coruis. eodem modo etiam differentia. nam quoniam accidit homini ut bipes sit, semper et omnibus hominibus est esse bipedibus.

25. [DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS.]

Differunt autem inter se, quod omnis differentia species continet, non contra ipsa ab speciebus continetur. nam si differentia plures sub se species habet, ut dictum est, maior erit sub se positis speciebus, si maior erit, numquam eam quaelibet species continet; maior enim a minori numquam continetur. namque quod est rationale, continet hominem et deum, homo uero rationale non continet. accidentia uero aliquotiens continent, aliquotiens continentur. namque continent, quoniam frequenter unum accidens duas sub se species habet, ut nigrum habet Aethiopem, habet et coruum, continentur uero, quoniam species una habet duo uel tria uel quamlibet plurima accidentia. si quis enim sit glaucus uel crispus uel candidus uel procerus, haec omnia accidentia ille unus cui accesserunt complectitur et continet. atque ideo species illa quae illud indiuiduum continet quod indiuiduum plura in se accidentia suscepit, accidentis illius complexiua est.

Dehinc differentia numquam intenditur neque relaxatur.

Quod dicit hoc est. rationale in una quaque specie neque plus neque minus est. nullus enim homo alio homine ad sub-

5—21] Porph. p. 19, 20—20, 3. 22—p. 125, 4] Porph. p. 20, 3—5.

1 inseparabile *om.* *C* inseparabiliter *PS* est *s. l.* *Cm2* coruo *del.* *G* 4 est] adest *C* bipedes *G, in mg. ad* bipedibus *F*, bipes *C* 5 *inscript. om.* *FT*, DE DIFE ET ACCIDENTI *S* PROPRIIS] DIFFERENTIA *K; cf. ad p. 105, 16 et codd. Porph. p. 19, 20* 7 a *FK* 8 habet] continet *KT* 9 numquam] nunquid *F, item 10* 10 a *om.* *P* 11 nam *CFGK* rationabile *S* 15 *post.* habet *om.* *T* et *om.* *CGPS* continetur *T* 16 quamlibet] *GT* qualibet *Cm1* quaelibet *Cm2KPS* quotlibet *F* 19 illud *om.* *C* illum *PST* 21 complexiuum *(uel* cō-*)* *FGKPT* 22 Dehinc *in mg.* *Cm2, post* differentia *T* 25 nullus—minus *in inf. mg.* *Pm2*

stantiam plus rationalis est neque minus. at uero accidens et intenditur et relaxatur. dicitur enim quicumque procerior, dicitur quicumque uelocior, dicitur quicumque crispior, quae omnia accidentia esse non dubium est.

Praeterea inmixtae semper sunt contrariae differentiae.

Inmixtae ait, id est inmixtibiles, quae misceri non possunt. neque enim rationale cum inrationali misceri potest neque in una specie conuenire. at uero contraria accidentia manifestum est in una specie posse congruere. namque nigrum uel album potest in una non modo specie, sed etiam indiuiduo congruere. potest enim quicumque homo, cum ipse sit candidus, nigros tamen capillos habere.

Ergo ⟨quoniam⟩ quemadmodum species differat a genere uel differentia dictum est, cum de generis ad speciem et differentiae ad speciem distantia diceremus. nunc dicemus, id quod reliquum est, de speciei propriique communibus.

26. [DE COMMUNIBUS SPECIEI ET PROPRII.]

Et est una eorum communio, quod de se ipsa inuicem praedicantur. nam quoniam aequa sibi sunt, neque species hominis alii proprio conuenit nisi risibili neque risibile alii conuenit speciei nisi homini, atque ideo dicitur:

5—13] Porph. p. 20, 5 s. 14—16] Porph. p. 20, 8—10. 17—p. 126, 6] Porph. p. 20, 11—15.

2 et relaxatur] relaxaturque *C* et remittitur *Kbmr* 3 *post.* dicitur *om F* uel dicitur *C* 5 Praeter haec *C* admixtae *Pm1T* 7 inmistibiles *Ga.c.* inmiscibiles *T* 8 neque enim] *FP* neque *GKST* namque neque *C* neque] *KP* neque enim *cett.* 10 namque] potest *(idem etiam post* album*) F* 14 quoniam *add. Brandt* a genere differat *C* 15 et] uel *K* 16 distantia] differentia *PSm2* 17 de—communibus *om. F* 18 *inscript. om. FT, post* habere *(13) P, post* diceremus *(16) cett. (in mg.* DE SPETIE ET PROPRII, *sic, Sm2) et edd., transpos. Brandt; cf. ad p. 102, 7* 19 Et *om. F* sese *K* 20 in inuicem *K* praedicatur *G* aequalia *F* 21 neque—homini] neque species hominis alio proprio conuenit speciei nisi homini uel ita *del. m1 uel m2, add.* neque species hominis. neque proprium conuenit alii speciei nisi homini *P*

quid homo? quod risibile; quid risibile? quod homo. Commune est etiam illud, quod omne proprium aequaliter ad sub se p. 44 posita praedicatur, namque | omnes homines aequaliter risibiles sunt, et species aequaliter ad sub se posita praedicatur, namque omnes homines indiuidui aequaliter uno nomine homines nuncupantur.

27. [DE PROPRIIS SPECIEI ET PROPRII.]

Differunt autem a se, quoniam species potest etiam genus alteri esse, proprium esse non potest. sed hic illam speciem intellegamus quae subalterna est, non illam quae magis species est et genus esse numquam potest. atque ideo nos illam modo solam quae subalterna species est intellegamus, quae scilicet poterit esse et genus: namque mortale cum rationalis generis species sit, hominis genus est, at uero risibile de nulla umquam specie alia poterit praedicari neque alii esse proprium, sicut est hominis. illa enim semper, ut dictum est, propria sunt quae nulli alii nisi ad unam speciem semper aptantur.

Deinde species praecedit et sic proprium sequitur

Quod dicit tale est. omnis species ut habeat proprium, primo eam esse et constare necesse est. oportet enim prius esse hominem, ut sit risibilis, non prius esse risibile, ut sit homo. nam quoniam proprium dicitur, per se proprium non constat, nisi alicuius speciei sit. atque ideo prius esse necesse est illud cuius est proprium, quam sit proprium.

7—18] Porph. p. 20, 16—18. 19—25] Porph. p. 20, 18—20.

1 *pr.* quid] quid est *F* *pr.* quod *om. F* 2 aequaliter *post* posita *C* 3 posita *om. K* positas *P* 6 nominantur *P* 7 *inscript. om. F (linea uacua) T* DE SPETIE ET PROPRIO *S* PROPRIIS] DIFFERENTIA *KP; cf. ad p. 105, 16* 8 a] inter *P* *post* se *add.* species propriumque *F* 9 *ante* proprium *add.* et *Cm1* quod *m2* 11 est *om. C* numquam esse *GK* 12 nos *post* modo *C* solam modo *P* est species *C* 13 et *om. CP* 15 de *om. CGPT, s. l. Sm2* alia specie *FST* 17 speciem *om. F* 19 *post* sic *add.* ut, *sed del. G* 24 esse *post* illud *P, om. F* 25 proprium est *C*

Huc accedit quod species semper in opere intellegitur cuiuscumque subiecti. species enim semper in actu est, non solum potestate. homo enim re uera et opere et actu homo est, id est numquam poterit esse non homo. at uero risibile, quod est proprium, potestate tantum dicitur, etiamsi in actu non sit. potest enim quilibet ille non ridere, tamen quia ridere potest, risibile nominatur. distant igitur in hoc, quod semper species in actu est et in opere, proprium uero aliquotiens potestate.

Deinde quorum definitiones diuersae sunt, necessario etiam ipsa quoque diuersa sunt. omnis definitio substantiam definit. ergo si qua eiusdem substantiae fuerint, eadem etiam definitione monstrantur, si qua eadem definitione fuerint, eadem substantia praedicantur. at uero si qua definitionibus differant, differunt etiam substantiis, quae substantiis differunt, longe a se ipsis alia sunt. nunc igitur quoniam definitiones proprii et speciei differunt, species quoque ipsa et proprium a se differunt. est autem speciei definitio sub genere esse et ad plurima numero differentia in eo quod quid sit praedicari, at uero proprii uni tantum inesse speciei et sub ipsa de omnibus indiuiduis praedicari. sed quoniam et definitiones differunt, ipsa quoque species a proprio distabit.

28. [DE COMMUNIBUS SPECIEI ET ACCIDENTIS.]

Post haec ad communitates speciei et accidentis disputationem transtulit et dicit eorum raras esse alias communi-

1—9] Porph. p. 20, 20—22. 10—22] Porph. p. 20, 23—21, 3. 23—128, 6] Porph. p. 21, 4—7.

1 semper *ante* species *C, post* opere *P* 2 in *om. ST* *post* solum *add.* proprium *P* propria *FK* 3 potestate *om. P* id est] uel *P* 5 in *om. FGK, del. Sm2* 7 semper *om. P* 8 *post.* in *om. T* 10 quo *G* sunt] erunt *T* 11 diuisa *P* 12 substantiae *(*ae *ex* a *m2)* substantia *(del. m2) C* 13 monstratur *Cm1Sa.c.* eiusdem definitionis *K* 14 praedicatur *GSa.c.* 16 ipsa *(om.* alia*) C* 17 ipsa quoque *GKPT* 18 autem *om. C* 20 proprium *GT* proprii est *FK* unitatum *GS* uni *om. T* speciei inesse *F* 22 et *om. T* 23 *inscript. om. F, post* transtulit *(25) habet T; cf. ad p. 102, 7* DE COMMUNIBUS] COMMUNITAS *P* Communio *T* ACCIDENTI *S* 24 hoc *T*

tates nisi has solas, quod de pluribus praedicantur. longe enim a se distare uidentur in substantia sui et in potestate patiendi atque faciendi id quod alicui accidit et id cui accidit. namque illud cui accidit, quasi quoddam accidentis est fundamentum, illud uero quod accidit, praeter id cui accidit, esse in sui substantia non potest.

29. [DE PROPRIIS SPECIEI ET ACCIDENTIS.]

Propria uero singulorum sunt haec, quod species in eo quod quid sit praedicatur, accidens uero in eo quod quale sit et quodammodo se habens. nam si quis dicat: quid Socrates est? homo dicitur; si quis dicat, qualis sit, caluus uel simus appellatur, si quis uero, quomodo se habens, sedens aut iacens appellabitur. Item quod una quaeque substantia unam speciem habet. namque hominis substantia unam solam hominis speciem habet, substantia uero equi unam solius equi speciem habet. at uero una substantia plura frequenter accidentia continebit. nam et in eodem equo quaedam pars frequenter nigra, quaedam alba et est in eo proceritas, est altitudo, est aquilum caput et alia huiusmodi. habet etiam non solum inseparabile accidens eadem substantia, sed etiam separabile. nam fortasse quidam uelox est et idem etiam corpore ualidus est, idem etiam sagittator et cetera. Huc accedit quod species praeno-

7—23] Porph. p. 21, 8—12. 23—p. 129, 15] Porph. p. 21, 12—17.

1 quae *F* plurimis *T* 2 a se *om. KP, post* distare *T* sui *om. P, post* potestate *T* 3 alicui] *CK* alicui rei *cett.* 6 esse *post* substantia *C* 7 *inscript. om. FT; cf. ad p. 105, 16* 9 uero *om. FGT, s. l. Sm2* 10 sit *om. F* et] ἤ *Porph. p. 21, 10* quomodo *K, sed* aliquo modo *etiam Boethius Ed. sec. V 22,* ΠΩΣ *Porph. p. 21, 10 indefinitum interpretatus* qui *P* 11 quod *F* est *ante* Socrates *KT,* sit *P* qui *GP* 12 qui *CGPSm1* quodammodo *GPSTm1* 13 aut] uel *CF* *post* Item *add.* in hoc differunt *FK* 16 *pr.* equi] quae *G* qui *Sm1* 17 est *Brandt* 18 alba] alba est *FK* 19 aquilum] *KPSm2T* acilum *Ca.c.G* acylum *Cp.c.* aquile *Sm1* aquiculum *F* aquilinum *edd.; cf. Indic. uerb.* 20 inseparabilis accidentis *C (ante* insep. *add.* quiddam*) GPSm1Tm1* 21 separabilis *CGPSm1Tm1* 23 noscuntur *C*

scuntur, id est praeintelleguntur, hoc est ante esse cognoscuntur quam accidentia. et prius erit aliqua res ubi accidat, quam illa quae accidat. et quoniam species est subiectum accidentis ubi accidens accidat, ideoque ante species intellegitur esse quam accidens. accidentia uero postnatiua sunt, id est a foris uenientia et extranea a qualibet illa substantia, | etiamsi inseparabilia sunt. haec quoque est p. 45 eorum separatio, quod semper omnia quae participant specie, aequaliter participant; aequaliter enim et Socrates et Cicero et Plato homines sunt. at uero illa quae participant accidenti, etiamsi inseparabile accidens sit, tamen non aequaliter participant. namque quamuis inseparabile sit accidens Aethiopibus nigros esse, tamen est aliquis inter ipsos nigrior nec omnes illa nigredine aequaliter participant.

Relinquitur igitur de communibus proprii accidentisque tractare; nam proprium quid distaret uel ab specie uel a genere uel a differentia, superius demonstratum est.

30. [DE COMMUNIBUS PROPRII ET ACCIDENTIS.]

Proprium autem et inseparabile accidens commune habent, quod sine his numquam consistunt ea quae

16—19] Porph. p. 21, 18 s. 20—p. 130, 12] Porph. p. 21, 20—22, 1.

1 praeintellegentia *T* ante esse cognoscuntur] interesse praenoscuntur *T* 2 quam accidentia *om. CGPST; Porph. p. 21, 12* καὶ τὰ μὲν εἴδη προεπινοεῖται τῶν συμβεβηκότων 3 *pr.* accidit *F* *post.* accidit *G* et quoniam—accidat *om. GK* 4 ideo *P* ideo quoque *(cf.* ita quoque *p. 84, 10) Brandt; cf. Indic. uerb.* 5 postnatiua] *uel* post natiua *FKPSm2T* post posteriora noua *Sm1* postea *Cp* posita *G* postea nata *brm* 6 id est *om. CGP* 9 et *om. T* 11 sit accidens *FGK* 12 nam *K* 13 accidens sit *C* nigris *Sm1Tm1* 14 alius *CGST* illam *F* nigredinem *FS* 15 *post* participant *inscriptionem (cf. 20) habent CG, in inf. mg. positam, sed hic ut uid. inserendam S* 16 et accidentis *F* 17 quod *G* a *KT* 18 *pr.* a] ab *P* differentiis *F* sepius *F* 20 *inscript. hic cum Porph. p. 21, 18—20 habet K, om. F (linea uacua) PT, de CGS cf. ad 15; cf. ad p. 102, 7* 21 et] uel *C*

eorum participant et in quibus ipsa considerantur. nam neque homo amittit risibile esse nec Aethiops aut coruus nigrum. atque ideo sine his ipsis, id est propriis et accidentibus, quae eorum participant, constare non possunt, ne forte contra superiorem definitionem accidentis uenire uideatur ista communio — est enim ita definitum: accidens est quod infertur et aufertur sine eius in quo est interitu —, quod nunc dici uidetur sine his constare non posse, cum superius sine eorum interitu posse dicerentur auferri. sed hoc modo dicitur, non quod, si auferatur hoc accidens inseparabile, intereat illud cui accidit, sed quoniam separari non potest, idcirco sine hoc constare non possit. Est etiam inseparabilis accidentis et proprii alia communio, quod sicut et omni et semper inest proprium cui inest, id est homini — semper enim et omnis homo risibile est —, sic etiam quodlibet accidens inseparabile et semper et omni est accidens inseparabile; namque et omnis coruus et semper niger est. sola autem separabilibus accidentibus illa communio est, quod quemadmodum de multis indiuiduis proprium praedicatur, ita etiam accidens de multis indiuiduis potest praedicari. plures etiam currunt, plures ambulant, quae scilicet accidentia separabilia sunt, quemadmodum plures possunt esse risibiles.

31. [DE PROPRIIS ACCIDENTIS ET PROPRII.]

Differunt autem ista, quod proprium semper uni speciei inest, accidens uero et pluribus. namque acci-

6 s.] supra p. 100, 9. 12—22] Porph. p. 22, 2 s. 23—p. 131, 16] Porph. p. 22, 4—10.

1 ipsa] ea *F* namque *(om.* neque*) PTm1, s. l.* nec *m2, post* homo *add.* non *P* 2 amittat *F* 3 his *om. CT* 5 ne] cauendum est ne *F* 7 est] esse *CGT* 8 dicere *PSm2* 9 diceretur *FGK* hoc] his *Gm1 (s. l.* ł id *m2?) P* 12 hoc] his *KSm2* hos *F* 14 id est] uelut *C* *post* homini *add.* risibile *C* 15 risibilis *FKSm2Tm2* 16 *post.* et *s. l. FSm2* omne *C* est *om. F* inseparabiliter *F* 18 autem] enim *C* inseparabilibus *KT* cum separabilibus *edd.* 21 etiam] enim *T brm* *ante* ambulant *add.* etiam *FK* 22 esse possunt *F* 23 *inscript. om. FT* PROPRIIS] DIFFERENTIA *KPS; cf. ad p. 105, 16* 24 ista *om. P* 25 et *om. C* nam *C*

dens pluribus speciebus et animatis et inanimatis euenit, ut est hebeno nigrum, coruo nigrum, homini Aethiopi nigrum, risibile uero nulli nisi soli homini. atque ideo conuersim proprium praedicatur, quia unius speciei continens est et illi speciei soli aequalis est, at uero accidens conuersim praedicari non potest, quia plures sub se species habet. non enim potes dicere id esse nigrum quod hebenum, cum dicas hoc esse hebenum quod nigrum; potest enim esse nigrum et non esse hebenum. deinde omne proprium aequaliter se his rebus quae sub se fuerint dat et ab his aequaliter participatur — Socrates enim et Cicero et Vergilius aequaliter et risibili participant et aequaliter risibiles sunt —, at uero accidens non semper aequaliter; potest enim quicumque esse procerior et alius esse uelocior, quod scilicet illud separabile est accidens, illud inseparabile.

Et fortasse aliae eorum quaedam proprietates uel communiones esse uideantur, sed nunc quantum introductioni sat est, ista sufficiant.

32. Sed iam tibi, mi Fabi, omnia quaecumque ad Introductionem Porphyrii pertinent, plenius uberiusque tractata sunt. post uero si quid umquam mei egueris, studiis praesertim tuis, quae nulla umquam honestate caruerunt, libens animo hortatorque ad easdem cupiditates parebo. — Hic Fabius: Tu, inquit, paterno haec mihi animo polliceris, uerum ego numquam deficiam ab his studiis, te praesertim docente,

17—19] Porph. p. 22, 11—13.

1 animantis et inanimantis *F* 2 est *om. F* hebeno] *plerique codd., item 8. 9* 3 nisi *om. F* 5 aequalis est] aequaliter *coni. Brandt; cf. Porph. p. 22, 8* διὸ τὸ μὲν ἴδιον ἀντικατηγορεῖται οὗ ἐστιν ἴδιον καὶ ἔστιν ἐπίσης *et interpret. Boethii Ed. sec. V 24* quare proprium—aequaliter 7 potes] *Schepss* potest *codd. et edd.* 9 esse enim *C* *post.* esse *om. CGT* 12 uirgilius *FPST* 13. 14 *post* aequaliter *add.* est accidens *FK* 14 aliquis *F* 19 ista *om. C* sufficiunt *T* 20 introductiones *KPS* 22 quid *om. F* umquam *om. C, post* mei *T* 24 parabo *G* 25 mihi haec *P* 26 ducente *C* decente *S*

a quo totam fortasse logicae Aristotelis, si uita suppetet, capiam disciplinam. — Et ego: Faciam, inquam, libentissime. sed quoniam iam matutinus, ut ait Petronius, sol tectis arrisit, surgamus, et si quid illud est, diligentiore postea consideratione tractabitur.

1 a *exters.*, qui *C* suppetet] *CPT* suppetit *cett.* 2 cupiam *G* inquam *om. F* 3 *post* sol *add.* iam *T* 4 illud est] *C* est illud *G* illud sit *FKS* illud *T* restat *P* diligentiori *T* EXPLICIT EDITIONIS *(*AED- *CG)* PRIMAE COMMENTORVM *CGK;* ANICII. MALLII. SEVERINI. BOECII. V̄. C̄. ET ILLVSTRIS EX CONSVLARIS ORD̄. PATRICII. IN ISAGOGAS PORPHIRII. IN CATĘGORIAS EDICIONIS PRIMĘ. LIBER PRIMVS *(sic)* EXPLICIT. *P;* EXPLICIT EDITIO BOETII IN YSAGOGIS PORPHIRII SECVNDVM TRANSLATIONEM VICTORINI *S;* ANITII MALLII SEUERINI. BOETII. Ū. C. ET ILL. ET CONS̄; ORD̄; PATRITII. IN ISAGOGEN. PORPHIRII. ID̄. INTRODUCTIONĒ IN CATEGORIAS A SE TRANSLATAS. AEDITIONIS PRIMĘ EXPLITIUNT DŌ GRATIAS MARII. VICTORINI DE XV SPETIEBUS DEFFINITIONUM. *T (de hac subscript., cuius extrema uerba ad Marii Victorini librum* De definitionibus *spectant, cf. Brandt, Philologus uol. 62, 1903, p. 623); subscriptione caret F*

II.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII

IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTORVM

EDITIO SECVNDA

Commentarium Isagogae Boethianum lemmata Isagogae a Boethio translatae sequentem continent codices:

C = Monacensis 6403 saec. X.
E = Einsidlensis 338 saec. X.
F = Coloniensis 187 saec. XI pertinens usque in lib. III c. 10.
G = Parisinus 13955 saec. X.
H = Coloniensis 188 saec. XI.
L = Monacensis 14516 saec. X.
N = Bambergensis 325 saec. XI.
P = Parisinus 11129 saec. XI.
R = Vaticanus Reginensis 1332 saec. X.
S = Parisinus 12958 saec. X pertinens usque in lib. IV c. 1.
Codicum *FLNPRS* in lemmatis Isagogae lectiones omnes, in commentario Boethii potiores exhibentur.

Isagogen tantummodo a Boethio translatam continent:

Γ = Coloniensis 191 saec. XI.
Δ = Parisinus *nouv. acquis.* 1611 saec. X—XI.
Σ = Sangallensis 831 saec. X.; cf. cod. *G* p. 2.
Ψ = Erlangensis 579 saec. XII.

Isagogen a Boethio translatam etiam separatam continent:

Λ = Monacensis 14516, supra *L*.
Π = Parisinus 11129, supra *P*.
Φ = Coloniensis 187, supra *F*.
Ω est septem codicum Γ—Φ consensus.
Codicum ΣΨΛΠ potiores tantum lectiones exhibentur.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII p. 46

IN ISAGOGEN PORPHYRII COMMENTORVM

EDITIONIS SECVNDAE

LIBER PRIMVS.

1. Secundus hic arreptae expositionis labor nostrae seriem translationis expediet, in qua quidem uereor ne subierim fidi interpretis culpam, cum uerbum uerbo expressum comparatumque reddiderim. cuius incepti ratio est quod in his scriptis in quibus rerum cognitio quaeritur, non luculentae orationis lepos, sed incorrupta ueritas exprimenda est. quocirca multum profecisse uideor, si philosophiae libris Latina oratione compositis per integerrimae translationis sinceritatem nihil in Graecorum litteris amplius desideretur. et quoniam humanis animis excellentissimum bonum philosophiae comparatum est,

ANICII. MALLII. SEVERINI. BOECII. IN YSAGOGAS PORPHIRII. A SE TRANSLATĘ EDITIONIS SECVNDĘ LIBER PRIMVS INCIPIT. *P;* BOETII EXPOSITIO SCD̄A IN YSAGOG. *E;* BOETII COMMENTA IN ISAGOGAS *G;* INCIP̄ COMENTV̄ BOETII. in isagogis porphirii; Expos̃ Scđa *L;* COMENTV̄ BOECII IN ISAGOGAS *R; inscriptione carent CFHNS (nisi quod in FH recens quaedam est), item e codd. Isagogen tantum a Boethio translatam continentibus* ΛΣ; ISAGOGAE PORPHYRII TRANSLATAE DE GRECO IN LATINVM A VICTORINO ORATORE *(sic)* ΓΦ; INCIP̄ LIBER YSAGOGARVM *(*HYS- Δ*)* PORPHYRII *(*I *pro* Y Π*)* ΔΠ; Īcipiũt isagoge porphyrii *(m. poster.)* Ψ; *de titulo operis cf. Prolegomena*

6 fidi—reddiderim] cf. Horat. Ars poet. 133. 11—13] cf. Cic. Acad. post. I 3, 12.

6 fędi *C* foedi *Hm1N* infidi *FGm1* 7 uerbo] e uerbo *N* 8 incoepti *CEGHPRS* 10 corrupta *Em1Sm1* incorruptae *Em2 (*e *in mg. add., sed del.) Lm1* 11 uidebor *brm* 13 graecis *Lm2*

ut uia et filo quodam procedat oratio, ex animae ipsius efficientiis ordiendum est. triplex omnino animae uis in uegetandis corporibus deprehenditur. quarum una quidem uitam corpori subministrat, ut nascendo crescat alendoque subsistat, alia uero sentiendi iudicium praebet, tertia ui mentis et ratione subnixa est. quarum quidem primae id officium est, ut creandis, nutriendis alendisque corporibus praesto sit, nullum uero rationis praestet sensusue iudicium. haec autem est herbarum atque arborum et quicquid terrae radicitus adfixum tenetur. secunda uero composita atque coniuncta est ac primam sibi sumens et in partem constituens uarium de rebus capere potest ac multiforme iudicium. omne enim animal quod sensu uiget, idem et nascitur et nutritur et alitur. sensus uero diuersi sunt et usque ad quinarium numerum crescunt. itaque quicquid tantum alitur, non etiam sentit, quicquid uero sentire potest, ei prima quoque animae uis, nascendi scilicet atque nutriendi, probatur esse subiecta. quibus uero sensus adest, non tantum eas rerum capiunt formas quibus sensibili corpore feriuntur praesente, sed abscedente quoque sensu sensibilibusque sepositis cognitarum sensu formarum imagines tenent memoriamque conficiunt, et prout quodque animal ualet, longius breuiusque custodit. sed eas imaginationes confusas atque ineuidentes sumunt, ut nihil ex earum coniunctione ac compo-

1 uia et filo quodam] *CEm2H (*uia *fort. ras. ex* uiae*),* uiae et filo quodam *N* uiae *(s. l. R)* ex filo quodam *Em1GPR edd.* uiae *(ex* uia *S)* ex quodam filo *LS* uiae *(s. l.* filo *m1)* quodam *F* ratio *CEm1GLRS* ex] ab *Hm1NP* efficienti *Em1* efficientis *Fa.c.* 3 *post* uitam *add.* solum *CFHP* solam *N* corporis *GNRLa.r.Sa.r.* 5 rationis *FGRS* 6 procreandis *CHNP* 7 nutriendisque *(om.* alendis*) EL* sit *s. l. Gm2Nm2* 9 terra *CN* 10 ac] ad *FSm1* at *LSm2* et *G* 11 rebus] quibus *GRS* de rebus de quibus *L* 12 poterit *E* *post* iudicium *add.* capit *E (sed del.) L, s. l. m2 in HRS* 13 et nutritur *om. CHP, s. l.* nutritur *(om.* et*) Lm2* 14 ita *CHR* 16 poterit *E* quoque prima *FGm2H* 19 praesente *ante* feriuntur *FHN* praesentes *CHm1N* abscedente] *Em2FGHm1NRSa.r.* absente *CEm1Hm2LPSp.r.* 20 repositis *GR* 22 imagines *FHN* 23 *ante* sumunt *add.* sic *brm*

sitione efficere possint. atque idcirco meminisse quidem possunt, nec aeque omnia, admissa uero obliuione memoriam recolligere ac reuocare non possunt. futuri uero his nulla cognitio est. sed uis animae tertia, quae secum priores alendi ac sentiendi trahit hisque uelut famulis atque oboedientibus utitur, eadem tota in ratione constituta est eaque uel in rerum praesentium firmissima conceptione uel in absentium intellegentia uel in ignotarum inquisitione uersatur. haec tantum humano generi praesto est, quae non solum sensus imaginationesque perfectas et non inconditas capit, sed etiam pleno actu intellegentiae quod imaginatio suggessit, explicat atque confirmat. itaque, ut dictum est, huic diuinae naturae non ea tantum cognitione sufficiunt quae subiecta sensibus comprehendit, uerum etiam et insensibilibus imaginatione concepta et absentibus rebus nomina indere potest et quod intellegentiae ratione comprehendit, uocabulorum quoque positionibus aperit. illud quoque ei naturae proprium est, ut per ea quae sibi nota sunt ignota uestiget et non solum unum quodque an sit, sed quid sit etiam et quale sit nec non cur sit, optet agnoscere. quam triplicis animae uim sola, ut dictum est, hominum natura sortita est. cuius animae uis intellegentiae motibus non caret, quia in his quattuor propriae uim rationis exercet. aut enim aliquid an sit inquirit aut si esse constiterit, quid sit addubitat. quodsi etiam utriusque scientiam ratione possidet, quale sit

2 admissa] *CR* amissa *EFGm1NP* amissam *Gm2LS, ras. et s. l. ex* admissam *H* memoriam *om. FGR, s. l. Sm2*, memoria *H* 3 hiis *F, sic saepe* cogitatio *CNm2* 4 animae uis *CEL* 5 *ante* trahit *add.* uires *brm* 6 ea *CHm1N* est *ante* constituta *CEGS*, *om. R* 7 contentione *EGm1Sm1* contemplatione *R, m2 in GLS* 8 in *s. l. Gm1Pm2, del. Lm2* ignotorum *Hm1N* 9 imaginationes *EN* 11 conformat *Gm2Pm2* 13 cognitione] in cognitione *FHNP* 14 et] ex *Em1HN* sensibilibus *CEm1Hp.c.Nm2* sensibus *Ha.c.Nm1* *ante* imaginatione *add.* sibi *E (del. m2) NPSm2* imaginatione] in agnitione *Gm1Sm1* agnitione *Gm2R* *post* concepta *add.* nomina *Hm1, idem post* rebus *s. l. m2* 17 sint *E* 19 optat *LR* 22 quia] qua *Gm1* atque *EHm1Pm1* 24 scientiam *post* ratione *E* sententiam *Hm1* possedit *FRS*

unum quodque uestigat atque in eo cetera accidentium momenta perquirit, quibus cognitis cur ita sit quaeritur et ratione nihilo minus uestigatur.

2. Cum igitur hic actus sit humani animi, ut semper aut in ⟨rerum⟩ praesentium comprehensione aut in absentium intel-
p. 47 legentia aut in ignotarum inquisitione | atque inuentione uersetur, duo sunt in quibus omnem operam uis animae ratiocinantis inpendit, unum quidem, ut rerum naturas certa inquisitionis ratione cognoscat, alterum uero, ut ad scientiam prius ueniat quod post grauitas moralis exerceat. quibus inquirendis permulta esse necesse est, quae uestigantem animum a recti itinere non minimum progressione deducant, ut in multis euenit Epicuro, qui atomis mundum consistere putat et honestum uoluptate metitur. hoc autem idcirco huic atque aliis accidisse manifestum est, quoniam per imperitiam disputandi quicquid ratiocinatione comprehenderant, hoc in res quoque ipsas euenire arbitrabantur. hic uero magnus est error; neque enim sese ut in numeris, ita etiam in ratiocinationibus habet. in numeris enim quicquid in digitis recte computantis euenerit, id sine dubio in res quoque ipsas necesse est euenire, ut si ex calculo centum esse contigerit, centum quoque res illi numero subiectas esse necesse est. hoc uero non aeque in disputatione seruatur; neque enim quicquid sermonum decursus inuenerit,

4 aut *om. CNR, s. l. Gm2Sm2* 5 rerum *add. edd. post* praesentium, *ante Brandt; cf. p. 137, 6* 6 ignotorum *Gm2Hm1Lm2N* *ante* inuentione *s. l.* in *Hm2* 8 inpendat *FPSa.c.* naturam *FHm1N* certa inquisitionis] *Gm2H* certae inquisitionis *FNP* inquisitionis certa *CELm2, om.* certa *Gm1Lm1RS (fort. recte)* 10 quod] eius quod *r* exercet *Hm1* 12 minimum *ante* non *E* minime *FSm1* diducant *FGm2* 13 athomis *plerique codd.* consistere *in mg. Hm2* constare *CFP, post er.* ł consistere *C* honestam *Em1P* honestatem *F* 14 uoluptate *om. F* uoluptatem *CEHm2* (-te∗ *m1) LNR, add.* corporis *L (del. m2) R, s. l. Gm2, ante* uol. *edd.* mentitur *CEGHPRSm1* hoc] haec *H* 16 racione *CN* comprehenderent *m1 in EHN* 17 uero] ergo *H* maximus *E* error est *CFHNP* *post* sese *add.* res *FR, s. l. Pm2* 19 digitos *CEFN*

id natura quoque fixum tenetur. quare necesse erat eos falli qui abiecta scientia disputandi de rerum natura perquirerent. nisi enim prius ad scientiam uenerit quae ratiocinatio ueram teneat disputandi semitam, quae ueri similem, et agnoscere quae fida, quae possit esse suspecta, rerum incorrupta ueritas ex ratiocinatione non potest inueniri. cum igitur ueteres saepe multis lapsi erroribus falsa quaedam et sibimet contraria in disputatione colligerent atque id fieri inpossibile uideretur, ut de eadem re contraria conclusione facta utraque essent uera quae sibi dissentiens ratiocinatio conclusisset, cuique ratiocinationi credi oporteret, esset ambiguum, uisum est prius disputationis ipsius ueram atque integram considerare naturam, qua cognita tum illud quoque quod per disputationem inueniretur, an uere comprehensum esset, posset intellegi. hinc igitur profecta est logicae peritia disciplinae, quae disputandi modos atque ipsas ratiocinationes internoscendi uias parat, ut quae ratiocinatio nunc quidem falsa, nunc autem uera sit, quae uero semper falsa, quae numquam falsa, possit agnosci. huius autem uis duplex esse perpenditur, una quidem in inueniendo, altera in iudicando. quod Marcus etiam Tullius in eo libro cui Topica titulus est, euidenter expressit dicens: Cum omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes, unam inueniendi, alteram iudicandi, utriusque princeps, ut mihi quidem uidetur, Aristoteles fuit. Stoici

20 Tullius] Top. 2, 6 s.

1 *ante* natura *add.* in *HLSpr, s. l. Pm2* 3 *post* nisi *add.* quis *r* prius enim *E* 4 disputandi *om. GRS* *ad* ueri similem *s. l.* al que ueri se similem agnouerit *Hm2* et agnoscere] *FSm1 (om.* et*)* et agnouerit *EGLPRSm2 (om.* et*) edd.* ut ex hoc delectu rationum queamus agnoscere *Hm1, s. l.* al et agnouerint quae fida et reliqua *m2* ut ex diligentia rationum queamus *(ex* quaeramus *C)* agnoscere *CN* 7 et sibimet] sibimet *C* sibi et *EGRS* 9 *post* re *s. l.* si *Cm1?* 10 cuique] *CHm1N* cuiue *cett.* 13 tunc *FHNPm1R* *post* an *add.* id *R, s. l. Gm2Lm2, 2 litt. er. C* 15 ipsis ratiotinationibus *Hm2* 16 *ante* internoscendi *add.* et *brm* uiam *CFHN* 19 inueniendi *et* iudicandi *(om.* in*) Hm2* 24 quidem uidetur] *FHNPCic.* uidetur quidem *GRS* quidem *om. CEL*

autem in altera elaborauerunt; iudicandi enim uias diligenter persecuti sunt ea scientia quam διαλεκτικὴν appellant, inueniendi artem, quae τοπικὴ dicitur quaeque ad usum potior erat et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt. nos autem quoniam in utraque summa utilitas est et utramque, si erit otium, persequi cogitamus, ab ea quae prima est, ordiemur. cum igitur tantus huius considerationis fructus sit, danda est huic tam sollertissimae disciplinae tota mentis intentio, ut primis firmati in disputandi ueritate uestigiis facile ad rerum ipsarum certam comprehensionem uenire possimus.

3. Et quoniam qui sit ortus logicae disciplinae praediximus, reliquum uidetur adiungere, an omnino pars quaedam sit philosophiae an ut quibusdam placet, supellex atque instrumentum, per quod philosophia cognitionem rerum naturamque deprehendat. cuius quidem rei has e contrario uideo esse sententias. hi enim qui partem philosophiae putant logicam considerationem, his fere argumentis utuntur, dicentes philosophiam indubitanter habere partes speculatiuam atque actiuam. de hac tertia rationali quaeritur an sit in parte ponenda, sed eam quoque partem esse philosophiae non potest dubitari. nam sicut de naturalibus ceterisque sub speculatiua positis solius philosophiae uestigatio est itemque de moralibus ac

2 uias] *ENPCic.p, om. cett. codd.*, uiam *brm* ea scientia] *Pm1Cic.* eam scientiam *EPm2 edd.* eam scilicet scientiam *CN* artem et scientiam *FSm2* scientiam *GHLRSm1* 3 διαλεκτικὴν] *Cic.* dialecticen *CFGHLNPm2RS* dialecticam *E* dialectica *Pm1* τοπικὴ] *Cic.* topice *Gm2LNS* topica *CEFGm1HPR* 4 quaeque] quae et *Cic.* 5 prior] prior est *GLa.c.RS* 6 in—est et] *CN Cic., s. l. Pm2, om. cett. codd., Boethius etiam in comment. in Cic. Top. lib. I p. 1047 D haec uerba respicit* 8 prima] prior *Cic.* ordiemur] *EHm1NCic.* ordiamur *CGHm2LPRS* ordinamus *F* 13 quid *FHm1NPp.c.* quod *a.c.* 14 *ante* reliquum *add.* esse *GHP* pars sit quaedam *GN* quaedam pars sit *L* 18 hii *EHL* 20 *ante* habere *add.* duas *L m 1860* 21 *post* rationali *add.* uel orationali *EFGH (del. m2) RS (del. m2)* id est logica *L (s. l. m2) edd.* *ad* an *s. l.* si *Cm2* 24 inuestigatio *L*

reliquis quae sub actiuam partem cadunt, sola philosophia perpendit, ita quoque de hac parte tractatus, id est de his quae logicae subiecta sunt, sola philosophia iudicat. quodsi speculatiua atque actiua idcirco philosophiae partes sunt, quia de his philosophia sola pertractat, propter eandem causam erit logica philosophiae pars, quoniam philosophiae soli haec disputandi materia subiecta est. iam uero inquiunt: cum in his tribus philosophia uersetur cumque actiuam et speculatiuam consideratio|nem subiecta discernant, quod illa de rerum naturis, p. 48
haec de moribus quaerit, non dubium est quin logica disciplina a naturali atque morali suae materiae proprietate distincta sit. est enim logicae tractatus de propositionibus atque syllogismis et ceteris huiusmodi, quod neque ea quae non de oratione, sed de rebus speculatur neque actiua pars, quae de moribus inuigilat, aeque praestare potest. quodsi in his tribus, id est speculatiua, actiua atque rationali, philosophia consistit, quae proprio triplicique a se fine disiuncta sunt, cum speculatiua et actiua philosophia partes esse dicuntur, non dubium est quin rationalis quoque philosophia pars esse conuincatur. qui uero non partem, sed philosophiae instrumentum putant, haec fere afferunt argumenta. non esse inquiunt similem logicae finem speculatiuae atque actiuae partis extremo. utraque enim illarum ad suum proprium terminum spectat, ut speculatiua

2 tractat *Ep.r.FR, m2 in GLP* 3 diiudicat *CHm2* 5 sola philosophia *CFN* pertractet *Em1* tractat *Hm1* 7 iam] tam *R* ita *FL* 9 subiectas discernat *Em2* 10 dubium non est *CEL* non est dubium *F* 11 a *om. LS, s. l. Gm2Pm2, postea add. R* disiuncta (iunc *in ras. m1?) R* 12 est enim] etenim *GLRS* *post* tractatus *add.* est *LR, s. l. Pm2* 14 orationibus *E* ratione *Lm1, add.* est *L* 17 sint *Rm1, ex* sit *Sm2* cumque *H* (q. *er.) Lm2N* 18 et] atque *EFNP* philosophiae *pbr* dicantur *Lm2N* non est dubium *EFHNP* 21 haec—argumenta *del. G* asserunt (ss *in ras. m1?) C* similem *om. GR, post* finem *s. l. Sm2, ad* similem *s. l.* ł proprium *Pm2* 22 *ante* speculatiuae *add.* sed *R, s. l. Gm2Lm2* extremum *E* (ũ *ex* a *uel* o *m2) GL* (um *ex* am *m2) Pm2RSm1* 23 proprium suum *C* ut] ita ut *brm*

quidem rerum cognitionem, actiua uero mores atque instituta perficiat, neque altera refertur ad alteram. logicae uero finis esse non potest absolutus, sed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus atque constrictus est. quid enim est in logica disciplina quod suo merito debeat optari, nisi quod propter inuestigationem rerum huius effectio artis inuenta est? scire enim quemadmodum argumentatio concludatur uel quae uera sit, quae ueri similis, ad hoc scilicet tendit, ut uel ad rerum cognitionem referatur haec scientia rationum uel ad inuenienda ea quae in exercitium moralitatis adducta beatitudinem pariunt. atque ideo quoniam speculatiuae atque actiuae suus certusque finis est, logicae autem ad duas reliquas partes refertur extremum, manifestum est non eam esse philosophiae partem, sed potius instrumentum. sunt uero plura quae ex alterutra parte dicantur, quorum nos ea quae dicta sunt strictim notasse sufficiat. Hanc litem uero tali ratione discernimus. nihil quippe dicimus impedire, ut eadem logica partis uice simul instrumentique fungatur officio. quoniam enim ipsa suum retinet finem isque finis a sola philosophia, consideratur, pars philosophiae esse ponenda est, quoniam uero finis ille logicae quem sola speculatur philosophia, ad alias eius partes suam operam pollicetur, instrumentum esse philosophiae non negamus; est autem finis logicae inuentio iudiciumque rationum. quod scilicet non esse mirum uidebitur, quod eadem pars, eadem quoddam ponitur instrumentum, si ad partes corporis animum reducamus, quibus et fit aliquid, ut his quasi quibusdam instrumentis utamur, et in toto tamen corpore partium obtinent locum. manus enim ad tractandum, oculi ad

1 rerum] *Em2H (in mg. m1?) Lm2 edd., post* cognitionem *add.* rerum *s. l. Pm2Sm2, add.* naturalium rerum *F, s. l. Gm2, om. cett.* 2 ad alteram] de altera *Em2* 3 non potest esse *FGN* 4 est *om. C* 5 aptari *FGm1Hm1Pm2R* 6 affectio *EFHLm2Pm1Rm1* 8 intendit *F* 9 rationum scientia *CLP* 10 mortalitatis *bm* 11 parant *Ea.c.* pariant *Hm1* 15 alterutra] utraque *EP, add. post* alterutra *H, del. m2* *ante* dicta *add.* supra *EP, s. l. Lm2* 18 enim] uero *CFHN* 21 ei *F* 24 uidetur *Em1FGm2LNPm2* 28 optineant *Fp.c.S*

uidendum, ceteraeque corporis partes proprium quoddam uidentur habere officium. quod tamen si ad totius utilitatem corporis referatur, instrumenta quaedam corporis esse deprehenduntur quae etiam partes esse nullus abnuerit. ita quoque logica disciplina pars quidem philosophiae est, quoniam eius philosophia sola magistra est, supellex uero, quod per eam inquisita philosophiae ueritas uestigatur.

4. Sed quoniam, quantum mihi quoque breuitas succincta largita est, ortum logicae et quid ipsa logica esset explicui, nunc de eo nobis libro pauca dicenda sunt quem in praesens sumpsimus exponendum. titulo enim proponit Porphyrius introductionem se in Aristotelis Praedicamenta conscribere. quid uero ualeat haec introductio uel ad quid lectoris animum praeparet, breuiter explicabo. Aristoteles enim librum qui De decem praedicamentis inscribitur hac intentione composuit, ut infinitas rerum diuersitates quae sub scientiam cadere non possent, paucitate generum comprehenderet, atque ita quod per incomprehensibilem multitudinem sub disciplinam uenire non poterat, per generum, ut dictum est, paucitatem animo fieret scientiaeque subiectum. decem igitur genera rerum esse omnium considerauit, id est unam substantiam et accidentia nouem, quae sunt qualitas, quantitas, relatio, ubi, quando, facere et pati, situs, habere, quae quoniam genera essent suprema et quibus nullum aliud superponi genus posset, omnem necesse est multitudinem rerum horum decem generum spe-

1 quoddam] quod *Em1* (aliquod *m2*) *G* 2 utilitatem *post* corporis *EG, ante* totius *L* 4 quas *FSm2* 5 quidem *post* philosophiae *H* quaedam *L* 6 uero] uero est *L* 8 quoque *om. L* quidem *edd.* ueritas *Cm1N* succincta] *CNPSm2* sua mora *EFGHR* sua mota *Sm1* succincta suam moram *L* 9 ortum *om. L* et de ortu *CNP* quod *CF* est *G* explicaui *CELm2PRS* 11 titulum *CHm1N* 13 lectoris *s. l. Gm2, post* animum *CN, post* praeparet *H, om. E* 14 paret *EFGNRS* 15 scribitur *EGRSm1* 17 ita quod *s. l. Gm2* (itaque *m1*) *Rm2* quod (*om.* ita) *s. l. Sm2* 20 decem] in decem *C* 23 et *om. FLNP* situm habere *CR a.c.* situm esse habere *Gm1S* 24 genus superponi *H* possit *E a.c. FGm1NPRS* 25 *ante* horum *add.* per *s. l. Pm2, ante* species *CFLR, s. l. Gm2Sm2*

cies inueniri. quae quidem genera a se omnibus differentiis distributa sunt nec quicquam uidentur habere commune nisi p. 49 tantum nomen, quoniam omnia | esse praedicantur. quippe substantia est, qualitas est, quantitas est, et de aliis omnibus 'est' uerbum communiter praedicatur, sed non est eorum communis una substantia uel natura, sed tantum nomen. itaque decem genera ab Aristotele reperta omnibus a se differentiis distributa sunt. sed quae aliquibus differentiis disiunguntur, necesse est ut habeant proprium quiddam quod ea in singularem solitariamque uindicet formam. non est autem idem proprium quod accidens. accidentia enim et uenire et abesse possunt, propria ita sunt insita, ut absque his quorum sunt propria, esse non possint. quae cum ita sint cumque Aristoteles decem rerum genera repperisset, quae uel intellegendo mens caperet uel loquendo disputator efferret — quicquid enim intellectu capimus, id ad alterum sermone uulgamus —, euenit ut ad horum decem praedicamentorum intellegentiam quinque harum rerum tractatus incurreret, scilicet generis, speciei, differentiae, proprii, accidentis. generis quidem, quoniam oportet ante praediscere quid sit genus, ut decem illa quae Aristoteles ceteris anteposuit rebus, genera esse possimus agnoscere, speciei uero cognitio plurimum ualet, ut quae cuiusque generis sit species, possit agnosci. si enim quid sit species intellegimus, nihil impediti errore turbamur. fieri enim potest, ut per speciei inscientiam saepe quantitatis species in relatione ponamus et cuiuslibet primi generis species alteri cui-

4 omnibus aliis *FHLN* 9 quoddam *S* 10 uendicet *HLP* uindicent (ent *in ras.) S* constituat *CN* 11 euenire *FGm2R (om.* et*)* abire *NP* 12 propria ita] propria enim ita *H* proprietates *EGm1S* propria uero ita *edd.* insitae *EGm1S* 14 uel *om. FP* 16 cupimus *E* alterutrum *FPm2S* 19 *ante* accidentis *add.* atque *FHNP* et *L* 21 interposuit *m1 in EGS* superposuit *Em2NP* praeposuit *FGm2* possemus *FN* 22 cognitio *post* ualet *LP* 24 impedito *(uel* in-*) Ca.c.EGm1HNS* impedit *R* turbari *CS* 25 inscitiam *F* 26 cuilibet] cuiuslibet *Gm1N,a.r. in EFS*

libet generi subdamus atque ita fiat permixta rerum atque indiscreta confusio; quod ne accidat, quae sit natura speciei ante noscendum est. nec uero in hoc tantum prodest speciei cognoscenda natura, ne priorum generum species inuicem permutemus, uerum etiam ut in eodem quolibet genere proximas species generi nouerimus eligere, ut ne substantiae mox animal dicamus esse speciem potius quam corpus aut corporis hominem potius quam animatum corpus. at uero differentiarum scientia in his maximum retinet locum. qui enim omnino qualitatem a substantia uel cetera a se genera distare cognoscimus, nisi eorum differentias uiderimus? quomodo autem discernere eorum differentias possumus, si quid ipsa sit differentia nesciamus? nec hunc solum nobis inscientia differentiae offundit errorem, uerum etiam specierum quoque tollit omne iudicium. nam omnes species differentiae informant, ignorata differentia species quoque necesse est ignorari. quomodo uero fieri potest, ut quamlibet differentiam possimus agnoscere, si omnino quae sit nominis huius significatio nesciamus? iam uero proprii tantus usus est, ut Aristoteles quoque singulorum praedicamentorum propria perquisiuerit. quae propria esse quis deprehenderit, antequam quid omnino sit proprium discat? nec in his tantum propriis haec cognitio ualet quae singulis nominibus efferuntur, ut hominis risibile, uerum etiam in his quae in locum definitionis adhibentur. omnia enim propria rem subiectam quodam termino descriptionis includunt, quod suo quoque loco

25 suo loco] lib. IV c. 15 s.

1 generis *Gm1REa.r.Sa.r.* fiet *CH* fit *N* permixtio *FHm2LNP* 4 primorum *FNP* 5 in *om. CERS, s. l. Gm2* 6 *ante* generi *add.* cuilibet *brm* 7 aut—corpus *om. E, s. l. Gm2Sm2* 8 corpus *om. FP, del. Hm2* 9 qui] quomodo *Ep.c.HPp.c.R* 11 nouerimus *R* quomodo—ignorari *(16) in inf. mg. Em2* autem] uero *E (m2)* 14 offundit] *E (m2) Pm1* obfundit *Hm2* diffundit *Gm1* effundit *cett.; cf. p. 159, 16* 15 informant differentiae *brm* 16 quomodo] qui *FNP* uero *om. G* 18 huius nominis *FNP* 20 perquisierit *R* quis esse *FR* 21 deprehenderit *in ras. E* deprehenderet *Np.c.* deprehendet *(ex* -it*) P* 22 proprii *Gm2N* *post* singulis *add.* tantum *FHLNP* 24 subiecto *EGm1RS*

oportunius commemorabo. accidentis quoque cognitio quantum afferat, quis dubitare queat, cum uideat inter decem praedicamenta nouem accidentis naturas? quae quomodo accidentia esse putabimus, si omnino quid sit accidens ignoremus, cum praesertim nec differentiarum nec proprii scientia nota sit, nisi accidentis naturam firmissima consideratione teneamus? fieri enim potest, ut differentiae loco uel proprii per inscientiam accidens apponatur, quod esse uitiosissimum etiam definitiones probant, quae cum ipsae ex differentiis constent et fiant unius cuiusque definitiones propriae, accidens tamen non uidentur admittere. Cum igitur Aristoteles rerum genera collegisset, quae nimirum diuersas sub se species continerent, quae species numquam diuersae forent, nisi differentiis segregarentur, cumque omnia in substantiam atque accidens, accidens uero in alia nouem praedicamenta soluisset cumque aliquorum praedicamentorum fere sit propria persecutus, de his ipsis quidem praedicamentis docuit, quid uero esset genus, quid species, quid differentia, quid illud accidens, de quo nunc dicendum est, uel quid proprium, uelut nota praeteriit. ne igitur ad Praedicamenta Aristotelis uenientes, quid significaret unum
p. 50 quodque eorum quae superius dicta sunt ignora|rent, hunc librum Porphyrius de earum quinque rerum cognitione perscripsit, quo perspecto et considerato quid unum quodque eorum quae supra praeposuit designaret, facilior intellectus ea quae ab Aristotele proponerentur addisceret.

5. Haec quidem intentio est huius libri, quem Porphyrius ad introductionem Praedicamentorum se conscripsisse ipsa, ut

1 opportunius *NR* *post* accidentis *add.* teneri *L, post* naturas *(3)* tenere *HN* 3 quonam modo *FHLNP* 5 tota *EN, m1 in GPS* 6 tenemus *C* 7 insciciam *FN* 11 *ante* rerum *add.* decem *cod. Monac. 4621 brm, recte?* 15 nouem *om. S edd., s. l. Em2Gm2* 16 fere *om. EFGS, er. H* 18 nunc *om. GRS* est dicendum *CL* 21. 24 eorum *delendum esse coni. Engelbrecht* 23 quo] ut *CHLNP* inspecto *FNP* perfecto *EGm1* 24 eorum] *cod. Monac. 4621 (om.* quae*), om. codd. nostri* proposuit *FP* proposui *H* posuit *NR* 25 ab *om. ENR* praeponerentur *CHm2NR* 27 ipse *L* ita *F*

dictum est, tituli inscriptione signauit. sed licet ad hoc unum huius libri referatur intentio, non tamen simplex eius utilitas est, uerum multiplex et in maxima quaeque diffusa est. quam idem Porphyrius in principio huius libri commemorat dicens: Cum sit necessarium, Chrysaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam, nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidens, et ad definitionum adsignationem et omnino ad ea quae in diuisione uel demonstratione sunt, utili hac istarum rerum speculatione, compendiosam tibi traditionem faciens temptabo breuiter uelut introductionis modo ea quae ab antiquis dicta sunt adgredi altioribus quidem quaestionibus abstinens, simpliciores uero mediocriter coniectans.

Utilitas huius libri quadrifariam spargitur. namque ad illud etiam ad quod eius dirigitur intentio, magno legentibus usui

5—16] Porph. p. 1, 3—9 (Boeth. p. 25, 2—9 Busse).

2 eius utilitas est] *FGm2 (in mg. add.) HP* utilitas eius est *in mg. add. Em2* est eius utilitas *s. l. add. Lm2* eius est utilitas *N, om. RS;* est tamen simplex eius utilitas *C* 3 uerum *in mg. Em2* sed *GLS* sed et *R* multiplex et *in mg. Em2, s. l. Sm2* est *er. uid. E* 5 *ante* Cum *add.* PROLOGVS *RS, de inscript. codicum Isagogen tantum continent. cf. ad initium libri* Chrysaori] *G* chrisaori *EHNPa.c.*Γ *(s. l.* menanti*)* Π*m2*ΣΦ chrysaoni *S* chrisarori *(uel* cris- *uel* chriss-*) CFLPp.c. R*ΔΛΠ*m1*Ψ *(*-oui*)* *ante* et *add.* te *C (er.) FLN*Λ *(del.)* Σ, *s. l.* scil. te *E* 6 *ante* praedicamentorum *add.* X Δ 7 sit genus *L*Λ et *om.* Φ quidue *N* 8 *pr.* et *s. l. E, om.* Λ 9 diffinitionem *Em1*Δ*m2, in* -nes, *hoc in* -num *mut. F* 10 in] ad *FHP, ante* in *er.* ad *uid. C* diuisionem *Ca.r.FHNP*Γ*a.r.*Δ*a.r.*Φ uel] et *N* et ad *FHP* uel in ΛΣΦ demonstrationem *Ca.r. (*-ne *ras. ex* -nē *ut uid.) FHNP*Γ*a.r.*Δ*a.r.*Φ utili] *edd.* utilia *codd.* 11 hac] *HP, s. l. Sm2* hanc *CLN*ΓΛΠΣΦ, *del.* Δ, *om. EFGRS*Ψ speculationem *CEa.r.Hm2L*Δ*a.r.*ΛΦ, *in* -num *corr.* Σ compendiosa *ras. ex* -sā *C*Λ 12 traditione *(uel* -cione*) CLN*Φ, *ras. ex* -nem *H*ΓΛ 14 altioribus] ab altioribus Λ 17 quadrifaria *S* *ante* ad *add.* et *EGP, s. l. L* 18 etiam *om. G*

est et ad cetera, quae cum extra intentionem sint, non tamen minor ex his legentibus utilitas comparatur. est enim per hoc corpusculum et praedicamentorum facilis cognitio et definitionum integra adsignatio et diuisionum recta perspectio et demonstrationum ueracissima conclusio. quae res quanto difficiles atque arduae sunt, tanto perspicaciorem studiosioremque animum lectoris expectant. dicendum uero est quod in omnibus libris euenit. nam primum si quae sit intentio cognoscatur, quanta quoque utilitas inde prouenire possit expenditur et licet extra multa, ut fit, huiusmodi librum sequantur, tamen illam proxime utilitatem uidetur habere, ad quod eius refertur intentio, ipso libro quem sumpsimus exponente. cum eius intentio sit ad Praedicamenta intellectum facilem comparandi, non dubium quin haec eius principalis probetur utilitas, licet non minores sint comites definitio, diuisio ac demonstratio, quorum nobis quaedam hic principia suggeruntur. sensus uero totus huiusmodi est: 'cum sit, inquit, utilis generis, speciei, differentiae, proprii accidentisque cognitio ad Praedicamenta Aristotelis eiusque doctrinam, ad definitionum etiam adsignationem, ad diuisionem et demonstrationem, quae sit harum rerum utilis uberrimaque cognitio, compendiosam, inquit, tra-

2 utilitas legentibus *FHP* 3 opusculum *CEp.r.FGm2HLN, recte? cf. p. 149, 3* 4 integra *om. ER, s. l. Gm2Sm2* recta] perfecta *CFGm2-Hm1N* 8 *post* libris *add.* his *HNP* hoc *R, s. l., sed exters. G* sit] est *H* 9 id est *(add. Lm2)* perpenditur *Em2Lm2* 10 *ante* huiusmodi *add.* in *CE (del.) G (del. m2) N* librum] *LPm2RSm2, om. Hm1,* libros *FGm1Sm1, s. l. Hm2,* libro *CE (del.) Gm2NPm1* sequntur *(uel* sec-*) R, m1 in EGS* 11 uidentur *FH* ad quod] aliquod *Cm1* ad quam *FGm2Pm2* eius] eorum *FGm2HPm1* 12 *ante* ipso *add.* ut *(s. l.* est *Lm2)* in hoc *CFHLNP, s. l.* ut in *Em2* hoc *Gm2* exponendum *CE (*dum *in er.* te*?) FHLNP (ex* -dus *m1* exponere *m2) Sm1 post* cum *s. l.* enim *Hm2* 13 praeparandi *H* 14 *ante* dubium *add.* est *FHNP, s. l. Gm2, post s. l. L* 15 minoris *CGm1N* 16 nobis *om. C* hic quaedam *C* principalia *NSm1* 17 huiusmodi totus *EG* 19 eamque *Hm1Sm1* 20 ad *om. C, s. l. Gm2,* et *FHN* et ad *P* et] ac *H, om. CFNP,* et ad *edd.* demonstrationemque *CN* demonstrationumque *FP* quae] quia *Lm2R, om. CFNP* 21 traditione *ras. ex* -nē *H*

ditionem faciens ea quae ab antiquis large ac diffuse dicta sunt, temptabo breuiter aperire'. neque enim esset compendiosa, nisi totum opus breuitate constringeret. et quoniam introductionem scribebat, 'altiores, inquit, quaestiones sponte refugiam, simpliciores uero mediocriter coniectabo', id est simpliciorum quaestionum obscuritates habita in eis quadam coniecturae ratiocinatione tractabo. Tota quidem sententia huiusce prooemii talis est, quae et utilitate uberrima et facilitate incipientis animo blandiatur. sed dicendum uidetur quidnam celet amplius altitudo sermonum. necessarium in Latino sermone, sicut in Graeco ἀναγκαῖον, plura significat. diuersa enim significatione Marcus Tullius dicit necessarium suum esse aliquem atque nos, cum nobis necessarium esse dicimus ad forum descendere, qua in uoce quaedam utilitas significatur. alia quoque significatio est qua dicimus solem necessarium esse moueri, id est necesse esse. et illa quidem prima significatio praetermittenda est, omnino enim ab eo necessario quod hic Porphyrius ponit aliena est. hae uero duae huiusmodi sunt, ut inter se certare uideantur quae huius loci obtineat significationem, in quo dicit Porphyrius: Cum sit necessarium, Chrysaori; namque, ut dictum est, neces-

12 Marcus Tullius] cf. infra apparatum.

2 enim *om. E* 3 corpus *HNPm1* 4 refugio *EGR* 5 simplicium *Gm2LPm2* 6 eas *EFGm1HNSm1* 7 *ad* quidem *s. l.* autem *Gm2* 8 prohemii *EPS* uberrima <sit> *Brandt* 9 animum *EGLm2Pm2R* uidetur *om. ERS, s. l. Gm2* 11 ANAΓAION *uel* ANAKAION *uel sim. codd.* ANAΓΓCION ł ANAKAION *C* 12 etenim *F* *ad* Marcus Tullius *in mg.* Marcus enim tullius pro fundanio inquit descripsistine eius necessarium id est adiutorem danium *(leg.* fundanium*) add. Hm2, ex Mario Victorino De defin., Boeth. p. 906 B, haustum, Cic. IV 3 p. 236 frg. 6 Mueller* 13 aliquod *C* aliquid *Hm1NPm2* nos] *Hm1Pp.c.Sm1* nostrum *cett.; an* nostrum est *scribendum? ante* cum *add.* ut *EG (del. m2) HLm2P* uel *F* nos *Hm2* 14 dicamus *L* 16 *post.* esse] esset *F* est *Hm1LNP* 18 uero *om. N* ergo *F* 21 Chrysaori] *CEm1* chrisaori *uel* cris- *uel* crys- *uel* crisar- *uel sim. cett.* necessarium] harum *E (s. l.* duarum necessitatum *m2) Gm1S* necessarium harum *F*

sarium et utilitatem significat et necessitatem. uidentur autem huic loco utraque congruere. nam et summe utile est ad ea p. 51 quae superius dicta sunt, de genere et specie | et ceteris disputare, et summa est necessitas, quia nisi sint haec ante praecognita, illa ad quae ista praeparantur, non possunt cognosci. nam neque praeter generis uel speciei cognitionem praedicamenta discuntur nec definitio genus relinquit et differentiam, et in ceteris quam sit utilis iste tractatus, cum de diuisione et demonstratione disputabitur, apparebit. sed quamquam necesse sit haec quinque de quibus hic disputandum est, prius ad cognitionem uenire quam ea quibus illa praeparantur, non tamen ea significatione hic a Porphyrio positum est qua necessitatem significari uellet ac non potius utilitatem. ipsa enim oratio contextusque sermonum id clarissima intellegentiae ratione significat. neque enim quisquam ita utitur ratione, ut aliquam necessitatem referri dicat ad aliud. necessitas enim per se est, utilitas uero semper ad id quod utile est refertur, ut hic quoque. ait enim Cum sit necessarium, Chrysaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam. si igitur hoc necessarium utile intellegamus et id nomine ipso uertamus dicentes: cum sit utile, Chrysaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamen-

1 et *om. R, del. CGm2* significans *R* *ante* necessitatem *add.* altera *R, s. l. Gm2* 4 necessitas est *E* quia *om. NS* sint pos^{t} haec *F, post* praecognita *H* 5 agnosci *CN* *post* cognosci *add.* quae *(om. E)* praedicamenta dicuntur *CEGL (in sup. mg. m2) PR* cognitiones *(del. et s. l.* quae *add. m2)* praedicamentarum *(*rum *del. m2)* dicuntur *S* nam—discuntur *om. GRS, in sup. mg. Lm2* nam—cognitionem *in mg. Em1?, reliqua om.* 7 nec] sed istis cognitis nec *C* sed nec *S* neque *N* 10 sit] erit *Em2GLm1RS* 13 significare *FN* 15 utatur *Sm1* oratione *CHm1N* 16 aliud] aliquid *CHm1N* 17 *post* se *add.* quiddam *CFHPN, s. l. Em2Lm2,* quidem *edd.* quod] ad quod *NP* defertur *Gm1Lm1RS* 18 enim *om. C* Chrysaori] *eaedem fere quae p. 147, 5 et 149, 21 in codd. scripturae* 19 et] te et *L* 20 *post* doctrinam *add.* nosse quid genus sit *C* nosse quid sit genus et cetera *in mg. Lm2* 22 Chrysaori] *ut 18* et *om. EFGS* te et *L* doctrinam praedicamentorum *C*

torum doctrinam, nosse quid genus sit et cetera, recte se habebit ordo sermonum; sin uero id ad 'necesse' permutetur atque dicamus: cum sit necesse, Chrysaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam, nosse quid genus sit et cetera, rectae intellegentiae sermonum ordo non conuenit. quocirca hic diutius immorandum non est. quamquam enim sit summa necessitas his ignoratis non posse ad ea ad quae hic tractatus intenditur perueniri, non tamen de necessitate hic dictum est necessarium, sed potius de utilitate.

6. Nunc uero, licet idem superius dictum sit, tamen breuiter quid ad praedicamenta generis, speciei, differentiae, proprii atque accidentis prosit agnitio, disputemus. Aristoteles enim in Praedicamentis decem genera constituit rerum quae de cunctis aliis praedicarentur, ut quicquid ad significationem uenire posset, id si integram significationem teneret, cuilibet eorum subiceretur generi de quibus Aristoteles tractat in eo libro qui De decem praedicamentis inscribitur. hoc ipsum uero referri ad aliquid uelut ad genus tale est, quale si quis speciem supponat generi. hoc uero neque praeter cognitionem speciei ullo modo fieri potest nec uero ipsae species quid sint uel cuius magis sint possunt perspici nisi earum differentiae cognoscantur. sed differentiarum natura incognita, quae unius

1 recte—sermonum] recte intellegentiae sermonum ordo conuenit *CLP (ex 5)* 2 uero] autem *C* 3 atque] itaque *FN* ut *CLH (in ras.)* Chrysaori] *ut p. 150, 18* 4 est] sit *GLRS* nosse—sit *om. EH* 5 ordo *ante* sermonum *E* 7 *post* his *s. l.* quinque *Lm2* *pr. (sic)* ad *om. G, in mg. Em1?* 8 tractatus hic *H* intendit *L* peruenire *Lm1S* 9 *ante* hic *add.* solummodo *F* 10 nunc] nam *F* 11 quod *EN* 12 possit *Lm2* cognitio *R* 15 possit *Fa.c.LS* 16 Aristoteles *delend. esse coni. Brandt* eo *om. E* 17 De *om. NS,* de *s. l. Lm2* uero *s. l. Gm2* 18 *post.* ad *om. GRS, s. l. Em2Lm2P* qui *S* 19 neque *er. L* nec *N* *post* cognitionem *add.* generis neque praeter cognitionem *CFHP (in mg. m2)* generis nec *E (s. l. m1?) N, s. l.* generis et *Lm2* 20 nullo *Lm2* neque *F* 21 magis] modi *CEm2 (*in aliis *m1) Hm1Pp.c. (corr. m1?)* modo *N* possint *S* possumus *Gm1Lm2* possemus *m1* possimus *E* perspici] scire *EGm1 (*sciri *m2) L* agnosci *RS*

cuiusque speciei sint differentiae, modis omnibus ignorabitur. quare sciendum est quoniam, si de generibus Aristoteles tractat in Praedicamentis, et generum natura cognoscenda est, cuius cognitionem speciei quoque comitatur agnitio. sed hoc cognito, quid sit differentia non potest ignorari, quamquam in eodem libro plura sint ad quae nisi maximam peritiam et generis et speciei et differentiae lector attulerit, nullus omnino intellectus patebit, ut cum ipse Aristoteles dicit: diuersorum generum et non subalternatim positorum diuersae secundum species et differentiae sunt, quod his ignoratis intellegi inpossibile est. sed idem Aristoteles proprium unius cuiusque praedicamenti diligentissima inquisitione uestigat, ut cum substantiae proprium post multa dicit esse quod idem numero contrariorum susceptibile sit, uel rursus quantitatis, quod in ea sola aequale atque inaequale dicatur, qualitatis etiam, quod per eam simile et dissimile aliud alii esse proponimus, et in ceteris eodem modo, ut quae sit proprietas contrarii, quae secundum relationem oppositionis, quae priuationis et habitus, quae affirmationis et

8—10] Aristot. Categ. c. 3, p. 1^{b}, 16 s. 13 s.] ibid. c. 5, p. 4^{a}, 10 s. 15 s. (dicatur)] ibid. c. 6, p. 6^{a}, 26 s. 16 s.] ibid. c. 8, p. 11^{a}, 15—19. 18 (quae sit)—153, 1 (negationis)] ibid. c. 10.

1 sit differentia *S* 5 non potest *s. l. Gm2* quamquam] cum *F* 6 et generis—differentiae *post* attulerit *E* 8 pateat *EGLRS* dicit] *Brandt* dicat *codd. edd.; cf. 13. p. 154, 14. 21. 155, 2. 6* 10 *post* secundum *add.* se *EGL (del.) RS, er. uid. H* et *om. CN, del. Lm2, er. uid. H; cf. Aristot. Cat. c. 3* τῶν ἑτέρων γενῶν καὶ μὴ ὑπ' ἄλληλα τεταγμένων ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ αἱ διαφοραί *et Boethii interpretat. In Categ. Arist. p. 177 A (om.* se*)* quid *GRS* 11 possibile *EG (post* est *signum interrogat.) RS* propria *FHNP* 14 *ante* numero *s. l.* cum *E* 15 aequum *Em1FGLm1RS; cf. p. 153, 17* atque] aut *N* 16 dicitur *FHLm2P* et dissimile] *F* uel dissimile *s. l. Em2* aut dissimile *s. l. Gm2Pm1?, om. cett.; cf. Aristot. Cat. c. 9* Τῶν μὲν οὖν εἰρημένων — τὸ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον — αὐτήν *et Boethii interpretat. p. 259 A (*simile et dissimile*)* 17 aliis *DGPm1RS (*s *in ras); cf. Aristot. ibid.* ἑτέρῳ, *Boeth. ibid.* alteri 18 *post* relationem *add.* contrarii *Em1, del. et s. l.* ut sapientia stulticiae *m2*

negationis. in quibus ita tractat tamquam iam peritis scientibusque quae sit proprietatis natura; quam si quis ignorat, frustra ea quae de his disputantur adgreditur. iam uero illud manifestum est, quod accidens maximum praedicamentorum obtineat locum, quod proprio nomine nouem praedicamenta circumdat.

7. Et ad praedicamenta quidem quanta sit huius libri utilitas ex his manifestum est. quod uero ait et ad definitionum adsignationem, facile cognosci potest, si prius substantiae rationum diuisio fiat. substantiae ratio alia quidem in descriptione ponitur, alia uero in definitione. sed ea quae in descriptione est, pro|prietatem quandam colligit eius rei cuius substantiae p. 52 rationem prodit, ac non modo proprietate id quod monstrat informat, uerum etiam ipsa fit proprium, quod in definitionem quoque uenire necesse est; si quis enim quantitatis rationem reddere uelit, dicat licebit: quantitas est secundum quam aequale atque inaequale dicitur. sicut igitur proprietatem quidem quantitatis in ratione posuit quantitatis et ipsa tota ratio ipsius quantitatis propria est, ita descriptio et proprietatem colligit et propria fit ipsa descriptio. definitio uero ipsa quidem propria non colligit, sed ipsa quoque fit propria. definitio namque substantiam monstrat, genus differentiis iungit et ea quae per se sunt communia atque multorum in unum redigens uni speciei quam definit reddit aequalia. ita igitur ad descriptionem utilis est proprii cognitio, quoniam sola proprietas in descriptione colligitur et ipsa fit propria sicut definitio quoque, ad definitionem uero genus, quod primum

1 ita *om. RS, s. l. m2 in EGL* tamquam iam] quasi *C* 5 optinet *FHm1Lm2N* obtineat *ante* praedicamentorum *E* 7 libri huius *CGLRS; cf. p. 155, 14. 17. 156, 8* utilitas] *brm* intentio *codd.* 10 *post* substantiae *add.* uero *F*, *s. l.* enim *Lm2* 16 *ante* dicat *s. l.* sc. ut *Lm2* 20 proprietates *CFHNP* ipsa] ita *G* 22 nam qui *Gm2Lm1 (*namque qui *m2) S* 26 proprietas sola *CLP* sola proprietas sola *FGm1S* 27 *ad* sicut *s. l.* ł sic *Em2* uero *s. l. Hm2* quod *om. F* quidem *R*

ponitur, et species, ad quam genus illud aptatur, et differentiae, quibus iunctis cum genere species definitur. sed si cui haec pressiora quam expositionis modus postulat uidebuntur, eum hoc scire conuenit, nos, ut in prima editione dictum est, hanc expositionem nostro reseruasse iudicio, ut ad intellegentiam simplicem huius libri editio prima sufficiat, ad interiorem uero speculationem confirmatis paene iam scientia nec in singulis uocabulis rerum haerentibus haec posterior colloquatur.

8. Ad diuisionem uero faciendam tam hic liber est utilis, ut praeter earum scientiam rerum de quibus in hac libri serie disputatur, casu fiat potius quam ratione partitio. hoc autem manifestum erit, si diuisionem ipsam diuidamus, id est si nomen ipsum diuisionis in ea quae significat partiamur. est namque diuisio generis in species, ut cum dicimus ‘coloris aliud est album, aliud nigrum, aliud uero medium’. rursus diuisio est, quotiens uox plura significans aperitur et quam multa sint quae ab ea significantur ostenditur, ut si quis dicat ‘nomen canis plura significat, et hunc latrabilem quadrupedemque et caeleste sidus et marinam bestiam’, quae omnia a se definitione disiuncta sunt. diuidi autem dicitur et quotiens totum in partes proprias separatur, ut cum dicimus ‘domus aliud sunt fundamenta, aliud parietes, aliud tectum’. et haec quidem triplex diuisio secundum se partitio nuncupatur. est autem

4] in prima editione nihil eiusmodi.

1 *post* ponitur *add.* utile est *CN, post* species *s. l.* utilis est *Lm2* et species—aptatur *in mg. Em2Gm2* illud genus *C* 3 eum *om. E, s. l. Gm2,* ei *R* 4 uti *FGLRSm1* 5 reseruasse] *CPm2 edd.* reseruare *E (*-re *in ras.) FGm2HNPm1 (ante* reseruare *add.* se *m1, del. m2)* reseruantes *Gm1S* seruantes *Lm1* seruare *m2* reseruantes sumus *R* 8 colloquatur] *m1 in GLS* eloquatur *CEm2 (in ras.) HN* collocatur *Em1R, m2 in GLS edd.* loquatur *FP* 9 utilis est *LP* 10 rerum *om. E* 12 *post.* si *om. EG, s. l. Sm2* 13 *ante* partiamur *s. l.* si *E* partiatur *Gm1* 14 aliud est] *CEp.c.R edd.* aliud esse *Ea.c.GHLPS* esse aliud *FN* 15 rursum *CEGNPm1R* est *s. l. Sm2, ante* diuisio *FHNP, et ante* rursus *et post* diuisio *R* 16 quam] quod *EGa.c.* (quae *p.c.) LRS* sunt *CFLNPa.c.* 18 quadripedemque *Sm1* 20 distincta *FHm1NP* 23 partitio] separatio *EGLm1Pm1RS*

alia quae secundum accidens dicitur. ea quoque fit tripliciter, aut cum accidens in subiecta diuidimus, ut cum dico 'bonorum alia sunt in animo, alia in corpore', uel rursus cum subiectum in accidentia, ut 'corporum alia sunt alba, alia nigra, alia medii coloris', rursus cum accidens in accidentia separamus, ut cum dicimus 'liquentium alia sunt alba, alia nigra, alia medii coloris', et rursus 'alborum alia sunt dura, alia liquentia, quaedam mollia'. cum igitur ita omnis sit diuisio aut secundum se aut per accidens, utraque uero partitio tripliciter fiat cumque in superiore secundum se triplici partitione sit una diuisionis forma genus in species separare, id neque praeter generum scientiam fieri ullo modo potest neque uero praeter differentiarum, quas necesse est in specierum diuisione sumi. manifestum est igitur, quanta utilitas huius libri ad hanc diuisionem sit quae primo aditu genus ac species et differentias tractat. secunda uero ea diuisio quae est secundum se in uocis significantias, nec haec quidem ab huius libri utilitate discreta est. uno enim modo cognosci poterit, utrum uox cuius diuisionem facere quaerimus, aequiuoca esse uideatur an genus, si ea quae significat definiantur. et si ea quae sub communi nomine sunt, definitione clauduntur, species esse necesse est, et illud commune eorum genus. quodsi illa quae proposita

3 sunt alia *H* uel] aut *brm* rursum *FS* 4 corporalium *Ca.c.Hm1N* 5 rursum *F* 6 liquentia *Ea.c.Gm1* 8 fit *G* sit *ante* omnis *F, post* diuisio *N* 9 accidentia *S* 10 superiori *Sm2* 11 separare *om. EN* 12 possit *Em2* uero *om. C* *post* praeter *s. l.* scientiam *Sm2* 16 ea *del. L, er. uid. P* *ante* quae *add.* est *N* *(om. post* quae*) P (er. uid.)* secundum—significantias] *FHN* uocis *post* significantias *C* se *et* in *om. cett.* 18 uno] nullo *F* quo *m2 in HLP* enim] quidem *N* 20 si] nisi *FLm2Pm2* significant *CNPm2* et *(om.* si*) in ras. Hm2* si et *RS (*et *s. l. m2)* si *om. EL, s. l. Gm2Pm2,* etenim *L (ex* et *m2) Pm1* communi nomine] *CEm2 (in ras.) FHNP (*nomine *s. l. m2)* communione *cett.* 21 sunt *del. L, s. l. Pm2* *ante* definitione *add.* una *FHL (del. m2) R, s. l. Em2Pm2* diffinitione *s. l. Gm2* claudantur *EGLRS* 22 earum *ES* *post* genus *s. l.* necesse est *Gm2* praeposita *EGPS*

uox designat, non possunt una definitione concludi, nemo dubitat quin illa uox sit aequiuoca neque ita sit communis his de quibus praedicatur ut genus, quandoquidem ea quae sub se posita significat, secundum commune nomen non possunt una definitione comprehendi. si igitur ex definitione manifestum fit quid genus sit, quid uero nomen aequiuocum, definitio uero per genera differentiasque discurrit, quisquamne dubitare potest aeque in hac diuisionis forma plurimum huius libri auctoritatem ualere? illla uero secundum se diuisio quae est totius in partes, quemadmodum discernitur ac non potius p. 53 generis in species diuisio esse putabitur, nisi sint genus | et species et differentiae earumque uis ante disciplinae ratione tractata? cur enim non quisquam dicat domus species potius esse quam partes fundamenta, parietes et tectum? sed cum occurrit generis nomen in una quaque specie totum posse congruere, totius uero in una quaque parte sua nomen conuenire non posse, manifestum fit aliam diuisionem esse generis in species, aliam totius in partes. conuenire autem nomen generis singulis speciebus ostenditur per id, quod et homo et equus singuli animalia nuncupantur. neque tectum uero neque parietes aut fundamenta singillatim domus nomine appellari solent, sed

1 concludi *om.*, nemo—comprehendi *(5) in inf. mg. Gm1?* nemo—ita sit *in ras. Em2* 2 uox—communis] uox non *(*non *er. L, om. S)* sit communis *Gm1 uel 2 Lm1Sm1, post* uox *add.* sit aequiuoca neque *(*non, *sed del. G)* ita *(om. G* etiam *S) s. l. Gm2 uel alia Sm2, in mg. Lm2* 3 *ante* his *add.* de *E (er.) G (del. m2) RS* his *s. l. Lm2* 4 *post* posita *s. l.* sunt *Hm2* non possunt] definiri *(uel* diff-*)* *(*-ri *ex* -re *Cm2)* non possunt *(add.* neq. *Cm1, er. et* una *add. m2)* nec *CFN* 6 fit] *H* est *C* sit *cett.* 8 aeque] etiam *CFHm1NPSm1* 9 auctorem *GR* utilitatem *Lm2* 10 discernetur *Hm2 (fort. recte)* discernatur *N* ac] et *FHNP* 11 esse *om. R, ante* diuisio *FN* sit *FSm1* sunt *G* et] ac *R* 12 earum quauis *ELR, m2 in GHPS,* earum quis *Fm1* quamuis *(om.* earum*) m2; cf. p. 157, 3* 13 quisque *CFHR* esse potius *FNR* 14 dum *F* 15 quaque *om. FN* 17 sit *ELRm1 (*est *m2) S* 19 id *om. RS, s. l. Em2Gm2* singula *CEa.r. (ut uid.) GLPm1* singularis *Sa.c.* singulaque *R* 20 aut] ac *FHLNP* neque *S* 21 singulatim *CNR* appellari] nuncupari *FHLNP*

cum fuerint iunctae partes, tunc recte totius nomen excipiunt. de ea uero diuisione quae secundum accidens fit, nullus ignorat quin incognito accidenti incognitaque ui generis ac differentiarum facile euenire possit, ut accidens ita in subiecta soluatur quasi genus in species, et postremo omnem hunc ordinem partitionis foedissime permiscebit inscientia.

9. Et quoniam quid hic liber ad diuisionem prosit ostendimus, nunc de demonstratione dicemus, ne per ardua atque difficilia haereat qui in tanta hac disciplina uigilantissimo ingenio et sollertissimo labore sudauerit. fit enim demonstratio, id est alicuius quaesitae rei certa rationis collectio, ex ante cognitis naturaliter, ex conuenientibus, ex primis, ex causa, ex necessariis, ex per se inhaerentibus. sed genera speciebus propriis priora naturaliter sunt; ex generibus enim species fluunt. item species sub se positis uel speciebus uel indiuiduis priores naturaliter esse manifestum est. quae uero priora sunt, ea et praenoscuntur et notiora sunt sequentibus naturaliter. duobus enim modis primum aliquid et notum dicitur, secundum nos scilicet et secundum naturam. nobis enim illa magis cognita sunt quae sunt proxima, ut indiuidua, dehinc species, postremo genera, at uero natura conuerso modo ea sunt magis cognita quae nobis minime proxima. atque ideo quamlibet se longius

1 tunc *er. C* accipiunt *F* 3 incognita *m1 in GRS* accidente *CN* accidentia, *del.* a *EGm2Rm2* accidenti—differentiarum *in mg., ante* facile *add.* ea accidentia, *sed del. E* incognitaque—differentiarum *om. GR* cognitaque *(sic)* ut generis ac differentiarum *Sm1, del. m2* 4 soluamus *FHNP* 5 postremum *HP* hunc *ante* omnem *L, post* ordinem *R* 6 inscitia *FHN* 7 quid hic liber] *FGm1NP* quid liber hic *Em2HL* hic quid liber *Gm2* liber quid hic *Em1R* liber hic quid *S;* quid ad diuisionem hic liber *C* 8 ne—haereat] rem perarduam atque difficilem illi etiam *FN;* ne *et* -ia *in* difficil**ia *et* hereat *in ras. C* 9 hereat *s. l. Sm2* etiam *m1* tota *CFN* 11 alicuius *om. CL* 13 priora propriis *C* 15 *pr.* uel *om. L, del. Pm2* 19 enim] uero *N* 21 natura] *Ea.c.GR* naturae *Ep.c.FHLPS* secundum naturam *CN; cf. Boeth. Post. Analyt. Aristot. interpret. lib. I c. II p. 714 B* non enim idem est natura prius et ad nos prius neque notius natura et nobis notius. 22 quantumlibet *Em2* quantolibet *Pm2*

a nobis genera protulerint, tanto magis erunt lucida et naturaliter nota. differentiae uero substantiales illae sunt quas per se inesse his rebus quae demonstrantur agnoscimus. praecedere autem debet generum ac differentiarum cognitio, ut in una quaque disciplina quae sint eius rei quae demonstratur conuenientia principia, possit intellegi. necessaria uero esse ea ipsa quae genera et differentias dicimus, nullus dubitat qui speciem sine genere et differentia intellegit esse non posse. genera uero et differentiae sunt causae specierum. idcirco enim species sunt, quia genera earum et differentiae sunt quae in syllogismis posita demonstratiuis non rei solum, uerum conclusionis etiam causae sunt, quod postremi Resolutorii locupletius dicent.

Cum igitur perutile sit et definitione quodlibet illud circumscribere et diuisione dissoluere et demonstrationibus comprobare, haec autem praeter earum rerum scientiam de quibus in hoc libro disputabitur, neque intellegi neque exerceri ualeant, quis umquam poterit dubitare quin hic liber maximum totius logicae adiumentum sit, praeter quem cetera quae in ea magnam uim tenent, nullum doctrinae aditum praebent?

10. Sed meminit Porphyrius introductionem sese conscribere neque ultra quam institutionis modus est, formam tractatus egreditur. ait enim ‘se altiorum quaestionum nodis abstinere,

1 protulerunt *FLR* praetulerint *N* 2 substantiales] substantiae uel *E* 3 inesse *post* rebus *C* esse, *del.* in *E* 4 in *om. C, s. l. Sm2* 6 possint *Hm1P* 7 *ante* genera *add.* et *LP* 8 intellegit *in mg. Cm2, post* esse *in ras. N* 9 causae sunt *FHL* sunt *om. R* causa *G* 11 demonstrantibus *EFGLPm1RS; cf. Boeth. ibid. c. VI p. 718 D* demonstratiuus syllogismus 12 postremis *L* in *(s. l.)* postremis *Pm2* postremo *EFGPm1RS* resolutoriis *L* resolutarii *F* resoluturi *RS* resoluituri *G* resolutius ac *E* 13 dicemus *EGLPm1RS* 15 demonstratione *N* 16 in *om. FGPR, s. l. Hm2S* 17 ualeant] *m2 in EHLS* ualent *CEm1F (*n *del.) GHm1NP (*n *in ras.) RSm1* 22 nec *N* 23 egreditur] *CF (*aegr-*) HNPm1* aggreditur *L* egredi *EGRS* aggredi *Pm2* altioribus *FN* nodis *om. Cm1Sm1* modis *FNR a.c., s. l. Cm2, in mg. Sm2*

simplices uero mediocri coniectura perstringere'. quae uero sint altiores quaestiones quas se differre promittit, ita proponit: Mox, inquit, de generibus ac speciebus illud quidem, siue subsistunt siue in solis nudisque intellectibus posita sunt siue subsistentia corporalia sunt an incorporalia et utrum separata a sensibilibus an in sensibilibus posita et circa ea constantia, dicere recusabo. altissimum enim est huiusmodi negotium et maioris egens inquisitionis.

Altiores, inquit, quaestiones praetereo, ne eis intempestiue lectoris animo ingestis initia eius primitiasque perturbem. sed ne omnino faceret neglegentem, ut nihil praeterquam quod ipse dixisset, lector amplius putaret occultum, id ipsum cuius exequi quaestionem se differre promisit, addidit, ut de his minime obscure penitusque tractando nec le|ctori quicquam p. 54
obscuritatis offunderet et tamen scientia roboratus quid quaeri iure posset agnosceret. sunt autem quaestiones quas sese reti-

3—9] Porph. p. 1, 9—14 (Boeth. p. 25, 10—14). 8 altissimum—negotium] Abaelardus, Epistolae, Opp. I p. 5 ed. Cousin.

1 simpliciores *L* praestringere *G* perscribere *CFN* 2 sunt *N* 3 inquit *om.* Ω ac] et *HN*Ω *post* quidem *add.* quod *EG (del.) Sm2* quae *m1* 4 subsistant *L* nudisque] nudis purisque Ω; *Porph. p. 1, 10* ἐν μόναις ψιλαῖς ἐπινοίαις 5 substantia *Em1* sunt *ante* corporalia Σ, *post* incorporalia Δ sint *LR*Λ*m2*, *ras. ex* sunt Π 6 separat *R* a sensibilibus *om. Gm1 (s. l. m2) Sm1 (cf. proxima), ras. ex* ab insensibilibus Δ*m2; om. Porph. p. 1, 12* ab *CEa.r.*Δ*m1*Λ*m1* an in sensibilibus posita et] *FG* (posita *s. l. m2) LR*Ψ an in sensibilibus (a sensibilibus *m2)* et *S* an ipsis sensibilibus (posita *om.)* iuncta *(in mg.)* et *(om.* Π*)* Γ, *s. l.* Π*m2* et *(cetera om.) CEHPm1*Δ*m1 (s. l.* an et in sensibilibus posita *m2)* Λ*m1 (in mg.* an sensibilibus iuncta *m2)* Φ an *(cet. om.) NPm2* Σ 7 consistentia *CHF*Δ*m1* 8 enim—negotium] *FHLP*Ω *(sed* est enim Λ*) Abaelard.* negotium *ante* est *CEGRS* enim est negotium huius modo *(sic) N; Porph. p. 1, 13* βαθυτάτης οὔσης τῆς τοιαύτης πραγματείας 10 *ante* eis *add.* in, *sed del. E* 11 primitiaque *R* perturbent *FN* 12 neglegentiam *Gm1P* praeter *(s. l.)* quam *C* praeter id quam *L* 13 putasset *C* 14 exequi quaestionem] executionem *(uel* exs-*) EGHm1LRS* 15 penitus *Em1FG* ne *L* 16 effunderet *Ca.c.EGLNR* infunderet *Cp.c.FS; cf. p. 145, 14* 17 possit *C a.c. F a.c.* se *N*

cere promittit, et perutiles et secretae et temptatae quidem a doctis uiris nec a pluribus dissolutae. quarum prima est huiusmodi. omne quod intellegit animus aut id quod est in rerum natura constitutum, intellectu concipit et sibimet ratione describit aut id quod non est, uacua sibi imaginatione depingit. ergo intellectus generis et ceterorum cuiusmodi sit quaeritur, utrumne ita intellegamus species et genera ut ea quae sunt et ex quibus uerum capimus intellectum, an nosmet ipsi nos ludimus, cum ea quae non sunt, animi nobis cassa cogitatione formamus. quod si esse quidem constiterit et ab his quae sunt, intellectum concipi dixerimus, tunc alia maior ac difficilior quaestio dubitationem parit, cum discernendi atque intellegendi generis ipsius naturam summa difficultas ostenditur. nam quoniam omne quod est, aut corporeum aut incorporeum esse necesse est, genus et species in aliquo horum esse oportebit. quale erit igitur id quod genus dicitur, utrumne corporeum an uero incorporeum? neque enim quid sit diligenter intenditur, nisi in quo horum poni debeat agnoscatur. sed neque cum haec soluta fuerit quaestio, omne excludetur ambiguum. subest enim aliquid quod, si incorporalia esse genus ac species dicantur, obsideat intellegentiam atque detineat exsolui postulans, utrum circa corpora ipsa subsistant an et praeter corpora subsistentiae incorporales esse uideantur. duae quippe incorporeorum formae sunt, ut alia praeter corpora esse

1 promisit *C* 2 doctissimis *P* 4 statutum *L* discribit *E* 5 id *s. l. C* 8 capiamus *C* ipsi nos] ipsos *FR* ipsos** *(*-os *ex* i *m2) S* ipsi *Hm1* nos *s. l. m2* 9 eludimus *Hm2* cogitatione] imaginatione *F* 11 intellectu *ras. ex* -tū *E* ac] et *R* 12 parat *FHm1PRS* discernendae atque intellegendae . . naturae *EFGHNRS* 13 natura *L* ostendatur *N* 16 utrum *FHm1NP* 17 an] aut *ex* ut *F* uero *om. N* 19 excluditur *Cm2GHp.c.LPRS* 20 aliquid quod] alia quae *(*que *N) FN* aliud *(ex* aliquid*)* quod *E* esse *post* species *FHL, om. N* 21 ac] et *H* intellegentiam atque] animum intelligentiamque *F* intellegentiamque *N* 22 ipsa corpora *EFGHN* et *om. CFHLN (fort. recte), del. Pm2* 23 subsistentia *Ca.c.Gm2L* substantiae *Cp.c.FN (s. l.* ł subsistentes*)* incorporalia *Gm2L*

possint et separata a corporibus in sua incorporalitate perdurent, ut deus, mens, anima, alia uero cum sint incorporea, tamen praeter corpora esse non possint, ut linea uel superficies uel numerus uel singulae qualitates, quas tametsi incorporeas esse pronuntiamus, quod tribus spatiis minime distendantur, tamen ita in corporibus sunt, ut ab his diuelli nequeant aut separari aut, si a corporibus separata sint, nullo modo permaneant. quas licet quaestiones arduum sit ipso interim Porphyrio renuente dissoluere, tamen adgrediar, ut nec anxium lectoris animum relinquam nec ipse in his quae praeter muneris suscepti seriem sunt, tempus operamque consumam. primum quidem pauca sub quaestionis ambiguitate proponam, post uero eundem dubitationis nodum absoluere atque explicare temptabo. Genera et species aut sunt atque subsistunt aut intellectu et sola cogitatione formantur, sed genera et species esse non possunt. hoc autem ex his intellegitur. omne enim quod commune est uno tempore pluribus, id unum esse non poterit; multorum enim est quod commune est, praesertim cum una eademque res in multis uno tempore tota sit. quantaecumque enim sunt species, in omnibus genus unum est, non quod de eo singulae species quasi partes aliquas carpant, sed singulae uno tempore totum genus habent. quo fit ut totum genus in pluribus singulis uno tempore positum unum esse non possit; neque enim fieri potest ut, cum in pluribus totum uno sit tempore, in semet ipso sit unum

1 a *om. CS, s. l. Em2* corporalitate *ELS* 3 possunt *ELNPR* 4 tamenetsi *Ca.c.* (tam *ras. ex* tam̄) *L* tam si *Em1* tamensi *GRS* 5 quod] eo quod *L* tamen *om. G* tam *N* 6 uti *EGLPa.r.RS* *ante* diuelli *add.* aut *Hm1, del. m2* 7 a *om. ERS, s. l. Gm2* separatae *ex* -ta *H* 8 quaestiones licet *FHLPN* 9 rennuente *Ca.r.Ga.c.LNS* ut] ita ut *R* 13 dubietatis *L* exsoluere *CF* 14 atque] et *EGLPRS* 15 solo *(s. l. Pm2)* et *FHNP* 17 uno tempore pluribus] multorum uno tempore *N* 18 est *(s. l. m2)* enim *G* 19 tota sit] transit *F* 20 est unum *Fm2H* 21 non, *s. l.* quod *S,* ut non *CHm1N* 22 carpunt *RS* capiant *F* participant *Nm1* habeant *Hm2Lm2P* 24 possunt *F* possint *S* enim *om. FN, del. L* 25 unoque *Gm2* sit uno *FHN* tempore *in mg. Gm2*

numero. quod si ita est, unum quiddam genus esse non poterit, quo fit ut omnino nihil sit; omne enim quod est, idcirco est, quia unum est. et de specie idem conuenit dici. quodsi est quidem genus ac species, sed multiplex neque unum numero, non erit ultimum genus, sed habebit aliud superpositum genus, quod illam multiplicitatem unius sui nominis uocabulo includat. ut enim plura animalia, quoniam habent quiddam simile, eadem tamen non sunt, idcirco eorum genera perquiruntur, ita quoque quoniam genus, quod in pluribus est atque ideo multiplex, habet sui similitudinem, quod genus est, non est uero unum, quoniam in pluribus est, eius generis quoque genus aliud quaerendum est, cumque fuerit inuentum, eadem ratione quae superius dicta est, rursus genus tertium uestigatur. itaque in infinitum ratio procedat necesse est, cum nullus disciplinae terminus occurrat. quodsi unum quiddam numero genus est, commune multorum esse non poterit. una enim res si communis est, aut partibus communis est et non iam tota communis, sed partes eius propriae singulorum, aut in usus habentium etiam per tempora transit, ut sit commune
p. 55 ut seruus communis uel equus, aut uno | tempore omnibus commune fit, non tamen ut eorum quibus commune est, substantiam constituat, ut est theatrum uel spectaculum aliquod, quod spectantibus omnibus commune est. genus uero secundum nullum horum modum commune esse speciebus potest; nam

1 numero] in numero *NR* quoddam *FS* quodque *N* quidem *R* 5 *ad* ultimum *s. l.* maximum *E* super se *(*se *s. l. G)* positum *GR* 6 sui] *LP edd.* ui *cett. (post* nominis *F)* hominis *R* 7 uocabulo] *HLP edd., om. cett.* concludat *H* concludit *Lm1* includat *m2* includit *R* 12 requirendum *F* perquirendum *N* 13 ratio *Hm1N* tertium genus *CL* 14 uestigabitur *FH* uestigabit *N* 15 quodsi] quod *NR* quiddam] quoddem *(sic) R* 17 si communis] sic omnis *F* quae communis *CN* si *om. R* *post post.* communis est *add.* ut puteus et *(*uel *H)* fons *CHNP (del. m2), in mg. E, s. l. Lm2* 18 proprie *CFLNR* *post* singulorum *add.* sunt *HP, s. l. Lm2, post* sunt *s. l.* ut puteus et fons *Pm2* 19 habent *G* etiam *om. FNP* iam *LS* 21 sit *NP (ras. ex* fit*)* est *R*

ita commune esse debet, ut et totum sit in singulis et uno tempore et eorum quorum commune est, constituere ualeat et formare substantiam. quocirca si neque unum est, quoniam commune est, neque multa, quoniam eius quoque multitudinis genus aliud inquirendum est, uidebitur genus omnino non esse, idemque de ceteris intellegendum est. quodsi tantum intellectibus genera et species ceteraque capiuntur, cum omnis intellectus aut ex re fiat subiecta, ut sese res habet aut ut sese res non habet — nam ex nullo subiecto fieri intellectus non potest —, si generis et speciei ceterorumque intellectus ex re subiecta ueniat, ita ut sese res ipsa habet quae intellegitur, iam non tantum in intellectu posita sunt, sed in rerum etiam ueritate consistunt. et rursus quaerendum est quae sit eorum natura, quod superior quaestio uestigabat. quodsi ex re quidem generis ceterorumque sumitur intellectus neque ita ut sese res habet quae intellectui subiecta est, uanum necesse est esse intellectum qui ex re quidem sumitur, non tamen ita ut sese res habet; id est enim falsum quod aliter atque res est intellegitur. sic igitur, quoniam genus ac species nec sunt nec cum intelleguntur, uerus eorum est intellectus, non est ambiguum quin omnis haec sit deponenda de his quinque propositis disputandi cura, quandoquidem neque de ea re quae sit

1 sit] *s. l. Lm1? brm, om. cett.* 2 *post* tempore *add.* sit *Np, s. l. Em2* 3 conformare *N* substantias *FHNP* *ante* si *add.* et *Hm1, del. m2* *ad* quoniam *s. l.* quod *Hm2* 4 multiplex *m2 in CEGP, Lm1* 8 habeat *N* aut—habet *in mg. Gm2* ut *s. l. Lm2Sm2* 9 habeat *N, post add.* uanus est intellectus (intellectus *om. brm)* qui de nullo subiecto capitur *in mg. Lm2, s. l. Rm1? brm* intellectus *post* potest *C* 11 ipsa res *HLN* 12 *pr.* in *om. ENR, s. l. F* 13 etiam *om. CL* 14 uestigabit *Lm2* inuestigabat *F* 17 esse *post* intellectum *F, post* uanum *N, om. R* 18 enim falsum est *CKNP* est *om. H, er. L* enim *om. R* 19 si *CNPS, m1 in GHL,* nec *R* igitur—intelleguntur *om. R* quoniam *om. CN* ac] et *S* neque *FHN* quae *Sm1* 20 neque *FH* cum *om. GLPS s. l. add. E, sed del.* uerus] nec uerus *GLR* earum *HN* est eorum *CL* non] neque *N* 22 fit *Lm2*

neque de ea de qua uerum aliquid intellegi proferriue possit, inquiritur.

11. Haec quidem est ad praesens de propositis quaestio; quam nos Alexandro consentientes hac ratiocinatione soluemus. non enim necesse esse dicimus omnem intellectum qui ex subiecto quidem fit, non tamen ut sese ipsum subiectum habet, falsum et uacuum uideri. in his enim solis falsa opinio ac non potius intellegentia est quae per compositionem fiunt. si enim quis componat atque coniungat intellectu id quod natura iungi non patitur, illud falsum esse nullus ignorat, ut si quis equum atque hominem iungat imaginatione atque effigiet Centaurum. quodsi hoc per diuisionem et per abstractionem fiat, non quidem ita res sese habet, ut intellectus est, intellectus tamen ille minime falsus est; sunt enim plura quae in aliis esse suum habent, ex quibus aut omnino separari non possunt aut, si separata fuerint, nulla ratione subsistunt. atque ut hoc nobis in peruagato exemplo manifestum sit, linea in corpore quidem est aliquid et id quod est, corpori debet, hoc est esse suum per corpus retinet. quod docetur ita: si enim separata sit a corpore, non subsistit; quis enim umquam sensu ullo separatam a corpore lineam cepit? sed animus cum confusas res permixtasque in se a sensibus cepit, eas propria ui et

4 Alexandro] testimonia Simplicii in Categ. Aristot. p. 50 [a], 45 ss., Dexippi p. 50 [b], 15—31 (= p. 45, 12—28 Busse), Dauidis p. 51 [b], 10 ss. (Brandis) adfert Prantl, *Gesch. d. Logik im Abendlande* I 623 n. 24.

6 sit *CEFH (ex* fit*) NPR* *ante* ut *add.* ita *FN*, *s. l. Gm2Pm2* habeat *FHm1NP* 7 *post* uideri *add.* ut si quis dicat lineam esse cum longitudine sine latitudine non est omnino falsum *F* 8 compositionem] coniunctionem *EGLPRS*, *recte?* 9 quisquam *HP* quisque *N* ponat *H* intellectu] in intellectu *F* id *om. N* 10 patiatur *NR* 11 *pr.* atque] aut *N* efficiet *L (c ex* g *m2)* efficiat *CF* effigiat *Sa.c.* 12 haec *E ad* abstractionem *s. l.* ł c̄positionem *Lm2* ł abscisionem *Pm2* fit *R* 13 ita *post* res *C, om. R* 14 ille] ipse *R* 16 ut *s. l. Cm2, del. Lm2, post* hoc *F* 17 *ad* peruagato *s. l.* ł uulgato *Pm2* 18 hoc *om. F* est *om. ELS*, *s. l. Gm2*, et *F* 19 *ante* docetur *add.* et *CHNP*, *in mg. Lm2* 20 a *om. ERS*, *s. l. Gm2* 21 anima *Em1Gm1Pm2Sm1* 22 *post* permixtasque *add.* corporibus *brm* capit *C* eas *in mg. Hm2*

cogitatione distinguit. omnes enim huiusmodi res incorporeas in corporibus esse suum habentes sensus cum ipsis nobis corporibus tradit, at uero animus, cui potestas est et disiuncta componere et composita resoluere, quae a sensibus confusa et corporibus coniuncta traduntur, ita distinguit, ut incorpoream naturam per se ac sine corporibus in quibus est concreta, speculetur et uideat. diuersae enim proprietates sunt incorporeorum corporibus permixtorum, etsi separentur a corpore. genera ergo et species ceteraque uel in incorporeis rebus uel in his quae sunt corporea, reperiuntur. et si ea in rebus incorporeis inuenit animus, habet ilico incorporeum generis intellectum, si uero corporalium rerum genera speciesque perspexerit, aufert, ut solet, a corporibus incorporeorum naturam et solam puramque ut in se ipsa forma est contuetur. ita haec cum accipit animus permixta corporibus, incorporalia diuidens speculatur atque considerat. nemo ergo dicat falso nos lineam cogitare, quoniam ita eam mente capimus quasi praeter corpora sit, cum praeter corpora esse non possit. non enim omnis qui ex subiectis rebus capitur intellectus aliter quam sese ipsae res habent, falsus esse putandus est, sed, ut superius dictum

20 superius] p. 164, 8.

2 corpore *EGLRS* 3 at uero *om. C* animi *(om.* cui*) R* et *om. GRS, s. l. Lm2* *post* disiuncta *add.* ut equum et hominem quae iungi non patitur natura, *post* composita *add.* ut corpus et lineam et *(sic)* disiungi natura non patitur *R* 4 a *s. l. m2 in EGLS* 5 *ante* incorpoream *add.* in *FLNS* 7 et] ut *S* sunt proprietates *CLR, add.* ut equum et cetera *R* 8 *ante* corporibus *add.* et *C* etiamsi *R* et, *s. l.* si *Cm2F* separarentur *F (*ra *s. l.) R* separantur *Lm1N* 9 ergo *om. FN, del. Lm2,* uero *H, s. l. Lm2* corporeis *Cm1GHLPa.c.R* 10 incorporeis] corporeis *Cm1* 11 animus inuenit *FHNP* *post* ilico *add.* ibi *F, s. l. Gm2, add.* quo *E, sed del.* 12 incorporalium *Em1* speciesque] et species esse *F* prospexerit *HR* 14 *ante* haec *add.* et *H (del. m2) N, s. l. Cm2* animus cum accipit *F* 15 accepit *Pm1S* animus accipit *C* *post* incorporalia *add.* ea *CHm2LPN* diuisa *Gm2* 16 desiderat *Em1G a.c.* falso *ante* dicat *F* falsam *CGm1Lm1* *(post* nos*) NRS* 17 capiamus *Cm2N* 19 sese *om. F* ipsae *om. H, s. l. Em2,* ipsa *F*

est, ille quidem qui hoc in compositione facit falsus est, ut cum p. 56 hominem atque equum | iungens putat esse Centaurum, qui uero id in diuisionibus et abstractionibus assumptionibusque ab his rebus in quibus sunt efficit, non modo falsus non est, uerum etiam solus id quod in proprietate uerum est inuenire potest. sunt igitur huiusmodi res in corporalibus atque in sensibilibus, intelleguntur autem praeter sensibilia, ut eorum natura perspici et proprietas ualeat comprehendi. quocirca cum genera et species cogitantur, tunc ex singulis in quibus sunt eorum similitudo colligitur ut ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo, quae similitudo cogitata animo ueraciterque perspecta fit species; quarum specierum rursus diuersarum similitudo considerata, quae nisi in ipsis speciebus aut in earum indiuiduis esse non potest, efficit genus. itaque haec sunt quidem in singularibus, cogitantur uero uniuersalia nihilque aliud species esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudine, genus uero cogitatio collecta ex specierum similitudine. sed haec similitudo cum in singularibus est, fit sensibilis, cum in uniuersalibus, fit intellegibilis, eodemque modo cum sensibilis est, in singularibus permanet, cum intellegitur, fit uniuersalis. subsistunt ergo circa sensibilia, intelleguntur autem praeter corpora. neque enim interclusum est ut duae res eodem in subiecto sint ratione diuersae, ut linea curua atque caua, quae

1 cōpositionem *GHR* facit *post* hoc *H* 2 quia *Gm1R* quod *Sm2* 3 id *om. N, s. l. Em2H, post* diuisionibus *F* assumptionibus *Em1Gm1P* atque assumptionibus *CL* 5 *post* solus *add.* intellectus *F,* scil. intellectus *s. l. Lm2* 6 corporibus *FHN* *post* sensibilibus *add.* rebus *CHLNP* 8 *ante* genera *add.* et *CFS;* et species et genera *R* 11 *post pr.* similitudo *add.* colligitur *N,* scil. colligitur *s. l. Hm2Sm2* cognita *Cm1F* cognita uel cogitata *N* 12 ueraciter *Lm2N* perfecta *Em1NP* sit *FN* 13 in *om. C* 14 earum] *Pp.c. (corr. m1?)* eorum *cett.* 17 substantiarum *R* 18 collecta cogitatio *Cm1LP* 22 autem] tamen *R* 23 eadem *Em1Gm1Ha.c.* eidem *Gm2Lm1 (*in eodem *m2) PR* e*dem *(sic) S* in *ante* subiecto *s. l., post* eodem *er. uid. C, om. EGLPRS* 24 sint *om. L* concaua *Cm2N* cauata *Lm1*

res cum diuersis definitionibus terminentur diuersusque earum intellectus sit, semper tamen in eodem subiecto reperiuntur; eadem enim linea caua, eadem curua est. ita quoque generibus et speciebus, id est singularitati et uniuersalitati, unum quidem subiectum est, sed alio modo uniuersale est, cum cogitatur, alio singulare, cum sentitur in rebus his in quibus esse suum habet. His igitur terminatis omnis, ut arbitror, quaestio dissoluta est. ipsa enim genera et species subsistunt quidem alio modo, intelleguntur uero alio, et sunt incorporalia, sed sensibilibus iuncta subsistunt in sensibilibus. intelleguntur uero ut per semet ipsa subsistentia ac non in aliis esse suum habentia. sed Plato genera et species ceteraque non modo intellegi uniuersalia, uerum etiam esse atque praeter corpora subsistere putat, Aristoteles uero intellegi quidem incorporalia atque uniuersalia, sed subsistere in sensibilibus putat; quorum diiudicare sententias aptum esse non duxi, altioris enim est philosophiae. idcirco uero studiosius Aristotelis sententiam executi sumus, non quod eam maxime probaremus, sed quod hic liber ad Praedicamenta conscriptus est, quorum Aristoteles est auctor.

12. Illud uero quemadmodum de his ac de propositis probabiliter antiqui tractauerunt et horum maxime Peripatetici, tibi nunc temptabo monstrare.

Praetermissis his quaestionibus quas altiores esse praedixit,

21—23] Porph. p. 1, 14—16 (Boeth. p. 25, 14—16).

1 earum] *HPp.c. (corr. m1?)* eorum *cett.* 3 enim *om. LP* quippe *P, s. l. Lm2* concaua *Cm2N* eademque *FLRS* 6 *post* singulare *add.* est *R, s. l. Sm2* 9 *post.* alio] alio modo *LR* 10 *post* uero *s. l.* praeter corpora *Pm2* 11 subsistentia *in ras. E* substantia *GSm1* 13 *ante* esse *s. l.* ea *E* praeter *s. l. Cm2* 15 *ante* sensibilibus *add.* ipsis *G* 16 dixi *Lp.c.Sa.c.* 17 uero *s. l. Cm2* 20 auctor est *CLP* est *om. G* 21 *ante lemma* ISTORIA *add. S, sic (uel* HIST-*) ante omnia paene lemmata* uero] autem Σ *post.* de *om. E* 22 probabiliter] λογικώτερον *Porph. p. 1, 15* tractauerint *Cp.c.GHΔm1* 23 monstrare *(*demonstrare *N)* temptabo *FLN* 24 *ante* Praetermissis *add.* EXPOSITIO *S, sic paene ubique ante explicat. lemmatum* Missis *Sm1*

exoptat mediocrem introductorii operis tractatum, sed ne haec ipsa sibi harum quaestionum omissio uitio daretur, apposuit quemadmodum de propositis tractaturus est, ex quorumque hoc opus auctoritate subnixus adgrediatur, ante denuntiat. cum mediocritatem quidem tractatus promittit detracta obscuritatis difficultate, animum lectoris inuitat, ut uero adquiescat ac sileat ad id quod dicturus est, Peripateticorum auctoritate confirmat. atque ideo ait de his, id est de generibus et speciebus, de quibus superiores intulerat quaestiones, ac de propositis, id est de differentiis, propriis atque accidentibus, sese probabiliter disputaturum. probabiliter autem ait 'ueri similiter', quod Graeci λογικῶς uel ἐνδόξως dicunt. saepe enim et apud Aristotelem λογικῶς 'ueri similiter' ac 'probabiliter' dictum inuenimus et apud Boethum et apud Alexandrum. Porphyrius quoque ipse in multis hac significatione hoc usus est uerbo, quod nos scilicet in translatione, quod ait λογικῶς, ita interpretari ut 'rationabiliter' diceremus omisimus. longe enim melior ac uerior significatio ea uisa est, ut probabiliter sese dicere promitteret, id est non praeter opinionem ingredientium atque lectorum, quod introductionis est proprium. nam cum ab imperitorum hominum mentibus doctrinae secretum altioris abhorreat, talis esse introductio debet,
p. 57 ut praeter opinionem ingredi|entium non sit. atque ideo melius

1 haec *om. S* 2 harumque *LS* horumque *Gm1* quaestionum] institutionum *Gm1Lm1RS* omissi *Em1* omisso *Lm1Sm1* amissio *F* 3 est *s. l. Em2,* esset *Gm1* ex] et *FHN, s. l. (om. ex) Em2* quorum *FHN* 4 subnisus *EGm1Sm1* aggreditur *EGLPRS* 8 et] ac *R* 10 de] *R, om. cett.* 11 *post* ait *add.* id est *C* 12 λογικῶς uel ἐνδόξως] *edd., ante* λογικῶς *add.* uel *CGLPR;* ΛΟΓΙΚΟC *uel* ΛΩΓΙΚΩC *uel alia sim. codd.;* ΕΝΔΩΧΟΝ *C, sim. H* endoΧΩC *E* ΕΝΛΟΓΩC *S, alia uarie cett.* 13 et *om. GR* est *S* λογικῶς] *S, in cett. eadem fere quae 12* 14 Boethum] *b* boetum *p* boethon *Em2GNS (recte?)* boeton *CEm1PR* boethion *F* bęthon *H* boetoton *Lm1* boeten *m2* Boethum *(*-tium *m) rm* 16 uerbo usus est *CEGLRS* 17 λογικῶς] *item ut 13,* λογικώτερον *edd.* 19 se *L* *mitteret, *s. l.* pro *Cm2* 23 ingredientium opinionem *C* non *ante* praeter *CEG (corr. m2) L* atque ideo] ergo *Gm1 (*atque ita *m2) LPm1RS* melius probabiliter quam *om. R, s. l. Gm2Sm2*

probabiliter quam rationabiliter, ut nobis uidetur, interpretati sumus. antiquos autem ait de eisdem disputasse rebus, sed ⟨se⟩ eorum illum maxime tractatum insequi quem Peripatetici Aristotele duce reliquerint, ut tota disputatio ad Praedicamenta conueniat.

2 eisdem] *E (*eis *in ras.)* hisdem *cett.* disputasse *post* rebus *C, ante* de eisdem *L,* disputare *N* 3 se *post* illum *add. brm, post* sed *Brandt* sequi *CEm2HN* 4 reliquerint] *Gm1HPp.r.* relinquerint *FSm1Pa.r.* relinquerunt *Ra.r.Sm2* reliquerunt *CEGm2LNRp.r.* EXPLICIT *(*COMMENTARIORV̄ *add. C,* CŌMENTORVM *add. F,* CŌM̄TV̄ PLOLOGI, *sic, add. S)* LIB. I. INCIPIT *(*LIB. *add. F)* II. *(*INCIPIT II. *om. R) CEFGPRS (uariis cum scripturis compendiisque), subscriptio deest in HLN*

LIBER SECVNDVS.

1. Quaeri in expositionum principiis solet, cur unum quodque ceteris in disputationis ordine praeponatur, uelut nunc in g e n e r e dubitari potest, cur genus speciei, differentiae, proprio accidentique praetulerit; de eo enim primitus tractat. respondebimus itaque iure factum uideri; omne enim quod uniuersale est, intra semet ipsum cetera concludit, ipsum uero non clauditur. maioris itaque meriti est ac principalis naturae quod ita cetera cohercet, ut ipsum naturae magnitudine nequeat ab aliis contineri. genus igitur et species intra se positas habet et earum differentias propriaque, nihilo minus etiam accidentia, atque ita de genere inchoandum fuit, quod cetera naturae suae magnitudine cohercet et continet. praeterea illa semper priora putanda sunt quae si auferat quis, cetera perimuntur, illa posteriora quibus positis ea quae ceterorum substantiam perficiunt, consequuntur, ut in genere et ceteris. nam si animal auferas, quod est hominis genus, homo quoque, quod species est, et rationale, quod differentia, et risibile, quod proprium, et grammaticum, quod accidens, non manebit et

2 *ante* Quaeri *codd. et p exhibent idem lemma (sine inscript.) quod p. 171, 10 habent, om. brm* expositione *CGm1L* expositionis *S* principii *CGm1L* 3 dispositionis *N* 5 praetulerat *C* tractat *in ras., s. l.* scil. conamur *Em2* tractare *Em1Sm1* 6 respondemus *F* 8 cluditur *(*i *ex* e *m2) S* naturae] naturae suae *F* 10 igitur] itaque *C* et *om. CN* 11 etiam minus *HS* 12 etiam *om. R* etiam et *C* ita] idcirco *CE (in ras.) HLm2NP* ideo *F* inchoandum fuit] erat inchoandum *FHNP* 13 *ante* cetera *add.* et *L* natura suae magnitudinis *FHN* coerceat et contineat *Lm2* 14 priora] propria *LS* aufert *Ca.c.* 19 *ante* proprium *add.* est *P, s. l. Lm2* *post* grammaticum *add.* esse *FHP, s. l. Em2* *post* accidens *add.* est *FP, ante N*

interemptum genus cuncta consumit. si uero hominem esse constituas uel grammaticum uel rationale uel risibile, animal quoque esse necesse est. siue enim homo est, animal est, siue rationale, siue risibile, siue grammaticum, ab animalis substantia non recedit. sublato igitur genere et cetera consumuntur, positis ceteris sequitur genus; prior est igitur natura generis, posterior ceterorum. iure est igitur in disputatione praepositum.

2. Sed quoniam generis nomen multa significat — hoc est enim quod ait: Videtur autem neque genus neque species simpliciter dici; ubi enim non est simplex dictio, illic multiplex significatio est —, prius huius nominis significationes discernit ac separat, ut de qua significatione generis tractaturus est, sub oculis ponat. sed cum neque genus neque species neque differentia nec proprium nec accidens significatione simplici sint, cur de his tantum duobus, genere inquam ac specie, dixit non simpliciter dici, cum proprium, differentia atque accidens ipsa quoque sint significatione multiplici? dicendum est quoniam longitudinem uitans tantum speciem nominauit eamque idcirco, ne solum genus significationis esse multiplicis putaretur. enumerat autem primam quidem generis significationem hoc modo:

Genus enim dicitur et aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se inuicem collectio,

10 s.] Porph. p. 1, 18 (Boeth. p. 26, 1). 23—p. 172, 5] Porph. p. 1, 18—23 (Boeth. p. 26, 1—8).

1 esse *om. P* 2 *post* grammaticum *add.* esse *FHP, s. l. Em2* 3 esse *post* est *Gm2L, om. EGm1RS, post* esse *add.* constituas *EP, s. l. Lm2* *alt.* est] sit *FHNP* 5 et *om. FHNR* consummantur *S* 9 enim est *L* 10 *ante* Videtur *add.* INCIPIT Δ DE GENERE ΓΔΛΠΣΦ Incipit diffinicio generis Ψ *m. post., om. cett.* autem *om. HN* 12 est significatio *C* 13 tractatus *R* 14 est] sit *P* oculos *HN* neque genus *om. C* 15 *pr.* nec *FHP* neque proprium neque *N* 16 simplicia *G (*a *add. m1 uel 2) LSm2* ac] et *C* 17 non] nec *G* 18 atque *om. C* 19 est *om. G* 20 solem *Gm1* 21 quidem *om. C* 24 ad] et ad *S* aliquod *EN*ΡΠΣ aliquem *in ras. Cm2, fort.* aliquid *m1*

secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine, dico autem Romuli, et multitudinis habentium aliquo modo ad inuicem eam quae ab illo est cognationem secundum diuisionem ab aliis generibus dictae. |

p. 58 Una, inquit, generis significatio est quae in multitudinem uenit a quolibet uno principium trahens, ad quem scilicet ita illa multitudo coniuncta est, ut ad se inuicem per eiusdem unius principium copulata sit, ut cum Romanorum dicitur genus; multitudo enim Romanorum ab uno Romulo uocabulum trahens et ipsi Romulo et ad se inuicem quasi quadam nominis hereditate coniuncta est. eadem enim quae a Romulo societas descendit, Romanos inter se omnes uno generis nomine deuincit et colligat. uidetur autem secuisse hanc generis significationem in duas partes, cum copulatiuam coniunctionem admiscuit dicens: genus dicitur et aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se inuicem collectio, tamquam et illud genus dicatur ad unum se aliquo modo habere et hoc rursus genus dicatur, quod ad se inuicem unius generis significatione coniuncti sint. hoc uero minime; eadem enim a quolibet uno propagata societas et ad illum qui princeps est generis, totam multitudinem refert et ipsam

1 significationem] diffinitionem Φ romanum *Cm1G* 2 scilicet *om. Porph. p. 1, 20* 3 *ante* inuicem *add.* se *L (s. l. m2) brm Busse; cf. p. 173, 12* 4 eam quae] eamque *CR* 5 dicṭae] *Hm1Lm2RΔm2Ψ* dictam *cett.; cf. p. 173, 14 et Porph. p. 1, 23 (τοῦ πλήθους)* κεκλημένου 7 uno *om. FGRS, s. l. Em2,* unum *H; cf. 21* *ad* quem *s. l.* ał quod *Lm2* 8 est coniuncta *F* 9 dicitur—Romanorum *in mg. E, s. l. Gm2, uerba* multitudo enim Romanorum *del. Lm2* 11 *post* trahens *add.* sit *E (del.) G (del. m2), s. l. Lm2* 12 ea *E (ras. ex* eadem*) FHN* ab *CEH* 14 colligit *CFPm2RS* alligat *L* 16 genus *om. H, s. l. N* dicitur] *edd., om. H* dici *cett. (s. l. N)* 17 ad] et ad *S* aliquod *N* 18 collectionem *FH* aliquo modo *om. EGRS* 19 rursus *post* genus *C* rursum *S* dicatur—generis *om. GRSm1* dicatur unius generis *s. l. m2* 20 coniunctiua *EGR* coniuncta *Sm2* sint] *NS* sunt *CFHLP, om. EGR* *post* minime *add.* est *LPm2* 22 refert—multitudinem *om. EGSm1, s. l. m2 (sed* praefert*)*

inter se multitudinem uno generis nomine conectit et continet. quocirca non est putandus diuisionem fecisse, sed omne quicquid in hac generis significatione intellegendum fuit, aperuisse. ordo autem uerborum ita sese habet — qui est hyperbaton intellegendus —: ‘genus enim dicitur et aliquorum ad unum se aliquo modo habentium collectio et ad se inuicem aliquo modo habentium’ — rursus ‘collectio’ subaudienda; est enim zeugma —, cuius significationis adiecit exemplum: secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine, dico autem Romuli, et multitudinis rursus habitudine habentium aliquo modo ad inuicem cognationem, eam scilicet quae ab illo est, id est Romulo, secundum diuisionem ab aliis generibus dictae, scilicet multitudinis. haec enim multitudo aliquo modo ad unum et ad se inuicem habens genus dicta est, ut ab aliis discerneretur, ut Romanorum genus ab Atheniensium ceterorumque separatur, ut sit integer uerborum ordo: ‘genus enim dicitur et aliquorum collectio ad unum se quodammodo habentium et ad se inuicem, secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine, dico autem Romuli, et multitudinis secundum diuisionem ab aliis generibus dictae, habentium scilicet hominum aliquo modo ad inuicem eam quae ab illo est, id est Romulo, cognatio-

1 nomine] *EGLRS* uinculo *CFHN* nomine uel uinculo *P* 4 se *FHNP* qui *om. ER, s. l. Gm2Sm2* 6 *pr.* sese *L* 7 *ante* collectio *s. l.* et *(ut uid.) C* subaudiendo *N, post* sub. *add.* est *LR, ante s. l. Pm2* 8 zeuma *EFGHPS* 14 dictam *EGm1Lm1PSm2* haec enim multitudo *om. ERS, s. l. Gm2* aliquo modo *om. FP, ante add.* et *C, post add.* se *P (del. m1?), s. l. Gm2H* 15 *post* unum *s. l.* aliquid *Gm2* *post* habens *add.* cognationem *Pm2 edd.* 17 separetur *Fa.c.N* separaretur *CFp.c.HLm1* sit] sic *H (*sit *post* uerborum*) P (*sit *post* ordo*)* sic sit *F;* integer sit *C;* ordo uerborum, *post repet.* sit *N* 18 collectio *om. E* 20 ab] ad *F* habitudinem *F, post repetit uerba post.* aliquo—exemplum *(6—8) G* 22 dictam *CEGm1Lm1Sm2* *post* habentium *add.* se *Lm2P* 23 id est *om. S, in quo post* cognationem *locus p. 172, 4—13* secundum—deuincit et collegit *(sic) repetitus (5* dicta est, *12* ea *script.)*

nem.' Atque haec hactenus; nunc de secunda generis significatione dicendum est.

3. Dicitur autem et aliter rursus genus, quod est unius cuiusque generationis principium uel ab eo qui genuit uel a loco in quo quis genitus est. sic enim Orestem quidem dicimus a Tantalo habere genus, Hyllum autem ab Hercule, et rursus Pindarum quidem Thebanum esse genere, Platonem uero Atheniensem; etenim patria principium est unius cuiusque generationis, quemadmodum et pater. haec autem uidetur promptissima esse significatio; Romani enim sunt qui ex genere descendunt Romuli, et Cecropidae, qui a Cecrope, et horum proximi.

Quattuor omnino sunt principia quae unum quodque principaliter efficiunt. est enim una causa quae effectiua dicitur, uelut pater filii, est alia quae materialis, uelut lapides domus, tertia forma, uelut hominis rationabilitas, quarta, quam ob rem, uelut pugnae uictoria. duae uero sunt quae per accidens unius

3—13] Porph. p. 1, 23—2, 7 (Boeth. p. 26, 8—16).

4 generationis *om.* Λ, *in ras. C* quae *Gm1Πm1* 5 a loco] ab eo loco *CEGLRS; Porph. p. 2, 1* ἀπὸ τοῦ τόπου sic *ex* si *Cm2* enim *in ras. Cm2* 6 oresthē *C* oresten *LN*ΛΣΦ horestem *FH*Γ dicemus *S* genus habere *F* 7 Hyllum] *Gm1* yllum *m2* illum *(ad* quod *s. l.* tantalum Λ*m2) cett.* autem *om. G* 8 *ante* Thebanum *add.* dicimus Σ 9 principium] *Porph. p. 2, 4* ἀρχή τις; *cf. infra p. 178, 17* 10 et] *N*Ψ *(er. uid.) brm, s. l.* Δ, *om. cett. Busse; Porph. p. 2, 5* καί *om. codd. quidam (habet M); cf. p. 176, 1* 11 esse *om. H* sunt *om. EFGHNS*ΔΛΣ, *s. l. Lm2, in mg.* Π*m2* dicuntur *edd.; Porph. p. 2, 6* λέγονται; *cf. p. 176, 7* 12 cecropides Σ 13 a Cecrope] cecropis *Ea.c. (*a cecropis *p.c.) G (*cae- *m1* ci- *m2) R* ex genere descendunt cecropis *LS*ΔΛΣ, *s. l. Em2 (om.* cecropis*), fort. ex p. 176, 8; Porph.* Κεκροπίδαι οἱ ἀπὸ Κέκροπος eorum *HL*Λ, *in ras.* Σ 14 efficiunt principaliter *H* 16 filii] et filius *Em1FGLPRS* *post* materialis *add.* dicitur *FPR* 17 *ante* forma *add.* a *R, s. l. Sm2, ras. in E* uelut* *(*i *er.) C* quam] *NS, om. R,* quae *cett., fort. recte* ob rem *s. l. Rm2* 18 pugnae uictoria] *N* pugna uictoriae *cett.* duo *CNP* accidentes *Ea.c.GHm1 (in mg.* al' accidentialiter *m2) Lm1RSm2* accidentis *m1*

cuiusque dicuntur esse principia, locus scilicet ac tempus. quoniam enim omne quod nascitur uel fit, in loco ac tempore est, quicquid loco uel tempore natum factumue fuerit, eum locum uel id tempus accidenter dicitur habere principium. horum omnium in hac secunda generis significatione duo quaedam ex alterutris assumit, quae ad significationem generis uidebuntur accommoda, ex his quidem quae principalia sunt, effectiuum, | ex his uero quae accidentia, locum. ait enim 'genus p. 59 dicitur et a quo quis genitus est', quod est effectiua principalium causa, 'et in quo quis loco est procreatus', quae est accidens causa principii. itaque haec secunda significatio duo continet, eum a quo quis procreatus est, et locum in quo quis editus, ut exempla quoque demonstrant. Orestem enim dicimus a Tantalo genus ducere; Tantalus quippe Pelopem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnonem, Agamemnon genuit Orestem. itaque a procreatione genus hoc dictum est. at uero Pindarum dicimus esse Thebanum, scilicet quoniam Thebis editus tale generis nomen accepit. sed quoniam diuersum est illud, a quo quis procreatus est, locusque in quo quis editus, uidetur diuersa esse generis significatio procreantis et loci, quam in secunda scilicet parte enumerans unam fecit. sed ne uideretur duplex, per similitudinem coniunxit dicens: etenim patria principium est unius cuiusque generationis,

2 uel *in ras. E* et *C* 3 quicquid *ex* quo quid *Cm2, ante add.* et *F, post add.* enim *L* 4 accidentaliter *CLN* accidentialiter *EGPSm2; cf. indicem Meiseri* 5 ex alterutris duo quaedam *FP* 6 consumit *S* sunt *Cm1H* sumit *Cm2, s. l. N* generis significationem *H* 7 uidebantur *LPRS* uideantur *EG* accommodata *R* *post* quidem *add.* causis *codd., om. unus F, del. Hm2* 8 *ante* effectiuum *add.* sumit *H* accidentalia *N* 9 dici *CFNP* et *om. C, s. l. Lm2* quisque *CGRS* 10 loco procreatus est *L* procreatus est loco *N* quod *GKS* 13 editus] editus est *FHNP* *post* quoque *add.* ipsa *FHP, s. l. Lm2* oresten *LN, item 16* 14 pelopen *E* 15 agamemnonen *EG (-men)* 17 quoniam] quia *FHN* *ante* Thebis *s. l.* a *Hm2?* 18 editus] editus est *CL* accipit *C* est *om. G* 19 *pr.* quisque *R* editus] editus est *NP (*est *s. l. m2)* 22 *post* uideretur *add.* tamen *EP, s. l. Lm2* adiunxit *FN* 23 patria *s. l. Cm2, in mg. F* generati *Em1* generis *RSm1*

quemadmodum et pater. sed quoniam in significationibus euenit fere, ut sit aliquid quod intellectui significatae rei propinquius esse uideatur, quoniam duas generis apposuit significationes, multitudinis scilicet et procreantis, cui generis nomen conuenientius aptetur, iudicat atque discernit dicens hanc esse promptissimam generis significationem quae a procreante deducta sit; hi enim maxime Cecropidae sunt qui a Cecrope descendunt, hi Romani, qui a Romulo. quae cum ita sint, confundi rursus generis significationes uidentur. si enim hi sunt maxime Romani qui a Romulo originem trahunt, et haec significatio illa est quae a procreante deducitur, ubi est reliqua, quam primam quoque enumerauit, quae est 'multitudinis ad unum et ad se inuicem quodammodo se habentium collectio'? sed acutius intuentibus plurimae admodum differentiae sunt. aliud est enim a quolibet primo procreante genus ducere, aliud unum genus esse plurimorum. illud enim et per rectam sanguinis lineam fieri potest et non in multa diffundi, ut si per unicos familia descendat, huic enim aptabitur secunda illa generis significatio, quae a procreante deducitur; prima uero illa non nisi in multitudine consistit. illud quoque est, quod prima procreationis principium non requirit, sed, ut ipse ait, sufficit aliquo modo se habere ad id unde huiusmodi generis principium sumitur, secunda uero significatio nullam uim nisi procreante sortitur. item in illa primae significationis multitudine huius secundae particularitas continetur, ut in

2 fere] saepe *C* (*ante* euenit) *LNPm2S* intellectu *G* significandae *FRSm2* propinquis *F* propinquus *Gm1PR* propinquum *N* 3 quoniamque *Em2HLm2P*, *post* quoniam *add.* qui *Sm1*, *del.* *m2* 4 generi *EGH* (s *er.*) 6 esse *om.* *G* 7 ducta *R* cecropides *R* 8 Cecrope] cecropede *FR* (-ide) *post* Romulo *add.* descendunt *N* 9 significationes generis *C* 11 ducitur *Lm1* 15 est *s. l.* *F*, *post* enim *CL* enim *om.* *N* aliquolibet (*om.* a) *G* 16 deducere *CLm1* et *om.* *N* 18 si *s. l.* *Lm2*, *del.* *Sm2* per—descendat] puer unicus familiam distendat *Cm1FHN* aptatur *N* 21 est] est intellegendum *C* primae *Hm2* 24 <a> procreante *Engelbrecht* prima *EGHLm1RS*

Romanorum genere Scipiadarum genus; nam cum sint Romani, Scipiadae sunt. quoniam enim ad Romulum et ad ceteros Romanos secundum Romuli habitudinem iuncti sunt, Romani sunt, Scipiadae uero dicuntur ad secundam generis significationem, quia eorum familiae Scipio et sanguinis principium fuit.

Et prius quidem appellatum est genus unius cuiusque generationis principium, dehinc etiam multitudo eorum qui sunt ab uno principio, ut a Romulo; namque diuidentes et ab aliis separantes dicebamus omnem illam collectionem esse Romanorum genus.

Sensus facilis et expeditus, si tamen ambiguitas una soluatur. cum enim prius multitudinis significationem retulerit ad generis nomen, post autem ad procreationis initium, nunc contrario modo illam prius a se enumeratam significationem dicere uidetur quae est procreationis, illam uero posteriorem quae est multitudinis; quod contrarium uideri potest, si quis ad ordinem superius digestae disputationis aspexerit. sed hic non de se loquitur, sed de humani consuetudine sermonis, in quo prius eam significationem generis fuisse dicit quae a procreante sit tracta, accedente uero aetate loquendi usu nomen generis etiam ad multitudinem habentem se quodammodo ad aliquem fuisse translatum, hoc uero idcirco, quoniam

7—11] Porph. p. 2, 7—10 (Boeth. p. 26, 16—19).

1 nam] natura *CFL* 2 scipiades *HNP* *ante pr.* ad *add.* et *FHNP, s. l. Em2Lm2* *post.* ad *om. L* 4 scipiades *N* 5 quia] quod *E* et *om. NP, s. l. Cm2* 8 generationis *in ras. Cm2* generis *PR* 9 namque *(sic etiam B Bussii)*] *om.* ΛΦ, *add. Hm2Δm2* nam Σ quam *edd. Busse; Porph. p. 2, 8* τὸ πλῆθος—ὅ 10 *post* aliis *add.* generibus *F, s. l. Lm2* 11 collationem Δ collectionem *post* esse *HP;* romanorum esse collectionem *F* 12 *post* facilis *s. l.* est *Lm2Pm2* facile *(om.* et*) FN* expeditur *FNP a.c.* 13 retulerat *F* retulit *R* 14 *post.* ad *om. FHNR, s. l. Sm2* *post* nunc *s. l.* autem *Lm2* 15 prius] posterius *CLm2NP* numeratam *N* 16 *post* uidetur *add.* priorem *CGLNP* 18 perspexerit *C* 21 loquendique *CN* et *(s. l. m1?)* loquendi *H* 23 *ante* hoc *s. l.* dicit *Lm1?, post* idcirco *in mg.* dixit *Pm2*

superius dixerat: haec enim uidetur promptissima esse significatio, ut ab hac, id est secunda, quam promptissimam significationem esse dixit, illa quoque nuncupata uideretur, quae est multitudinis. prius enim genus inter homines appellatum est quod quis a generante deduceret, post autem factum est, ut per loquendi usum etiam multitudinis ad aliquem
p. 60 quodammo|do se habentis genus diceretur propter diuisionem scilicet gentium, ut esset inter eas nominis societatisque discretio.

4. His igitur expletis uenit ad tertium genus quod inter philosophos tractatur cuiusque ad dialecticam facultatem multus usus est. horum quippe generum historia magis uel poesis tractat exordium, tertium uero genus apud philosophos consideratur. de quo hoc modo loquitur:

Aliter autem rursus genus dicitur cui supponitur species, ad horum fortasse similitudinem dictum. etenim principium quoddam est huiusmodi genus earum quae sub ipso sunt specierum, uidetur etiam multitudinem continere omnem quae sub eo est.

Duplicem significationem generis supra posuit, nunc tertiam monstrare contendit, hanc autem ad superiorum similitudinem

1 superius] p. 174, 10. 14—18] Porph. p. 2, 10—13 (Boeth. p. 26, 19—23).

1 enim] autem *p. 174, 10* 2 secundum *GR* a *(s. l.)* secunda *E* 5 quis *Cm2* prius *m1* 7 duceretur *Cm1* diuisiones *EFHLm2NP* 8 esset] est *(s. l.)* et *E* has *FH* 9 expeditis *N* ad *om. F* 10 cuius *CF* multus *post* usus *Lm1R*, multum *G* 11 poesi *Cm1* 13 hoc] *2 litt. er. C* 14 genus *ante* rursus Λ, *post* dicitur Φ cui—genus *(16) om. N*, *quod indicatur uoce* usque *addita (*dicitur usque earum*); sic (saepe etiam* usque ad*) paene constanter in N aliisque codd. ubi mediae lemmatum partes omissae sunt* 15 ab . . similitudine *GLΔm2ΛΣ* 16 eorum *Δm2Λ* earum—specierum] *Porph. p. 2, 12* τῶν ὑφ' ἑαυτό 17 ipso *om. Δm1* se *m2Lp.c.*ΛΣΦ sunt *add. Gm2Δm2* uideturque *brm Busse; Porph.* καὶ δοκεῖ καί etiam] enim *F* autem Λ 18 omnem] Ω *(Δm1Πm1)* omnium *CEGLPRSΔm2Πm2* earum *FHN, s. l. post* omnium *Lm2* sub eo est] ΓΔ*m1*ΛΠ*m1*ΣΨ est Φ sub eo *(*ipso *FΔm2* se *Lm2)* sunt *(*est *E, s. l. G)* specierum *EFGHLNPp.c. (*sunt eo sub *a.c.) RSΔm2Πm2* sunt sub eo specierum *C; cf. Porph. p. 2, 12 s.* 19 proposuit *edd.* 20 superiorem *FLm1Pm1*

dictam esse arbitratur. superius autem dictae significationes sunt una quidem, cum nomen generis quadam principii antiquitate ad se iunctam multitudinem contineret, alia uero, cum genus ab uno quoque procreante duceretur, quod eorum quae procreantur principium est. cum igitur sint superius duae generis propositae significationes, tertium nunc addit de quo inter philosophos sermo est, illud scilicet cui supponitur species, quod idcirco genus uocatum esse sub opinionis credit ambiguo, quoniam habet aliquam similitudinem superiorum. nam sicut illud genus quod ad multitudinem dicitur, uno suo nomine multitudinem claudit, ita etiam genus plurimas species cohercet et continet. item ut genus illud quod secundum procreationem dicitur, principium quoddam est eorum quae ab ipso procreantur, ita genus speciebus suis est principium. ergo quoniam utrisque est simile, idcirco nomen quoque generis etiam in hac significatione a superioribus mutuatum esse ueri simile est.

Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est; quod etiam describentes adsi-

18—p. 180, 3] Porph. p. 2, 14—17 (Boeth. p. 26, 24—27, 2).

1 dictam esse arbitratur] ut dictum est *GRS* autem *om. C, s. l. Lm2, del. Pm2* dictae] duae *Lm1, ante* sunt *s. l.* dictae *m2,* duae *ex* dictae *H (ras.) Sm2, ante* dictae *s. l. Pm2, ante* sunt *edd., post R* 2 quidem *om. C* cum *in mg. Cm2* quae *m1N* quadam *om. EFG* quandam *H* qua *RSm1* antiquitatem *H* 3 ad se iunctam] *CLm2* ad se et adiunctam *HN* ad se iniunctam *Sm1* ab uno quoque iniunctam *R* adiunctam *cett.; cf. p. 177, 2* continet *Cm1 (corr. in mg. m2) Nm2* aliam *G* 4 deduceretur *E* 5 qui *P* 6 tertiam *et* qua *F* 7 *post* scilicet *add.* genus *F, s. l. Sm2* 8 *ante* opinionis *add.* suae *N, post CHLP, s. l. Em1?, in mg. Sm2* se *m1* 9 creditur *Ca.r.FR* 10 a multitudine *Ep.c.FHN* 11 suo] sub *C (*nomine sub uno*) FHNPm2, ex* suo *EL* ita *in mg. Cm2, s. l. Nm2* 13 est] esse *EGLm2RS* 14 *post* suis *add.* constat *FHN, post* genus *s. l. Em2* est] *CLm1P* esse *cett.* 15 idcirco] id *C* nomen *post* generis *FHNP, post* quoque *L* 16 in hac etiam *FHN* hanc significationem *CP* 18 cum genus—sit *(p. 180, 2) om. N* dicitur *SΔm1ΛΣ* 19 etiam] etiam et *R*

gnauerunt genus esse dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur, ut animal.

Iure tertium genus philosophi ad disputationem sumunt; hoc enim solum est quod substantiam monstrat, cetera uero aut unde quid existat aut quemadmodum a ceteris hominibus in unam quasi populi formam diuidatur ostendunt. nam illud quod multitudinem continet genus, illius multitudinis quam continet substantiam non demonstrat, sed tantum uno nomine collectionem populi facit, ut ab alterius generis populo segregetur. item illud quod secundum procreationem dictum est, non rei procreatae substantiam monstrat, sed tantum quod eius fuerit procreationis initium. at uero genus id cui supponitur species, ad speciem accommodatum speciei substantiam informat. et quia inter philosophos haec maxima est quaestio, quid unum quodque sit — tunc enim unum quodque scire uidemur, quando quid sit agnoscimus —, idcirco reiectis ceteris de hoc genere quam maxime apud philosophos sermo est, quod etiam describentes adsignauerunt ea descriptione quam subter annexuit. diligenter uero ait describentes, non definientes; definitio enim fit ex genere, genus autem aliud genus habere non poterit. idque obscurius est quam ut primo aditu dictum pateat. fieri autem potest ut res quae

1 esse *ante* genus *Pm1, post* dicentes Σ et *om. F* 2 differentiis *R* quid] *iterum* quod *P* praedicetur Γ 3 ut animal *om.* ΛΣ 5 est solum enim *CN* enim est solum *FP* 6 existit *E (*it *in ras.) GLPS* existet *Sm1* extitit *HN* <multitudo> a *Brandt* 7 una . . forma *EGRS* diuidantur *G* ostendit *EGLPm1S* 8 multitudinis] multitudinem *G* 12 procreantis *Nm1* 13 atque *G* 14 ad speciem *om. N* ad differentiam *Cm2FLm1Pm2 edd.* 15 quaestio est *FHN* 16 unum *om. EGRS* enim] etenim *FN* quodque unum *G* 17 uidemur] debemus *E (in ras.) GPm1RS, post* uidemur *add.* uel debemus *Hm1, del. m2* *post* reiectis *add.* quia non demonstrant substantiam *L* temptatis temporum *Sm1, del. m2* 19 *post* quod *add.* genus *EPm1, del. m2* 20 ait *ex* aut *Em1* addit *m2NP* addidit *F* 21 ex] de *H* 23 dictum *om. FH* dictu *GLS* autem] enim *FNP*

alii genus sit, alii generi supponatur, non quasi genus, sed tamquam species sub alio collocata. unde non in eo quod genus est, supponi alicui potest, sed cum supponitur, ilico species fit. quae cum ita sint, ostenditur genus ipsum in eo quod genus est, genus habere non posse. si igitur uoluisset genus definitione concludere, nullo modo potuisset; genus enim aliud quod ei posset praeponere, non haberet, atque idcirco descriptionem ait esse factam, non definitionem. descriptio uero est, ut in priore uolumine dictum est, ex proprietatibus informatio quaedam rei et tamquam coloribus quibusdam depictio. cum enim plu|ra in unum conuenerint, ita ut omnia simul rei p. 61
cui applicantur aequentur, nisi ex genere uel differentiis haec collectio fiat, descriptio nuncupatur. est igitur descriptio generis haec: genus est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur. tria haec requiruntur in genere, ut de pluribus praedicetur, ut de specie differentibus, ut in eo quod quid sit. de qua re quoniam ipse posterius latius disputat, nos breuiter huius rei intellegentiam significemus exemplo. sit enim nobis in forma generis animal. id de aliquibus sine dubio praedicatur, homine scilicet, equo, boue et ceteris. sed haec plura sunt. animal igitur de pluribus praedicatur, homo uero, equus atque bos talia sunt, ut a se discrepent, nec qualibet mediocri re, sed tota specie, id est tota forma suae substantiae. de quibus dicitur animal; homo enim et equus et bos animalia nuncupantur. praedicatur ergo animal de pluribus specie differentibus. sed quonam modo fit

9 in priore uolumine] cf. p. 42, 8—43, 6 potius quam p. 153, 10 ss.; cf. Proleg. adn. 7.

1 genere *G* *post* supponatur *add.* sed cum (alii *add. P)* subponitur *(uel* sup-*) CFHN, s. l. Pm2* non—potest *(3) del. E* 2 collocatur *CFHNPm2* non] enim *EF* 7 ei (eius *HN)* aliud quod *HNPm1RS* possit *EGS* 9 priori *LN* ex *om. GHS, s. l. Em2Lm2* 11 plurima *L* plura *post* unum *C* 16 *post.* ut *om. FG* 18 late *E (in ras.) FHP, recte?* 19 exemplo] hoc modo *CLP* 20 praedicetur *CEGPm1RS* *ante* equo *add.* et *FHLN, er. P* 21 boue] et boue *L* et *er. uid. C* 22 a] ad *Lm1S* 23 mediocri re] mediocritate *H* 24 forma tota *E (del.* tota*) G* 26 fit *om. G*

haec praedicatio? non enim quicquid interrogaueris, mox animal respondetur: non enim si quantus sit homo interrogaueris, 'animal' respondebitur, ut opinor; hoc enim ad quantitatem pertinet, non ad substantiam. item si 'qualis' interroges, ne huic quidem responsio conuenit animalis, ceterisque omnibus interrogationibus hanc animalis responsionem ineptam atque inutilem semper esse reperies, nisi ei tantum apta est quae quid sit interroget. interrogantibus enim nobis quid sit homo, quid sit equus, quid sit bos, 'animalia' respondebitur. ita nomen animalis ad interrogationem 'quid sit' de homine, equo atque boue ac de ceteris praedicatur, unde fit ut animal praedicetur de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit. et quoniam generis haec definitio est, animal hominis, equi, bouis genus esse necesse est. omne autem genus aliud est quod in semet ipso atque in re intellegitur, aliud quod alterius praedicatione. sua enim proprietas ipsum esse constituit, ad alterum relatio genus facit, ut ipsum animal, si eius substantiam quaeras, dicam substantiam esse animatam atque sensibilem. haec igitur definitio rem monstrat per se sicut est, non tamquam referatur ad aliud. at uero cum dicimus animal genus esse, non, ut arbitror, tunc de re ipsa hoc dicimus, sed de ea relatione qua potest animal ad ceterorum quae sibi subiecta

2 non] num *FHN* rogaueris *Cm1GS* 3 *ante* animal *add.* mox *F* respondetur *F* ut] non *FHN* 4 *post* qualis *add.* sit *FHNP, s. l. Em2, s. l.* homo sit *Lm2* interroges] *Em1Lm1P* roges *cett.* nec *CG* haec *CSm2* id *m1* hic *FN* 5 interrogantibus *EG* 6 ineptam] *CFHNPp.c.Lm2* idiotam *E (s. l.* i. inertem *m2) GLm1 (s. l.* inpropriam *m1 ?) Pa.c.S Hilgard* idiotam uel ineptam *R* idiotae *Engelbrecht* 7 nisi] ni *C* 8 interrogat *Em2HN* enim] autem *F* *post.* quid] quidque *R* 9 sit *om. E* animal *C* item *EGLm1PRS* 11 ac] et *R* 13 *ante* bouis *add.* atque *FHNP* 14 genus autem *C* 15 *ante* alterius *add.* ad *CEm2HN* praedicationem *Em1PSm1 edd., post add.* refertur *Pm2 edd.* 18 dicas *Lm2* 21 esse *om. EGRS, s. l. Lm2* re *om. EGR, s. l. Sm2* *post* hoc *add.* nomen *C, s. l. Em2Pm2, ante FHNS* de *del. L, s. l. Pm2* 22 relatione *in ras. E* ratione *GLPm1R*

sunt praedicationem referri. itaque character est quidam ac forma generis in eo quod referri praedicatione ad eas res potest, quae cum sint plures et specie differentes, in earum tamen substantia praedicatur.

5. Huius autem definitionis rationem per exempla subiecit dicens:

Eorum enim quae praedicantur, alia quidem de uno dicuntur solo, sicut indiuidua ut Socrates et hic et hoc, alia uero de pluribus, quemadmodum genera et species et differentiae et propria et accidentia communiter, sed non proprie alicui. est autem genus quidem ut animal, species uero ut homo, differentia autem ut rationale, proprium ut risibile, accidens ut album, nigrum, sedere.

Omnium quae praedicantur quolibet modo, facit Porphyrius diuisionem idcirco, ut ab reliquis omnibus praedicationem generis seiungat ac separet, hoc modo. omnium, inquit, quae praedicantur, alia de singularitate, alia de pluralitate dicuntur.

7—14] Porph. p. 2, 17—22 (Boeth. p. 27, 2—7).

1 *post* itaque *add.* ut *P, s. l. Lm2* est *om. R, post* generis *F* quiddam *Ea.r.G* quidem *CNPm1* 2 praedicatione *post* res *C* 3 eorum *CGNS, m1 in ELP* 4 tantum *E* substantiam *NR,* -a *ex* -ã *CS; cf. p. 187, 11. 18* 5 autem *om. C, in mg. Lm2* 8 indiuiduum *C* indibus *(s. l.* indiuidua *Em2)* diabus *(*a *ex* e *E) EG* ut Socrates—hoc *om. CLNP,*—risibile *(13) om. E (in mg.* sicut socrates et hic et hoc*) GH* ut] sicut *Em2 (in mg.) RSΛΣ* et hic et hec et hoc *F* 9 uero *om. CFLNPR* autem Σ quemadmodum—risibile *(13) om. CL (sed uerba* est autem *11*—sedere *14 exhibet p. 184, 14) NP* ut genera, *om. reliqua usque* accidens *(13) F* 10 differentia *Sm1Σm1* proprium Γ 11 sed] et ΛΣ proprie] *L (p. 184, 14) RΨ* propria ΓΔΛΠ *(ras. ex* -ae*)* Σ *(*a *in ras.)* Φ *(post* alicui*); Porph. p. 2, 20* ἰδίως est—risibile *om. R* est—sedere *(14) om. S* 12 uero *s. l. Δm2Φm2* 13 *ante* accidens *add.* ut *CL* ut] id est *CLm2P* uel *E* et *R; Porph. 2, 22* οἷον 14 *ante* nigrum *add.* et *R* 16 a *LPS* 17 *post* separet *add.* et *(F)* id facit *FHN, s. l. Em2* 18 *pr.* alia] alia quidem *FHN* alia de singularitate *om. G, s. l. Em2, post* pluralitate *CLm1* *post.* alia] alia uero *FHNS* dicuntur] praedicantur *post* singularitate *FHN*

de singularitate uero, inquit, praedicantur quaecumque unum quodlibet habent subiectum de quo dici possint, ut ea quibus singula subiecta sunt indiuidua, ut Socrates, Plato, ut hoc album quod in hac proposita niue est, ut hoc scamnum in quo nunc sedemus, non omne scamnum — hoc enim uniuersale est —, sed hoc quod nunc suppositum est, nec album quod in niue est — uniuersale est enim album et nix —, sed hoc album quod in hac niue nunc esse conspicitur; hoc enim non potest de quolibet alio albo praedicari quod in hac niue est, quia ad singularitatem deductum est atque ad indiuiduam formam constrictum est indiuidui participatione. alia uero sunt quae de pluribus praedicantur, ut genera, species, differentiae et propria et accidentia communiter, p. 62 sed non proprie alicui. | genera quidem de pluribus praedicantur speciebus suis, species uero de pluribus praedicantur indiuiduis; homo enim, quod est animalis species, plures sub se homines habet de quibus appellari possit. item equus, qui sub animali est loco speciei, plurimos habet indiuiduos equos de quibus praedicetur. differentia uero ipsa quoque de pluribus speciebus dici potest, ut rationale de homine ac de deo corporibusque caelestibus, quae, sicut Platoni placet, animata sunt et ratione uigentia. proprium item etsi de una specie praedicatur, de multis tamen indiuiduis dicitur, quae sub conuenienti specie collocantur, ut risibile de Platone, Socrate et ceteris indiuiduis quae homini supponuntur. accidens etiam

1 uero *om. FHN* 2 possunt *CLm1* 3 *ante* Plato *add.* ut *FH, s. l. Lm2* et *N edd.* 4 quod] ut *F* ut] et *N* 6 sed] sed et *F* 7 niui *Gm2Sm1* enim est *FL* 8 niui *Sm1, item 9* 9 hac] alia *EFGR (a.c. ut uid.* ac *p.c.) Sm1* 10 *post.* ad *om. GHLR, s. l. Em2Nm2,* in *FSm2* 14 propriae *FG a.c. Sm1* propria *CHLN* *post* alicui *uerba lemmatis p. 183, 11—14* est autem—sedere *add. L* 15 plurimis *FN* 16 *post* indiuiduis *add.* suis *CFHP* 17 qui] quod *FHN* 19 praedicatur *FHN* 20 potest dici *E* 21 quae *om. R, s. l. Sm2* q. *er. N* 22 item] autem *Lm2P* specie *om. C* 23 tamen *ante* de *H* 25 *post* indiuiduis *add.* dicitur *CLP, s. l. Hm2* hominibus *EG* homini* *(b.? er.) L* supponantur *Em1GS* supponuntur *ante* homini *C*

de multis dicitur; album enim et nigrum de multis omnino dici potest quae a se genere specieque seiuncta sunt. sedere etiam de multis dicitur; homo enim sedet, simia sedet, aues quoque, quorum species longe diuersae sunt. accidens autem quoniam communiter accidens esse potest et proprie alicui, idcirco determinauit dicens et accidentia communiter, sed non proprie alicui. quae enim proprie alicui accidunt, indiuidua fiunt et de uno tantum ualentia praedicari, ea quae communiter accipiuntur, de pluribus dici queunt. ut enim de niue dictum est, illud album quod in hac subiecta niue est, non est communiter accidens, sed proprie huic niui quae oculis ostensionique subiecta est. itaque ex eo quod communiter praedicari poterat — de multis enim album dici potest, ut albus homo, albus equus, alba nix —, factum est, ut de una tantum niue praedicari illud album possit cuius participatione ipsum quoque factum est singulare. omnino autem omnia genera uel species uel differentiae uel propria uel accidentia, si per semet ipsa speculemur in eo quod genera uel species uel differentiae uel propria uel accidentia sunt, manifestum est quoniam de pluribus praedicantur. at si ea in his speculemur in quibus sunt, ut secundum subiecta eorum formam et substantiam metiamur, euenit ut ex pluralitate praedicationis ad singularitatem uideantur adduci. animal enim,

3 enim *om. C* et *(s. l. m2)* enim *L* sedit *CN* simia] *post* sedet *FH* et simia *R* aues] auis *N* set et aues *F* sedet auis *H* 4 quoque *om. FN,* uero *L* quarum *Lm1* *post* sunt *s. l.* sedent *Pm2* scil. sedent *Sm2* 5 *ante* communiter *add.* et *FHN, s. l. Em2Pm2* 7 propria *HN* *pr.* alicui *om. GLR* quae *s. l. Sm2* cum *E (s. l. m2) FH* enim proprie *s. l. Em2Sm2* propria *N* accidunt alicui *E* 8 ea quae] et quae *E* ea quidem quae *N* eademque cum *P* et cum *F* cum *H* 9 queunt *om. Em1G, s. l. Sm2* possunt *Em2Pm1* (potest *m2) R* 10 niui *Sm1* niue est subiecta *HL* niui *Sm1* nunc *G* 12 ostensione *GRS* ita* *(q. er.) C* ita quoque *Sm2, ad* itaque *s. l.* quoque *Hm2* 15 niui *GSm1* 17 differentias *CE* (s *in er.* e*?) GL* 20 quoniam] quod *G* 21 ut] et *FN* subiectam *CEGHa.r.Lm1PSm2* 22 substantiamque *(om.* et*) FHNP* metiantur *E* mentiamur *Ca.r.Sa.c.* eueniet *HN* pluritate *Gm1P*

quod genus est, de pluribus praedicatur, sed cum hoc animal in Socrate consideramus — Socrates enim animal est —, ipsum animal fit indiuiduum, quoniam Socrates est indiuiduus ac singularis. item homo de pluribus quidem hominibus praedicatur, sed si illam humanitatem quae in Socrate est indiuiduo consideremus, fit indiuidua, quoniam Socrates ipse indiuiduus est ac singularis. item differentia ut rationale de pluribus dici potest, sed in Socrate indiuidua est. risibile etiam cum de pluribus hominibus praedicetur, in Socrate fit unicum. communiter quoque accidens, ut album, cum de pluribus dici possit, in uno quoque singulari perspectum indiuiduum est. Fieri autem potuit commodior diuisio hoc modo. eorum quae dicuntur, alia quidem ad singularitatem praedicantur, alia ad pluralitatem, eorum uero quae de pluribus praedicantur, alia secundum substantiam praedicantur, alia secundum accidens. eorum quae secundum substantiam praedicantur, alia in eo quod quid sit dicuntur, alia in eo quod quale sit, in eo quod quid sit quidem, genus ac species, in eo quod quale sit, differentia. item eorum quae in eo quod quid sit praedicantur, alia de speciebus praedicantur pluribus, alia minime; de speciebus pluribus praedicantur genera, de nullis uero species. eorum autem quae secundum accidens praedicantur, alia quidem sunt quae de pluribus praedicantur, ut accidentia,

1 plurimis *R* 5 si *s. l. Lm2Sm2* quae *et* est *om. F* est—indiuidua *in mg. Cm2* 7 est *post* singularis *E* 9 hominibus *om. FN* praedicatur *CEGL (ante* hominibus*) Pm1RS* dici possit *N* in Socrate *om. ER* unica *Em1GS* unicam *Lm1* unita *R* 10 cum *s. l. Em2Sm2* 11 possit dici *E* singulari] singulari corpore *CFHN* perspectum] *CE (in ras.) FH, m2 in LPS* perspecta *Lm1a.c. (*perfecta *m1p.c.) R* perfectam *Pm1Sm1* profecto *(alt.* o *in ras.) N* profecto perfecta *G* indiuidua *EGLm1RS* 12 *ante* eorum *add.* ut *GRS, del. EL* 13 dicuntur] praedicantur *Pm2* praedicantur] dicuntur *L (ex* dicantur *m2) P* 14 plurimis *R* praedicantur] dicuntur *N* 17 *pr.* quod—differentia *(19) in ras. Em2* *post.* in eo—differentia *(19) om. GR* 19 iterum *FN* 20 pluribus *(*plurimis *H)* praedicantur *FHN* 21 *post* speciebus *add.* quidem *FHNP* pluribus *om. GRS, s. l. Lm2, post* praedicantur *Em1Fm1* 23 *post* pluribus *add.* speciebus *CFHN, s. l. Em2*

alia quae de uno tantum, ut propria. Posset autem fieri etiam huiusmodi diuisio. eorum quae praedicantur, alia de singulis praedicantur, alia de pluribus. eorum quae de pluribus, alia in eo quod quid sit, alia in eo quod quale sit praedicantur. eorum quae in eo quod quid sit, alia de differentibus specie dicuntur, ut genera, alia minime, ut species, eorum autem quae in eo quod quale sit de pluribus praedicantur, alia quidem de differentibus specie praedicantur, ut differentiae et accidentia, alia de una tantum specie, ut propria. eorum uero quae de differentibus specie in eo quod quale sit praedicantur, alia quidem in substantia praedicantur, ut differentiae, alia in communiter euenientibus, ut accidentia. et per hanc diuisionem quinque harum rerum definitiones colligi possunt hoc modo. genus est quod | p. 63 de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit praedicatur. species est quod de pluribus minime specie differentibus in eo quod quid sit praedicatur. differentia est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit in substantia praedicatur. proprium est quod de una tantum specie in eo quod quale sit non in substantia praedicatur. accidens est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit non in substantia praedicatur.

1 est. ut *et 3* fiunt, ita *r*   2 *pr.* qui] quamuis *FNm1*   *post.* quae *EPR*   3 et] ut *Cm1*   4 unus est] unum est ał *(haec del. m2)* unus est *C*   *post.* unus] unus est *LS*   infinitis *CLm1* diffinitus *R*   5 quidem *om. FN*   diuisum *Em1* diuisuum *N*   quod] quia quod, *s. l.* est *G*   6 uero commune] *FS* commune uero *Cm1 (post* uero *add.* est *m2) HN* commune est uero *LPm2R* commune est numero *EGPm1*   ac] et *R* ad *Em2GLPm1*   8 Assignati *Pm1*   quid est] *FHPm2Δm1* quidē *CNRS* quid sit *Πm2Ψ edd.* quod est *cett. Busse; cf.* sunt *p. 236, 14*   9 utrumque—uno] *CEGHPm1 (*quidem *ex* quodem*) RSΔm2Πm2Ψ* utrumque quodque sit genus unum *(*unum genus *N) FNΔm1ΛΣΦ* utrumque et *(*et *om. LΠ)* cum *(*cumque *Π)* sit genus unum *LPm2Πm1* utrumque unum *Γ*   species uero plurimae *FLNPm2ΓΔm1ΛΣΦ; ad* utrumque—pluribus *cf. Porph. p. 7, 1*   11 genus—indiuiduis *(p. 231, 16)*] *RSΩ*, *om. cett.*   speciebus *R*   14 autem] *Porph. p. 7, 4* γάρ   15 aut] *RS edd.*, *om. Ω Busse; Porph. p. 7, 4* ἤ   aequis] aequo *R*   ignibile *R*   17 uero] autem *S*   *post* minime *add.* praedicantur *Γ*   18. 19 *utroque loco* dices] *RS* dicis *Ω edd. Busse; Porph. p. 7, 7* εἴποις ἄν

dicatur, de his necessario et speciei genus praedicabitur et generis genus usque ad generalissimum; si enim uerum est Socratem hominem dicere, hominem autem animal, animal uero substantiam, | uerum est et Socratem animal dicere atque sub- p. 77
stantiam. semper igitur superioribus de inferioribus praedicatis species quidem de indiuiduo praedicabitur, genus autem et de specie et de indiuiduo, generalissimum autem et de genere et de generibus, si plura sint media et subalterna, et de specie et de indiuiduo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se generibus speciebusque et de indiuiduis, genus autem quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis et de indiuiduis, solum autem species de omnibus indiuiduis, indiuiduum autem de uno solo particulari. indiuiduum autem dicitur Socrates et hoc album et hic ueniens, ut Sophronisci filius, si solus ei sit Socrates filius.

Breuiter quaecumque superius dicta sunt commemorat hoc modo. cum, inquit, adsignauerimus quid sit genus et quid species, cumque suis ea definitionibus comprehenderimus docuerimusque unum genus semper in plurimas species solui,

2 generalissima *Sm2 (*specialissimum *m1)* ΓΔΛ 3 enim] autem *S* 4 autem] uero Δ uero] autem Δ 5 et Socratem animal] Δ*m2*Λ*m2* *(om.* et*)* Ψ hominem et *(*et *om.* ΔΛ*)* animal Δ*m1*Λ*m1*Φ et hominem animal *RS*Σ et *(om.* Π*)* socratem et *(*et *om.* Γ*)* hominem *(del.* Γ*m2)* et *(om.* Γ*)* animal ΓΠ; *cf. Porph. p. 7, 11* 6 igitur] *RS* enim Ω; *Porph. p. 7, 12* οὖν superioribus] superiora *RS*ΓΔ *a.c.* 7 praedicantur *RS*ΓΔ *a.c.* species] et species *R* indiuiduo] *cod. Q. Bussii brm* indiuiduis *RS*Ω *(ante add.* eius Σ*)*; *Porph. p. 7, 13* τοῦ ἀτόμου 10 sunt *RS*ΓΛ*m2*Φ *p.c.* subalterna] de subalternis Δ 11 enim] autem *S* 13 et de *om. R* de *om. S* 14 de] Ω *cum Porph. p. 7, 17* et de *RS* 15 *pr.* de *om. S* *post.* de] et de *R* 17 autem] enim *N*ΓΔΛΣ; *Porph. p. 7, 19* δέ 18 album] aliud Γ*m1 (*et illud *m2)* Λ*m1* ut] et *N*ΓΔ*m2*ΛΣ 19 socrates sit *CEGLPRS*; *Porph. p. 7, 21* εἴη Σωκράτης 20 quae *FHN* 21 et *om. R*

illud, inquit, adiungimus quoniam omnia superiora de inferioribus praedicantur, inferiora uero de superioribus minime. et ea quae sunt utilia de praedicationis modo rite pertractat. ostendit autem genus in plurimas species semper solui adsignata generis definitione. quod enim de pluribus rebus specie iffdiertenbus in eo quod quid sit praedicaretur, esse definiuit genus. nihil autem sunt plurimae res specie differentes nisi plurimae species; de quibus autem praedicatur genus, in ea ipsa dissoluitur. ostensum est igitur ex definitionis adsignatione unius generis esse species plures. quae cum ita sint, genus quidem de specie praedicatur, species uero de indiuiduis omniaque superiora de inferioribus, inferiora de superioribus nullo modo. id quare eueniat paucis absoluam. quae superiora sunt, substantialiter ea genera esse praediximus, qua uero sunt genera, ampliora sunt quam una quaeque species. neque enim in plurima diuideretur genus, nisi ab una quaque specie maius existeret. id cum ita sit, nomen generis toti conuenit speciei; non enim coaequatur solum speciei generis magnitudo, uerum etiam speciem superuadit. idcirco igitur omnis homo animal est, quoniam intra animalis uocabulum et homo et cetera continentur. at uero nullus dixerit: omne animal homo est; non enim peruenit ad totum animal hominis nomen, quia, cum sit minus, nullo modo generis uocabulo coaequatur. itaque quae maiora sunt, de minoribus praedicantur, quae minora, non conuertuntur, ut de maioribus praedicentur. at uero si qua sint aequalia, ea secundum naturae parilitatem conuerti necesse est, ut hinnibile atque equus, quoniam ita sibimet

1 quoniam] quod *S* 2 uero *om. ES* 4 *ante* genus *add.* unum *FHNPR, in mg. Cm2, recte?* 5 definitio *(uel* diff-*) Ea.c.GLPm1S* 6 esse] et esse *R* definiuit] designauit *Sm1* 10 *ante* esse *add.* semper *FHNP* 13 id cur *HN* idcirco *F* 14 ea *add. Em2* quae *L (s. l.* illa*) PS* 15 quaque *E* quoque *S* 17 toti] totum non *R* 18 *post* enim *repet.* non *R* 21 cetera] cicero *F* cetera animalia *G* 23 itemque *Lm1S* 24 *post post.* quae *s. l.* uero *Hm2* 26 sunt *FHLN* paritatem *EGLp.c.RS* 27 ignibile *R* ita] si ita *H*

coaequantur, ut neque equus non sit hinnibilis neque quod sit hinnibile, non sit equus. fit ergo ut omne hinnibile equus sit et omnis equus hinnibilis. quae cum ita sint, ea quae superiora sunt, non modo de sibi proximis inferioribus praedicantur, uerum etiam de inferiorum inferioribus. nam si illud recipitur, ut ea quae superiora sunt, de inferioribus praedicentur, inferiorum inferiora superioribus multo magis inferiora sunt, uelut substantia praedicatur de animali, quod est inferius; sed animali inferius est homo, praedicabitur igitur etiam substantia de homine. rursus Socrates inferius est homine, praedicabitur igitur substantia de Socrate. itaque species quidem de indiuiduis praedicantur, genera uero et de speciebus et de indiuiduis. quod conuerti non potest; nam neque indiuidua de speciebus aut generibus praedicantur nec species de generibus. ita fit ut genus quod est generalissimum, de omnibus subalternis generibus praedicari et de speciebus et de indiuiduis possit, de ipso nihil. ultimum uero genus id est quod ante specialissimas species collocatur et de solis speciebus specialissimis dici potest, species uero de indiuiduis, ut dictum est, indiuidua autem de singulis praedicantur, ut Socrates et Plato, eaque maxime sunt

1 non *om. brm* *post* sit (si *R*) *add.* nisi *CH (s. l. m2) LNPS* ni *R* inhinnibilis *EG* nec *FN* quid *CF* 2 *pr.* sit *om. S* *post.* sit] est *CEGLm1RS;* non sit *om. brm; post add.* nisi *CLNPRS, s. l. Hm2* ergo *om. H* enim *F* sit equus *FHNP* 3 hinnibile *N, post* hinn. *add.* sit *L, ante P* 4 sunt *om. S, ante* superiora *EGP* sibi *om. H* 5 si *om. S, s. l. Hm1?* 8 uelut *om. LS* ut *C* 9 *pr.* est *s. l. Lm2* *post.* est *s. l. Gm2* praedicatur *CELm2RS* 10 etiam *om. FG* 11 *ante* de *add.* et *EGLR* ita *R* 13 de speciebus] *hic desinit cod. F* 14 aut] ac *R* 15 itaque *CHNP* quod est] quidem *CP* quidem est *R* 16 *post* praedicari *add.* potest *L (s. l.) m1* possit *m2 N* 17 possit *om. N* potest *L* *post* ipso *add.* uero *HNPR, s. l. Cm2Lm2* 18 uero] autem *L* id est] *CHm2NS* id est autem est *Hm1* id autem est *EGLa.c.* (id est autem *ut uid. p.c.) RP* ante *om. EGR, s. l. Pm1?* 19 collocat *EGR* et *om. HN* 20 *post* uero *add.* quae *post* indiuiduis *add.* dici potest *R* autem] enim *Lm1* 21 ea quae maximae *G*

p. 78 indiuidua quae sub ostensionem | indicationemque digiti cadunt, ut hoc scamnum, hic ueniens atque quae ex aliqua proprie accidentium designantur nota, ut, si quis Socratem significatione uelit ostendere, non dicat 'Socrates', ne sit alius qui forte hoc nomine nuncupetur, sed dicat 'Sophronisci filius', si unicus Sophronisco fuit. indiuidua enim maxime ostendi queunt, si uel tacito nomine sensui ipsi oculorum digito tactuue monstrentur, uel ex aliquo accidenti significentur uel nomine proprio, si solus illud adeptus est nomen, uel ex parentibus, si illorum est unicus filius, uel ex quolibet alio accidenti singularitas demonstratur, eo quod ad esse unam praedicationem habeat eiusque dictio non transeat ad alterum, sicut generis quidem ad species, specierum uero ad indiuidua.

11. Indiuidua ergo dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit unum quodque eorum, quarum collectio numquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates numquam in alio quolibet erunt

14—p. 235, 4] Porph. p. 7, 21—27 (Boeth. p. 33, 4—10).

1 ostensione *EGPS* ostentationem *HN* indicationeque *EGPS* indagationemque *N* 2 *ante* hic (is *ex* hic *E*) *add.* ut *CEGR* et *L* atque quae] *Hm2LNP* atque *EGHm1* atque ea quae *S* eaque quae *CR* propria *CH* proprietate *R* 4 qui *post* forte *HP* 5 forte *ante* alius *N* 6 sophronisci *LNRS; cf.* ei *p. 231, 19* 7 quaeant *R* si uel *ex* siue *Lm2* sensu *GL* (*ante add.* siue) *P* (*ras. ex* -sui) *R* ipso *Cm1LPm1R* tactuque *H* tactu uel *R* 8 monstrantur *R* accidenti significentur uel *om. EGR* accidente *N* *ante* uel *add.* id est *CH* (*del. m2*) *Lm2NP* 9 nomine *om. EGR, post* proprio *S* illud *om. S, del. Lm2* 10 *post* uel *add.* si *HR, s. l. Lm2* 11 demonstretur *S* eo quod *in ras. Cm2* eaque *H* (que *add. m2, post er.* quod) *N* ea quae *P; post* quod *add.* accidentia *in mg. Cm2* de (*s. l.*) accidenti *in contextu,* ał eo quod accidentia *in mg. L* ad esse unam] unam ad sese *C* ad sese unam *HN* ad se unam *L* (*s. l. et in mg.* de se *a.c.*) *P* 12 habeat] *EGHm2Lp.c.PRS* habet *Cm1Hm1La.c.N* habeant *Cm2L in mg.* dictio] praedicatio *CNSp.c.* transit *CHNR* 13 species] *m2 in CH (in mg.) P, La.c.* specierum *cett.* 16 quarum—pluribus (*p. 235, 3*)] *RΩ, om. cett.* quarum] Π*m2*Ψ quorum *cett.* in alio *post* eadem *s. l.* Λ*m2* in alium *R, post* alio *add.* quolibet Σ

particularium, hae uero quae sunt hominis, dico autem eius qui est communis, proprietates erunt eaedem in pluribus, magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt.

Quoniam superius indiuiduum appellauit, huius nominis rationem conatur ostendere. ea enim sola diuiduntur quae pluribus communia sunt; his enim unum quodque diuiditur quorum est commune quorumque naturam ac similitudinem continet. illa uero in quae commune diuiditur, communi natura participant proprietasque communis rei his quibus communis est conuenit. at uero indiuiduorum proprietas nulli communis est. Socratis enim proprietas, si fuit caluus, simus, propenso aluo ceterisque corporis lineamentis aut morum institutione aut forma uocis, non conueniebat in alterum; hae enim proprietates quae ex accidentibus ei obuenerant eiusque formam figuramque coniunxerant, in nullum alium conueniebant. cuius autem proprietates in nullum alium conueniunt, eius proprietates nulli poterunt esse communes, cuius autem proprietas nulli communis est, nihil est quod eius proprietate participet. quod uero tale est, ut proprietate eius nihil parti-

1 *post* particularium *add.* eaedem *edd. cum Porph. p. 7, 24* haec Δ eae Φ *post* hominis *s. l.* proprietates Δ dico—communis *om. R* 2 proprietates *er.* Δ proprietatis Γ 3 eadem Δ*m1*Σ *pr.* in] et in Γ *post.* in] et in ΓΛ*m2*Φ omnibus *om. S* 4 in *om.* Φ *post* sunt *add.* continentur *(ex p. 236, 7) R* 6 ostendere conatur *C* 7 <in> his *brm* quodque unum *Cm1* quibus *EGLPRS edd.* 10 participantur *R* *post.* communi *(om.* est*) Gm1* 11 proprietas *om. E* proprietates *Gm1* 12 caluus, simus] caluissimus *EGHm1 (*caluus uel simus *m2) Lm1PR* 13 perpenso *ESp.c.* albo *Em1 (*caluitio *m2) G* uentre *N* corporis *linea del., sed lin. er., s. l.* corruptus *Hm2* liniamentis *CEG LNPm2S* 14 *post* institutione *add.* probatus *EP, s. l. Lm2* uocis] *Cm1EGPRS* uocisue sono *Cm2HLm2 (*uocis uel sonus *m1) N* conueniebant *EGm1Hm1P* haec *G* 16 in nullo alio *EGHLm1PS* 17 cuius—conueniunt *om. EGLRS* cuius] eius *P* autem] uero *N* itaque *P* in nullum—eius *om. P* *post* eius *add.* itaque *N* igitur *L* 18 poterant *EGL* potuerunt *ex* poterunt *P* potuerant *R* autem *om. LS* 19 proprietatem *EGLRS* proprietate* *(*s *er.) H* 20 proprietatem *EGH LPRS* nihil] nulli *Lm2P* participat *ER*

cipet, diuidi in ea quae non participant, non potest; recte igitur haec quorum proprietas in alium non conuenit, indiuidua nuncupantur. at uero hominis proprietas, id est specialis, conuenit et in Socratem et in Platonem et in ceteros, quorum proprietates ex accidentibus uenientes in quemlibet alium singularem nulla ratione conueniunt.

12. Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie, species autem sub genere. totum enim quiddam est genus, indiuiduum autem pars, species uero et totum et pars, sed pars quidem alterius, totum autem non alterius, sed aliis; partibus enim totum est.

De genere quidem et specie et quid generalissimum et quid specialissimum et quae genera eadem et species sunt, quae etiam indiuidua, et quot modis genus et species dicitur, sufficienter dictum est.

Hic retractat omnia breuiter quae supra latius absoluit dicens indiuiduum ab specie contineri, species uero ipsas a genere, huiusque causam reddens ait: omne enim genus totum est, indiuiduum pars. totum enim genus in eo quod genus est, continet, tametsi species esse potest; totum enim non ut genus species est, sed ut ea quae supponitur generi. genus igitur in eo quod genus est, totum est speciebus, semper enim continet eas. at uero indiuiduum pars semper est, num-

7—15] Porph. p. 7, 27—8, 6 (Boeth. p. 33, 10—17).

2 proprietates *Em1NR* conueniunt *N* 4 *pr.* et *om. C* *secund.* in *om. S* *tert.* in *om. HNP* 5 uenientes ex accidentibus *C* ex accidente *(om.* uenientes*) EGLm1RS* 7 Continetur *om. R (cf. ad p. 235, 4)* continentur Δm2Λm1Σ quidem *om.* Φ est quidem Δ 8 totum—indiuidua *(14)*] *RΩ, om. cett.* 9 pars—uero] pars est species autem Δ 10 *pr.* totum] totum est ΛΦ 11 sed in aliis. in partibus *edd. cum Porph. p. 8, 2* 12 quod ΛΣ 13 et quid specialissimum *om.* Δ quod ΛΣ 14 sint *R*ΓΛΠΣ; *cf. p. 237, 15* quod *GS* tot *Pm1* modis *om. S* 15 dicatur *N*ΔΛΠΦΨ, *s. l. add.* Σ; *cf. p. 237, 19* 16 Hic *om. NR, s. l. Hm2* 17 teneri *C* ipsas *om. E* ipsa *Cm1* 18 huiusce *Lm2* 19 pars *om. E* genus enim *Cm1 (ante* genus *s. l.* totum *m2) HN* 20 totum] tum *Hm1* tunc *N* enim] autem *S* 23 est *ante* semper *CN* pars *post* est *LS*

quam enim ipsum aliquid sua proprietate concludit. species uero et totum est et pars, pars quidem generis, totum uero indiuiduis. et cum pars est, ad singularitatem refertur, cum totum, ad pluralitatem. quoniam enim unum genus pluribus speciebus superest, una quaelibet species pars est generis, id est unius, quoniam autem species pluribus indiuiduis | praeest, p. 79 non est uni indiuiduo totum, sed plurimis. idcirco enim totum dicitur, quia plura continet et cohercet. nam ut pars sit aliquid, una ipsa unius pars esse poterit, ut uero totum sit, unum ipsum unius totum esse non poterit. idcirco alterius quidem pars est species, aliis uero totum.

Et de genere quidem et specie dictum est et quid sit generalissimum genus, quoniam id cui nullum aliud superponitur genus, et quid specialissima species, quoniam ea cui species nulla supponitur, et quae genera eadem sunt, eadem et species, scilicet subalterna quibus aliquid superponitur, aliquid uero supponitur, quae etiam indiuidua, ea scilicet quorum proprietates alteri nequeunt conuenire, et quot modis genus uel species dicitur, genus quidem aut in multitudine aut in procreatione aut in participatione substantiae, species uero aut ex figura aut ex generis suppositione, sufficienter dictum est. quibus absolutis modum uoluminis terminabo, ut quarti area libri differentiae reseruetur.

2 *ante post.* pars *add.* et *C, post er.* que *L* totum *in mg. Cm2* uero *om. HN* autem *C (in mg. add. m2) L* quidem *S* 3 indiuidui *Cm1NS* et] sed *CHN* *post post.* cum *add.* uero *R* 4 quoniam] quod *L* 7 pluribus *HLm2NS* 9 unum ipsum *brm* 12 Et] sed *in er.* et *Lm2* specie] de specie *EG* 13 *post* id *add.* est *P, s. l. Em2* 14 quod *C* specialissimum *(om.* species*) HN* nulla species *NR* 15 superponitur *(ras. corr. E)* nulla *EG* eadem *s. l. Lm2* 16 supponitur *HR* aliquid uero supponitur *om. ENR, in mg. Cm2* 17 ea *om. EGLPRS* 18 non queunt *G* quod *Em1GN* quod quot *R* 20 aut in participatione *s. l. Gm2* *post* substantiae *add.* aut ex figura *S* consistit *edd.* uero aut] autem *N* 21 figura] genere *S* ex *om. E* est *om. S* 22 *post* area *s. l.* ubi discutiamus ea *Em2* 23 *ante subscriptionem initium libri IV usque ad p. 239, 6* iniecta *scriptum, post subscrip-*

tionem repetit., E ANICII MANLII (MALLII *G)* SEVERINI BOETII (BOECII *G)* V̄. C̄. ET ILL. EXCONS̄ (EXC̄. *E)* ORD̄. PATRICII IN ISAGOGEN (YSAGOGAS *E)* PORPHYRII (PORPHIRII *E)* ID EST INTRODVCTIONĒ A SE TRANSLATAE (ID *eqs. om.,* SCDAE *E)* EDITIONIS LIB. III. EXPL̄. INCIP̄. LIB. IIII. *EG;* EXPLICIT LIBER TERTIVS. (LIB̄. III. EXPLICIT *L)* INCIPIT (LIBER *add. LS)* QVARTVS *L (add. m2) NPRS (uariis cum compendiis);* LIBER QVARTVS *C; subscriptio deest in H*

LIBER QVARTVS.

1. De differentia disputanti non aeque illud debet occurrere quod in generis specieique tractatu de collocationis ordine quaerebatur. illic enim meminimus inquisitum, cur esset omnibus praepositum genus, ut id primum ad disputationem ueniret, cur post genus species esset iniecta, nunc uero superuacuum est dicere, cur post speciem differentia sumpta sit, cum illud iam fuerit inquisitum, cur non ante speciem collocata sit. quodsi mirum uidebatur speciem differentiae in disputationis loco fuisse praepositam, quod differentia continentior et magis amplior esset specie, quid est quod possit quisque mirari, si eandem differentiam ante proprium atque accidens collocauerit, cum proprium unius semper sit speciei, ut posterius demonstrabitur, accidens uero exteriorem quandam ostendat naturam nec omnino in substantia praedicetur, differentia uero utrumque contineat, et de pluribus speciebus et in substantia praedicari? sed haec hactenus, nunc ad ipsa Porphyrii uerba ueniamus.

Differentia uero communiter et proprie et magis

3 quod—inquisitum] p. 170, 2 ss. 198, 10 ss. 18—p. 240, 13] Porph. p. 8, 8—17 (Boeth. p. 33, 18—34, 7).

2 De differentia] Differentiae *E* Differentia *G* Differentiam *La.c.* disputanti] in disputando *CEGLm1N* non aeque illud] non illud quoque *C* 3 quod] ut *HN* collationis *Cm1HN* 4 quaerebatur] *hic desinit cod. S* 11 *ante* specie *add.* ea *EG* ab *HL* est quod *om. GR (post* quid *add.* interrogatiue*), s. l. Lm2,* sit *Em1* sit quod *m2* *an* quisquam*? ad* quisque *add.* iure possit *Em2* 12 *post* eandem *add.* iure *E, s. l. Lm2* 13 sit unius speciei semper *C* unius sit semper speciei *R* unius semper speciei sit *N* 15 substantiam *NR* 16 substantiam *Em1* 18 *ante* Differentia *inscriptio* DE *(om. Ψ)* DIFFERENTIA *additur in* Ω et magis proprie *in mg. Cm2?*

proprie dicitur. communiter quidem differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadam differt quocumque modo uel a se ipso uel ab alio. differt enim Socrates a Platone alteritate et ipse a se uel puero uel iam uiro et faciente aliquid uel quiescente et semper in aliquo modo habendi alteritatibus. proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidenti ab altero differt. inseparabile uero accidens est ut nasi curuitas, caecitas oculorum. cicatrix, cum ex uulnere obcalluerit. magis proprie differre alterum ab altero dicitur, quando specifica differentia distiterit, quemadmodum homo ab equo
p. 80 specifica differentia differt rationali qualitate. |

Tribus modis aliud ab alio distare praediximus, genere. specie, numero, in quibus omnibus aut secundum substantiales quasdam differentias alia res distat ab alia aut secundum accidentes. nam quae genere uel specie distant, substantialibus quibusdam differentiis disgregata sunt, idcirco quoniam genera et species quibusdam differentiis informantur. nam quod homo ab arbore genere distat, animalis sensibilis qualitas in eo differentiam facit. addita enim sensibilis qualitas

14 praediximus] p. 191, 21.

1 dicitur] λεγέσθω *Porph. p. 8, 8; cf.* nuncupatur *infra p. 241, 18.* communiter—distiterit *(12)*] *RΩ, om. cett.* 2 ab *om.* Λ, *s. l.* Γ 3 ipso *om. R* 4 *pr.* a *om. RΔ* puero] a puero ΣΦ 5 uiro] a uiro Φ et] *R*Γ uel *cett.; Porph. p. 8, 11* καί aliquod Σ 6 habendi] habendi se Φ; *Porph. p. 8, 12* τοῦ πῶς ἔχειν 7 ab *om.* ΔΛΣ quandam *R* 8 accidente *R; post add.* alterum *edd. cum Porph. p. 8, 13* ab *om.* Σ 10 coaluerit Σ*m2* *post* proprie *add.* autem ΓΔ *(fort. recte)* uero Φ; *Porph. p. 8, 15* δέ 11 ab *om.* ΛΣ 12 destiterit ΓΔ*m1*ΛΣ quemadmodum—differt *del. Lm1?* 13 differentia *om. N*Σ *ante* rationali *add.* id est *CEGL, s. l. Hm2*Λ*m1?* rationabili *CEGLPR* 14 ab] *LP, om. cett.* 17 accidens *CEm2* accidentales *Lm2* 18 disgregata—quibusdam *om. N, s. l. R* 19 *post* quibusdam *add.* substantialibus *Hm2 edd., recte?* *ad* informantur *s. l.* disgregantur *N* 21 ea *Hm1Lm2NP*

animato animal facit, eidem detracta facit animatum atque insensibile, quod uirgulta sunt. igitur homo atque arbor genere differunt — utraque enim sub animalis genere poni non possunt —, differentia sensibili secundum genus discrepant, quae unius ex propositis tantum genus, id est hominis informat, ut dictum est. illa uero quae specie distant manifestum est quod ipsa quoque differentiis substantialibus discrepant, ut homo atque equus differentiis substantialibus discrepant, rationabilitate atque inrationabilitate. ea uero quae indiuidua sunt et solo numero discrepant, solis accidentibus distant. haec autem sunt uel separabilia uel inseparabilia, separabilia quidem, ut moueri, dormire; distat enim alius ab alio, quod ille somno prematur, hic uigilet. distat item inseparabilibus accidentibus, quod hic staturae sit longioris, hic minimae. Quae cum ita sint, in ternarium numerum has differentiarum diuersitates Porphyrius colligit hisque ipse nomina quibus post utatur, apponit dicens: omnis differentia uel communiter uel proprie uel magis proprie nuncupatur, communiter quidem eam differentiam sumens quae quodlibet accidens monstret, quae in quadam alteritate consistit, ut si Plato a Socrate differat, quod ille sedeat, hic ambulet, uel quod ille sit senex, hic

5 ut dictum est] p. 208, 17 ss.

1 eiusdem *E* et idem *G* eadem *L* inanimatum *L*, in- *er. EP; cf. p. 208, 14 ss.* 2 *post* arbor *add.* quae *H (linea del., sed lin. er.) L (del. m1) N* 3 animali *(om.* genere*) N* 4 *ante* differentia *add.* sed ex *E* nam *brm, post s. l.* igitur *Pm2* 5 praepositis *CLm1N* positis *Em1, s. l.* homine et arbore *Lm2Em2* 6 distant specie *C* quod *om. CHN* 7 discrepare *CHN* ut—discrepant *om. EGL, s. l. R* 8 discrepant *om. C* 9 *post* inrationabilitate *add.* distant *L* 10 sunt *add. Lm2, in mg. Pm2* 13 distant *Hm1Pm2* distet *L* distat enim *E* 14 sit *om. R, ante* staturae *HN* staturae sit *post* longioris *L* minimae] *Ppr* minime *cett. codd. bm* 16 isque *EG* ipsis *C* post utatur] postulatur *EGR* 17 propria *Ca.c.L* 18 propria *L* differentiam eam *HNP* a differentia *(om.* eam*) E* 19 *ad* sumens *s. l.* exordium *Em2* monstraret *EGLm1 (*demonstraret *m2) R* 20 ut si] uti *EGLm1 (*uti si *m2) R* a *om. CGR, s. l. Lm1?Pm2* differt *ex* -rat *E* 21 sit *om. C* est *EGL (s. l.) R*

iuuenis. a se ipso etiam saepe aliquis differre potest, ut si nunc quidem faciat aliquid, cum ante quieuerit, uel si nunc adulescens iam factus sit, cum prius tenera uixisset infantia. communes autem differentiae nuncupatae sunt, quoniam nullius propriae esse possunt differentiae, sed separabilia accidentia sola significant. nam et stare et sedere et facere aliquid ac non facere multorum atque adeo omnium et separabilia esse accidentia manifestum est. quibus si qui differunt, communibus differentiis distare dicuntur. praeterea puerum esse atque adulescentem uel senem, ea quoque separabilia sunt accidentia. nam ex pueritia ad adulescentiam atque hinc ad senectutem, ab hac denique ad decrepitam usque aetatem naturae ipsius necessitate progredimur. illud forsitan sit dubitabile de unius cuiusque forma corporis, an ullo modo separari queat. sed ea quoque est separabilis, nullius enim diuturna ac stabilis forma perdurat. idcirco nec peregrinus pater relictum domi puerum, si adulescentem redux uiderit, possit agnoscere; forma enim semper quae ante fuerat, permutatur atque ipsa alteritas qua distamus ab altero, semper diuersa est. Constat igitur hanc communem differentiam separabilibus maxime accidentibus applicari, propria uero est quae inseparabilia significat accidentia. ea huiusmodi sunt, ut si quis caecis nascatur oculis, si quis incuruo naso; dum enim adest nasus atque oculi, ille caecus, ille erit semper incuruus. atque haec per naturam. sunt uero alia quae per accidens corporibus fiunt, ut si cui uulnus

1 *post* differre *add.* quidem *L* 2 cum ante *in mg. Cm2* nunc si *C* 3 iam *er. L, post* nunc *N* 5 proprie *CL* sed] *CLm2NP, om. EG,* et *R* quae *HLm1* separabiles *E, post add.* enim *Lm1, del. m2* 6 *pr.* et *om. P* ac] et *HNP* 7 ideo *EGL* *post* omnium *add.* sunt *edd.* et *om. H* esse *om. G, post* accidentia *EL;* separabilium esse accidentium *N* 8 si *om. N* quid *EG* qua *R* 9 discuntur *E* 10 *ante* separabilia *add.* ueraciter *R* 14 eo *Lm1* 15 est separabilis] est separabilis forma *PR* separabilis forma est *EGL* nullius—perdurat *om. GR, in mg. Cm2, s. l. Pm2* ac stabilis] et stabilis *C (ut uid.) N* ac stabili *P* estimabilis *E* 18 alteritas ipsa *EG* 19 altera *EGLm2R* 22 nascetur *Em1* 24 *ante* erit *add.* etiam *R* semper *om. C*

inflictum cicatrice fuerit obductum, haec si obcalluerit, propriam differentiam facit; distabit enim alter ab altero, quod hic cicatricem habeat, ille uero minime. postremoque in his omnibus uel separabilibus accidentibus uel inseparabilibus alia sunt naturaliter accidentia, alia extrinsecus, naturaliter quidem ut pueritia uel iuuentus et totius conformatio corporis, sic caeci oculi et curuitas nasi. et superiora quidem exempla separabilis accidentis per naturam sunt, posteriora uero inseparabilis. item extrinsecus uel ambulare uel currere; id enim non natura, sed sola affert uoluntas, natura uero posse tantum dedit, non etiam facere. atque haec sunt separabilis accidentis extrinsecus uenientis exempla, illa uero inseparabilis, ut si qua cicatrix obducta uulneri obcalluerit. Magis propriae autem differentiae praedicantur, quae non accidens, sed substantiam formant, ut hominis rationabilitas; differt enim homo a ceteris, quod rationalis est uel quod mortalis. | hae sunt p. 81 igitur magis propriae, quae monstrant unius cuiusque substantiam. nam si illae quidem idcirco communes dicuntur, quia separabiles atque omnium sunt, aliae autem propriae, quoniam separari non possunt, quamuis sint in accidentium numero, illae iure magis propriae praedicantur, quae non modo a subiecto separari non possunt, uerum subiecti ipsius speciem substantiamque perficiunt. ex his igitur tribus differentiarum diuersitatibus, id est communibus, propriis ac magis propriis, fiunt secundum genus uel speciem uel numerum discrepantiae. nam ex communibus et propriis secundum numerum distantiae nascuntur, ex magis propriis uero secundum genus ac speciem.

1 *ante* cicatrice *add.* si *H* 6 uel *om. C* formatio *HNPm2* sic] *HPm1* (et si *m2*) *Rm1* (sicque *m2*) si *EGLm1* (sique *m2*) tum *CN* 9 *post* currere *add.* sunt *E* 10 uoluptas *L* 11 at *Em1* atqui *m2* separabilis sunt *C* 13 uulneris *Lm2P* autem propriae *La.c.R* 14 substantia *Cm1* 15 informant *Pm2, recte?* 16 a *om. HN* rationabilis *EGLPR* *post* mortalis *add.* est *C* hae] *Hp.r.L* haec *cett.* sunt igitur] enim sunt *H* 20 quoniam] quod *R* 22 ab *G* *post* ipsius *add.* suis *Em1, del. m2* 23 tribus igitur *CG* 24 ac *s. l. Em2,* et *CR*

2. Uniuersaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens, sed ea quae est communiter et proprie, alteratum facit, illa autem quae est magis proprie, aliud. differentiarum enim aliae quidem alteratum faciunt, aliae uero aliud. illae quidem quae faciunt aliud, specificae uocantur, illae uero quae alteratum, simpliciter differentiae. animali enim differentia adueniens rationalis aliud fecit et speciem animalis fecit, illa uero quae est mouendi, alteratum solum a quiescente fecit; quare haec quidem aliud, illa uero alteratum solum fecit.

Omnis differentia alterius ab altero distantiam facit. sed haec uel est communis et continens uel cum quodam proprio et magis proprio differentiarum modo. quare quicquid qualibet ratione ab alio diuersum est, alteratum esse dicitur. si uero accesserit illi diuersitati ut etiam specifica quadam differentia sit diuersum, non alteratum solum, uerum etiam aliud esse praedicatur. alteratio igitur continens est, aliud uero intra alterationis spatium continetur; nam et quod aliud est, alteratum est, sed non omne quod alteratum est, aliud dici potest. itaque si accidentibus aliquibus fuerit facta diuersitas, alteratum

1—11] Porph. p. 8, 17—9, 2 (Boeth. p. 34, 7—15).

1 ergo] uero *CEGR; Porph. p. 8, 17* οὖν   alterum *E*Δ*m2*Λ   2 sed ea—quiescente fecit *(10)*] Ω, *om. cett.*   ea quae est *eqs.*] *cum cod. A Porph. p. 8, 18, cett.* αἱ μὲν—ποιοῦσιν, αἱ δὲ ἄλλο   3 alterum Λ, *item* 4 autem] uero ΔΣΦ   7 altera Φ   enim] autem Δ*a.c.*   8 rationale Σ   facit ΓΣΦ *item 9; Porph. p. 9, 1* ἐποίησεν   et speciem animalis fecit *om. codd. quidam Porph., deleri uult Busse*   10 facit ΓΔ*m2*ΣΦ   qua* *(ī ? er.)* re* *C* qua in re *(*si *add. GLm1, s. l.* siquidem *m2) EGL*   11 ille *Gm1* illae Δ   solum *om. EG, s. l. Cm2,* solum modo *P*   fecit] ΔΛ, *om. P,* facit *cett.; Porph. p. 9, 2* ἐποίησεν 13 uel est] *L* uel ex *EG* est uel *N, om.* est *CR, om.* uel *HP (ante* est *add.* quidem*)*   communi *EG*   continenti *E (*-ti**) G*   cum *om. N, s. l. Em2* eo *m1*   14 proprio] proximo *GR, post* proprio *add.* uel maximo *P*   18 inter *Gm1*   19 nam et] *Hm1NR* igitur et *EG* igitur omne *(*et *add. C) CHm2L*   21 erit *HN*

quidem effectum est, quoniam quidem quolibet modo uel ex quibuslibet differentiis considerata diuersitas alterationem facit intellegi, aliud uero non fit, nisi substantiali differentia alterum ab altero fuerit dissociatum. itaque communes et propriae differentiae, quoniam accidentium, ut dictum est, sunt, solum efficiunt alteratum, aliud uero minime, magis propriae autem, quoniam substantiam tenent et in subiecti forma praedicantur, non modo alteratum, quod est commune uel substantiali uel accidenti differentiae, sed etiam aliud faciunt, quod ea sola retinet differentia quae substantiam continet formamque subiecti. atque hae quidem differentiae quae faciunt aliud, specificae nuncupantur idcirco, quod ipsae efficiunt speciem; quam cum substantialibus differentiis informauerint, faciunt ab aliis ita esse diuersam, ut non alterata solum sit, uerum etiam tota alia praedicetur. itaque fit huiusmodi diuisio, differentiarum ut aliae alteratum faciant, aliae uero aliud. et illae quidem quae faciunt alteratum, simpliciter puro nomine differentiae nuncupantur, illae uero quae aliud, specificae differentiae praedicantur. atque ut planius liqueat quid sit alteratum, quid aliud, tali describuntur termino uel declarantur exemplo: aliud est quod tota speciei ratione diuersum est, ut equus ab homine, quoniam rationalis differentia animali adueniens hominem fecit aliudque eum quam equum esse constituit. item si unus homo sedeat, alter assistat, non efficietur homo diuersus ab homine, sed eos alteratio sola disiungit, ut eum qui assistit ab eo qui

5 ut dictum est] p. 242, 4 ss. 19 ss.

1 *post.* quidem *om. HNP, del. Lm2* uel ex quibuslibet *om. H* 2 *ad* differentiis *s. l.* uel diuersitatibus *Rm1?* 7 formam *N* 9 accidentali *Hm2NPm2* facit *EGLP* 10 quae *er. C* 11 hee *P* 12 ipsae *om. EGLR* 14 alteratum *E (in ras. m2) P* alterum *GLR* 15 aliud *R* sit *E* 16 ut *om. EH* faciunt *HNR* facient *Em2* facie *m1* 20 describantur *Em1* 21 ratione specie *(sic) E* ab *om. EGL, s. l. HP* 22 facit *HLNPm1* 23 esse] est *Em1* ita *R* itaque *N* 24 efficitur *N* efficiatur (ur *add. m2) P*

sedet faciat alteratum. item si ille sit nigris oculis, ille caesiis, nihil, quantum ad formam humanitatis attinet, permutatum est. ita secundum has differentias alteratio sola consistit. at si equus quidem iaceat, homo uero ambulet, et aliud est equus ab homine et alteratum, dupliciter quidem alteratum, semel uero aliud. alteratum est enim, uel quod omnino specie diuersum est — et est aliud; omne enim aliud, ut dictum est, etiam alteratum est —, uel quod accidentibus distat, quod ille iaceat, hic ambulet, semel uero est aliud, quod rationabili
p. 82 atque inrationabili differentiis dis|gregatur, quae specificae sunt et substantiales dicuntur. est igitur alteratum quod ab alio qualibet ratione diuersum est.

3. Secundum igitur aliud facientes diuisiones fiunt a generibus in species et definitiones adsignantur, quae sunt ex genere et huiusmodi differentiis, secundum autem eas quae solum alteratum faciunt, alteratio sola consistit et aliquo modo se habendi permutationes.

Quoniam in principio operis huius generis, speciei, differen-

13—17] Porph. p. 9, 2—6 (Boeth. p. 34, 15—19). 18 in principio o. h.] p. 147, 5.

1 facit *Em1G* item *om. EGR, in mg. Hm2, s. l. Lm2* si *om. EGL, post* ille *R, in mg. Hm2* *post.* ille] iste *N* caesius *La.c.* (ce-) *Pm1* caecis *N* cecus *C* 3 item *in ras. L* *post* has *add.* quoque *HNP, s. l. Lm2* sola *s. l. Em2* ut *GN* 4 uero *om. E* 5 ab] de *P* *pr.* alterum *GLm1* 6 *post* uero *add.* est *C* enim *om. H* (quidem *add. post* est) *N, ante* est *CGPR* 7 enim *om. G* 8 distet *R* 9 iacet *HLm1N* ambulat *H* rationali atque inrationali *HLm2R* 10 differentia *N* segregatur *CR* specificae sunt] differentiae specificae *C* 13 *post* facientes *add.* differentias *edd., om. codd. cum cod. C Porph. p. 9, 3 et Dauide commentatore p. 177, 23 (Busse); post add.* et *edd. cum Porph.* τέ 14 quae—faciunt *(16)*] *LΩ, om. cett.* 15 *ante* sunt *add.* definitiones Γ definitiones scilicet Δ et] ex *Δm2* 16 *ante* alteratio *add.* at *CG* alteratio sola consistit] αἱ ἑτερότητες μόνον συνίστανται *Porph. p. 9, 5* 17 et] in *CEGLR* ad Δ; *Porph.* καί aliquo modo] aliquando Γ se *add. Em2* habentis *R* habentibus *EGLm1* permutatione *R* permutationibus *CEGLm2* 18 huius *om. EGR, ante* operis *s. l. Lm2* specieique *EGLNPR; cf. p. 148, 17*

tiae, proprii accidentisque notitiam ad diuisionem atque ad definitionem utilem esse praedixit, idcirco nunc differentiarum ipsarum facta diuisione easdem partitur et segregat, quaenam differentiae diuisionibus ac definitionibus accommodentur, quae uero minime. quoniam igitur diuisio generis ita in species facienda est, ut illae a se species omni substantiae ratione diuersae sint, idcirco non probat assumendas esse eas ad diuisionem differentias quae uel separabilis uel inseparabilis accidentis significationem tenent, idcirco quoniam, ut dictum est, solum faciunt alteratum, aliud uero perficere et informare non possunt. inutiles igitur sunt ad diuisionem hae differentiae quae faciunt alteratum. segregandae igitur sunt communes et propriae a generis diuisione, illae assumendae tantum quae sunt magis propriae. illae enim faciunt aliud, quod generis diuisio uidetur exposcere. ad definitionem quoque eaedem magis propriae plurimum ualent, communes et propriae uelut inutiles segregantur; communes enim et propriae, quoniam accidens diuersi generis ferunt, nihil substantiae ratione conformant, definitio uero omnis substantiam conatur ostendere. specificae uero differentiae illae sunt quae, ut superius dictum est, speciem informant substantiamque perficiunt; hae sunt magis propriae. eaedem igitur sicut in diuisionem, ita etiam in definitionem assumuntur. ut enim dictum est, eaedem diffe-

9 ut dictum est] cf. p. 244, 2. 245, 4 (et p. 242, 19—21). 20 superius] p. 245, 11. 23 ut enim dictum est] infra p. 253, 12 ss. 258, 9 ss. 260, 6 ss.

2 definitionem] defensionem *G* utile *E* 4 ac definitionibus *om. EG* 5 diuisio igitur *E* 7 eas *ante* assumendas *P, ante* esse *HN* diuisiones *NRm1* 8 uel inseparabilis *om. EGR* 9 idcirco—faciunt] uel eas differentias quae faciunt (faciant *R) EGL (del. m2) R* 10 aliud—alteratum *(12) om. EGR* 14 aliud faciunt *C* 15 definitionem] diuisionem *Cm1EGLm1* eadem *Em1G* 16 plurimum *om. EG* *post* ualent *add.* nam *EGL (del. m2) P* 17 uelut—propriae *om. EGR* enim *om. CH* 18 proferunt *Lm2Pm2* procedent *m1* praecedunt *Na.c.* 19 informant *N* 21 hee̜ *CP* haec *E* 22 eaedemque *C* eadem *Em1GL* diuisione *GN, add.* generis *GL* etiam *om. HN* et *P* 23 diffinitione *N* ut enim—sumuntur *om. edd.*

rentiae nunc quidem constitutiuae ad definitionem specierum sumuntur, nunc diuisiuae ad partitionem generis accommodantur. ita igitur cum diuisiuae sunt generis, aliud constituunt, in substantiae uero definitione speciei informationem faciunt, cumque magis propriae et aliud faciant et specificae sint, eo quidem quo aliud faciunt, diuisionibus aptae sunt, eo uero quo speciem informant, definitionibus accommodatae sunt. communes autem et propriae quoniam neque aliud faciunt, sed alteratum, neque omnino substantiam monstrant, aeque a diuisione ut a definitione disiunctae sunt.

4. A superioribus ergo rursus inchoanti dicendum est differentiarum alias quidem esse separabiles, alias uero inseparabiles. moueri enim et quiescere et sanum esse et aegrum et quaecumque his proxima sunt, separabilia sunt, at uero aquilum esse uel simum uel rationale uel inrationale inseparabilia. inseparabilium autem aliae quidem sunt per se, aliae

11—249, 4] Porph. p. 9, 7—14 (Boeth. p. 34, 20—35, 6).

2 assumuntur *Ea.c.* partitionem] cōparationem *N* 3 ita—faciunt *(4) in mg. sup. Hm2* Ita igitur cum diuisio generis aliud quaerat. substantia uero speciei informationem *Hm1, eadem uerba loco* ita—faciunt *adiungit N* Ita igitur cum ad diuisionem generis aliud querant. aliud uero ad speciei informacionem faciunt *Hm3* 3 diuisiuae] *CHm2LN (priore loco) Pm1* diuisione *EG* ad diuisionem *Hm3R* diuisio *Hm1N (post. l.) Pm1* sunt] *CHm2LN (pr. l.), om. EGHm1 et 3 N (post. l.) R, s. l. Pm2* constituunt] *CHm2N (pr. l.) Pm2* quaerat *Hm1N (post. l.) Pm1* quaerant *(uel* que-*) Hm3R* quam erat *EG* constituunt quam erat *L* in substantiae uero definitione] *CHm2LN (pr. l.) Pm2* in substantia uero *Pm1R* substantia uero *EGHm1N (post. l.)* aliud uero *Hm3* 4 *post* uero *add.* ad *Hm3* faciunt *om. EHm1N (post. l.)* 5 *pr.* et *om. HN, s. l. Pm2* faciunt *Lm1Pm1* et] ac *C* eo] in eo *N* 6 quidem *om. L* quod *HLm1NP (*d *er.)* uero] modo *N* 7 quod *HRm1* 9 sed] sub *G* monstrat *CGm1* 11 ergo *om. H* uero *NΣ; Porph. p. 9, 7* οὖν rursus *om. H* 12 aliae . . . aliae *Δm1* separabiles esse Φ 13 alias uero—perceptibile *(p. 249, 2) om. C* moueri—perceptibile] *RΩ, om. cett.* 14 *ante* quaecumque *s. l.* omnia Δ 15 at—inseparabilia *in sup. mg. Δm2* acylum ΓΦ acilum ΛΣ, *sim. p. 249, 3. 250, 20. al.* 16 *post* inseparabilia *add.* sunt ΓΛΣΦ *edd. Busse, om. RΔ cum Porph. p. 9, 10*

uero per accidens; nam rationale per se inest homini et mortale et disciplinae esse perceptibile, at uero aquilum esse uel simum secundum accidens et non per se.

Superius differentias triplici diuisione partitus est dicens aut communes esse aut proprias aut magis proprias, dehinc easdem alia diuisione in duas secuit partes dicens has quidem aliud facere, illas uero alteratum. nunc tertiam earum quidem facit diuisionem dicens alias esse separabiles, alias inseparabiles, posse autem de uno quoque cuius multae sunt differentiae, plurimas fieri diuisiones ex ipsa differentiarum natura manifestum est. nam si omnis diuisio differentiis distribuitur, quorum multae sunt differentiae, multas etiam diuisiones esse necesse est. fit autem ut animal diuidatur quidem hoc modo: animalis alia quidem sunt rationabilia, alia inrationabilia, item alia mortalia, alia inmortalia; item alia pedes habentia, alia minime; rursus alia herbis uescentia, alia carnibus, alia seminibus. ita nihil mirum uideri debet, si multiplex differentiae est facta partitio. ac primum quidem cum in ternarium numerum differentiae membra secuisset, communes et proprias et magis proprias nuncupauit. secunda uero diuisio communes et
proprias intra nomen alteratum | facientis inclusit, magis proprias p. 83
uero intra aliud facientis. haec uero tertia diuisio, quae ait differentiarum alias esse separabiles, alias inseparabiles,

5 Superius ... dicens aut eqs.] p. 239, 18. 7 dicens has eqs.] p. 244, 2.

2 perceptibile] ΦΨ perceptibilem *cett.* *(in mg.* capacem Γ*)* 3 uel] et Γ simium *P* *post* accidens *add.* est Γ, *s. l. Lm2, ras. in E* et *om. ΝΛΣ* 4 *post* se *add.* est *P* 5 differentia *R* 7 dicens *in mg. Hm2* 8 earum quid *R* earundem *CN* quidem *post pr.* alias *C* 9 *post post.* alias *add.* uero *C* 14 animal] in animali quod *H* diuiditur *H* quidem *ante* diuidatur *Lp, om. brm* 15 animalium *N edd.* quidem *post* sunt *NP, om. H* rationalia alia inrationalia *H* 18 item *P* 20 *post* secuisset *add.* ait *HP* aut *CN* et magis—et proprias *om. EG* 21 nuncupari *H* nuncupauerit *LPR* 22 facientes *CNPm1* propria *R* proprium *Em1GLp.c.* 23 facientes *CN* qua *CLNRm1*

unam quidem ex alteratum facientibus separabilibus differentiis adiungit, ceteras uero intra inseparabilis differentiae uocabulum claudit. una quidem ex alteratum facientibus, id est propria differentia, et reliqua quae aliud facere demonstrata est, id est magis propria, inseparabiles differentiae esse dicuntur. quarum subdiuisio fit. inseparabilium differentiarum aliae sunt per se, aliae secundum accidens, per se quidem magis propriae, secundum accidens uero propriae. per se autem aliquid inesse dicitur quod alicuius substantiam informat. si enim idcirco quaelibet species est, quoniam substantiali differentia constituitur, illa differentia per se subiecto adest neque per accidens aut per quodlibet aliud medium, sed sui praesentia speciem quam tuetur informat, ut hominem rationabilitas. homini enim huiusmodi differentia per se inest, idcirco enim homo est, quia ei rationabilitas adest; quae si discesserit, species hominis non manebit. et has quidem quae substantiales sunt, inseparabiles esse nullus ignorat; separari enim a subiecto non poterunt, nisi interempta sit natura subiecti. secundum accidens uero inseparabiles differentiae sunt hae quae propriae nuncupantur, ut aquilum esse uel simum; quae idcirco per accidens nuncupantur, quoniam iam constitutae speciei extrinsecus accidunt nihil subiecti substantiae commodantes.

5. Illae igitur quae per se sunt, in substantiae

24—p. 251, 14] Porph. p. 9, 14—23 (Boeth. p. 35, 6—17).

1 ex *om. EG, in inf. mg. L* alteratum *post* facientibus *R, om. G post* facientibus *add.* id est communem *L (in inf. mg.) P* 2 adiungit] ponit *La.c.* cetera *R* ceterasque *Lm2* alteram *C* 3 una *ras. ex* unã *C* quidem] quidem fit *G* quippe *HN* 4 et *om. G, s. l. E* 5 inseparabilis *E* esse *om. G* 6 *post* quarum *add.* quidem *Lp* ita *brm* *post* aliae *add.* enim *EGL* 8 inesse aliud *(ex* aliquid *m2) L* 11 neque] non *Lm2R, ante* neque *add.* quae *Hm2* 12 *post* medium *add.* quae sunt propria *Hm1, del. m2* 13 rationalitas *H, item 15* 15 ei *s. l. Hm2* 16 quidem eas *(sic) C* 17 nullus esse *C* 18 nisi] ni *EG* 20 proprie *CN* aquilum] *cf. p. 248, 15* 22 accedunt *Hm1N* subiecto *Hm1* subiectae *Lm1N (-te)* 24 Igitur illae *C* in *om. N*

ratione accipiuntur et faciunt aliud, illae uero quae secundum accidens, nec in substantiae ratione dicuntur nec faciunt aliud, sed alteratum. et illae quidem quae per se sunt, non suscipiunt magis et minus, illae uero quae per accidens, uel si inseparabiles sint, intentionem recipiunt et remissionem; nam neque genus magis aut minus praedicatur de eo cuius fuerit genus, neque generis differentiae, secundum quas diuiditur; ipsae enim sunt quae unius cuiusque rationem complent, esse autem uni cuique unum et idem neque intentionem neque remissionem suscipiens est, aquilum autem esse uel simum uel coloratum aliquo modo et intenditur et remittitur.

Differentiis rite partitis earum inter se distantiam monstrat atque unam quidem repetit quam superius dixit. cum enim tres esse dixisset differentias, communes, proprias, magis proprias, alteratum facere dixit proprias, sicut etiam communes, aliud minime, sed hoc solis magis propriis reseruauit. nunc igitur idem repetit dicens quoniam inseparabiles differentiae quae substantiam monstrant, id est quae per se subiectis speciebus insunt easque perficiunt, aliud faciunt, illae uero

16. 252, 3 superius] p. 244, 1 ss.

1 rationem *GRΔ* suscipiuntur *Lm2* percipiuntur Φ aliud] illud *E* illae—suscipiens est *(12)*] Ω, *om. cett.* 3 dicuntur] accipiuntur Φ *(ex 1); Porph. p. 9, 16* λαμβάνονται *uel* παραλαμβάνονται *codd.,* λέγονται *Dauid comment. p. 184, 16* alteratum] alterum ΔΛΣ*m1* et *om.* Γ 4 quidem *om.* Λ uero Γ 5 uero quae] quidem Γ si *om.* Φ 6 sunt ΔΣΦ*brm Busse; Porph. p. 9, 18* κἂν—ὦσιν 7 aut] Λ *Busse* et *cett. codd. edd. (cf. 4); Porph. p. 9, 19* ἢ *cod. M* καί *cett.* 9 ipsae] αὗται *Porph. p. 9, 20* 10 *post* rationem *add.* id est diffinitionem Φ 11 neque—remissionem *cum Porph. p. 9, 21 cod. M,* οὔτε ἄνεσιν οὔτε ἐπίτασιν *cett.* 12 aquilum] *cf. ad p. 248, 15* autem *om. P* 13 *pr.* uel] et Γ colorari *Em1* et *om. CLR* 14 et] uel *R* 17 esse *post* dixisset *HNP, ante* tres *P* 18 alteratum—proprias] proprias alteratum facere dixit *HNP* 19 *post* aliud *add.* uero *HNPR, s. l. Lm2*

quae sunt propriae, id est secundum accidens inseparabiles differentiae, neque in substantia insunt nec aliud faciunt, sed tantum, ut superius dictum est, alteratum. item alia distantia est earum differentiarum quae secundum substantiam sunt, ab his quae secundum accidens, quoniam quae substantiam monstrant, intendi aut remitti non possunt, quae uero sunt secundum accidens, et intentione crescunt et remissione decrescunt. id autem probatur hoc modo. uni cuique rei esse suum neque crescere neque deminui potest; nam qui homo est, humanitatis suae nec crementa potest nec detrimenta suscipere. nam neque ipse a se plus aut minus hodie uel quolibet alio tempore homo esse potest nec homo rursus ab alio homine plus homo potest esse uel animal. utrique enim aequaliter animalia, aequaliter homines esse dicuntur. quodsi uni cuique esse suum nec cremento ampliari potest nec inminutione decrescere, quod per id facile monstrari potest, quoniam quae genera sunt uel species, nulla intentione uel remissione uariantur, non est dubium quin differentiae quoque, quae unius cuiusque speciei substantiam formant, nec remissionis detrimenta suscipiant nec intentionis augmenta. itaque substantiales differentiae neque intentionem neque remissionem suscipiunt. huius causa haec est. quoniam esse uni cuique unum et idem est, et
p. 84 intentionem re|missionemue non suscipit huius exemplum. genus

2 nec *N* substantiam *N* sunt *EN* neque *edd.* 4 est] *L (s. l. m2) P edd., om. cett.* sunt *om. E* 5 secundum accidens quoniam quae *om. EGP* 6 *ante* intendi *add.* quae *EGP* *post* possunt *add.* secundum *(s. l. E)* accidens *EGP* sunt *om. CHL* 7 intentione] intensione *Pm2 edd., item 17—p. 253, 6* 9 deminui] *Pm1* minui *L (ex* diminui *m2) N* diminui *cett.* quia *C* 10 decrementa *Em1G edd.* 11 uel] aut *L* 12 neque *N* 13 uterque *P* aequaliter—dicuntur] aequaliter corporales. aequaliter animati. aequaliter homines esse dicuntur *H, eadem uerba loco* aequaliter—dicuntur *adiungit sic* utrique enim aequaliter *eqs. N* 15 ampliorari *EGLPm1* 17 *ante* non *s. l.* et ob hoc *Em2* 19 informant *Pm2* 21 suscipient *N* cuius *HNP* 22 *post* unum *add.* est *L* 23 remissionemque *N* *post* exemplum *add.* sit *Lm1 edd. (ante* huius *distinctio),* est *Lm2, s. l. Hm2*

enim dici non potest plus minusue cuilibet genus; omnibus enim genus aequaliter superponitur. differentiae quoque quae diuidunt genus et informant speciem, quoniam speciei essentiam complent, nec intentionem recipiunt nec remissionem. quae uero secundum accidens differentiae sunt inseparabiles, ut aquilum esse uel simum uel coloratum aliquo modo, et intentionem suscipiunt et remissionem. fieri enim potest ut hic paulo sit nigrior, hic uero amplius simus, ille minus aquilus, at uero quod non omnes homines aequaliter rationales mortalesque sint, nec specierum nec differentiarum natura uidetur admittere.

6. C u m i g i t u r t r e s s p e c i e s d i f f e r e n t i a e c o n s i d e r e n t u r e t c u m h a e q u i d e m s i n t s e p a r a b i l e s, i l l a e u e r o i n s e p a r a b i l e s, e t r u r s u s i n s e p a r a b i l i u m c u m h a e q u i d e m s i n t p e r s e, i l l a e u e r o p e r a c c i d e n s, r u r s u s e a r u m q u a e s u n t p e r s e d i f f e r e n t i a r u m a l i a e q u i d e m s u n t s e c u n d u m q u a s d i u i d i m u s g e n e r a i n s p e c i e s, a l i a e u e r o s e c u n d u m q u a s e a q u a e d i u i s a s u n t s p e c i f i c a n t u r, u t c u m p e r s e d i f f e r e n t i a e o m n e s h u i u s m o d i s i n t, a n i m a t i e t i n a n i m a t i,

12—p. 254, 8] Porph. p. 9, 24—10, 8 (Boeth. p. 35, 18—36, 6). 16 differentiarum—19 specificantur] Abaelardus, Introduct. ad theolog., II p. 94.

1 *post* cuilibet *add.* esse *L edd.* 2 quae *om. GPR, del. Hm1?* 3 formant *CEGLm1R* species *Lm2NP* 3 *ante* quoniam *add.* quae *EGHLPR* essentiam] substantiam *N* 4 *ante* quae *add.* ill<a>e *G* 6 aquilum] *cf. ad p. 248, 15* colorari *EG* 8 nigrior sit *HNP* hic—aquilus] hic uero minus hic magis acilus ille autem minus hic amplius simus illo uero minus *E* amplius simus] amplissimus *G, add.* sit *L* aquilus] *ut 6* 9 non quod *R* ut non *HNPm1* quoniam non *m2* rationabiles *ELm2P* 12 considerantur *Λm2 (in er.* -entur*)* Σ 13 haec *EG* illae—sensibilis *(p. 254, 5) om. CEG* 14 et—sensibilis *(ibid.) om. HLNP* 16 rursus—sensibilis *(ibid.) om. R* per se sunt ΔΣΦ 17 quidem *om.* ΛΣ 18 ea] ΓΔΦΨ *edd.* haec ΛΠΣ 20 animatum et inanimatum sensibile et insensibile rationale et inrationale mortale et inmortale Δ*m1* animati—insensibilis] *Porph. p. 10, 4* ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ *ante* sint *add.* animalis *edd. cum Porph.* τοῦ ζῴου *quattuor* et *(20—p. 254, 2) om.* Σ

sensibilis et insensibilis, rationalis et inrationalis, mortalis et inmortalis, ea quidem quae est animati et sensibilis differentia, constitutiua est substantiae animalis — est enim animal substantia animata sensibilis —, ea uero quae est mortalis et inmortalis differentia et rationalis et inrationalis, diuisiuae sunt animalis differentiae; per eas enim genera in species diuidimus.

Fit nunc differentiarum plena et suprema diuisio, quae est huiusmodi. differentiarum aliae sunt separabiles, aliae inseparabiles, inseparabilium aliae sunt secundum accidens, aliae substantiales. substantialium aliae sunt diuisibiles generis, aliae constitutiuae specierum. quod uero ait: cum igitur tres species differentiae considerentur, ad hoc retulit, quod in prima differentiarum diuisione partim eas communes esse, partim proprias, partim magis proprias dixit, quas rursus tres differentias alias separabiles esse monstrauit, alias inseparabiles, separabiles quidem communes, inseparabiles uero proprias ac magis proprias. inseparabilium uero fecit diuisionem dicens alias esse secundum accidens, quae propriae nuncupantur, magis proprias uero secundum substantiam considerari. earum uero quae secundum substantiam sunt, subdiuisionem facit, quod

3 constituta Γ*m1* 4 *post* animata *add.* et ΓΛ *Busse, om.* ΔΠΣΦΨ *Porph. (p. 10, 6) edd.* 5 ea] hẹ *ex* ẹ *Rm2* est] sunt *R* 6 differentia *om. CEGPR* et *om. CLR*ΔΛ rationabilis et inrationabilis (rac- *et* irrac- *P*) *Lm2P* 7 diuisi *Em1* diuisae *GPm1* has *HP; Porph. p. 10, 8* δι᾽ αὐτῶν 8 genera in] *L (s. l. m2)* ΓΔΠ *(in mg. m2)* Ψ *Porph., om. cett.* 11 *post* inseparabilium *add.* uero *C* 12 generis *om. EGR, in mg. Lm2* 15 *post* esse *add.* dixit *HNP* dicit *R* 16 dixit *om. HPR, s. l. Em2* rursum *H* 17 alias inseparabiles esse (esse *om. N*) monstrauit *HNP* 18 ac] et *HN* 20 accidens] se *EG (er.), s. l. Pm2, add.* substantiam *Em1* alias (alia *E*) secundum substantiam considerari *G edd., in mg. Em2, s. l.* alias secundum *Pm2, post* considerari *add.* et illas esse secundum accidens *edd.* quae—considerari *om. E* *post* quae *s. l.* uero secundum accidens *Pm2* propria *C* proprias *Pm2* nuncupari *Pm2* 21 eorum *(sic)* uero quae secundum substantiam *s. l. add. Em2* 22 *post* quae *add.* et *C*

aliae earum genus diuidant, aliae speciem informent. ad cuius rei facilem cognitionem illa tertii libri specierum generumque dispositio transcribatur. sitque primum substantia, sub hac corporeum atque incorporeum, sub corporeo animatum atque inanimatum, sub animato sensibile atque insensibile, sub quo animal, sub animali rationale atque inrationale, sub rationali mortale atque inmortale et sub mortali species hominis, quae solis deinceps indiuiduis praeponatur. in hac igitur diuisione omnes hae differentiae specificae nuncupantur, generum enim specierumque differentiae sunt, sed generum quidem diuisiuae, specierum autem constitutiuae. id autem probatur hoc modo. substantiam quippe corporei atque incorporei differentiae partiuntur, corporeum uero animati atque inanimati, animatum sensibilis atque insensibilis. ita igitur genera substantiales differentiae partiuntur et dicuntur generum diuisiuae. at uero si eaedem differentiae quae a genere descendentes genus diuidunt, colligantur et in unum quae possunt iungi copulentur, species informatur. nam cum animal species sit substantiae — omnia enim superiora de inferioribus praedicantur et quicquid inferius fuerit, species erit etiam superioris —, animatum tamen atque

2 illa tertii libri . . dispositio] p. 208, 12 ss.

1 diuidunt *N* diuident *R* informant *CNR, add.* atque construant *H* atque constituunt *(*-ant *ex* -ent *P) NP, s. l. Lm2 (ex p. 256, 3)* at *E* 2 facilitatem *G* cognitionem *om. EG* illa *s. l. Hm2* 3 transferatur *Hm1N; post* transcribatur *spatium ad inscribendam figuram ut uid. relictum in EG* sub] ubi *E* hoc *Em1GLm1R* 4 atque incorporeum *in mg. Em2* sub corporeo *om. GR, in mg. Em2, s. l. Lm2* 6 animal sub *om. E* sub animali *om. GR* 6 rationabile *E* 7 et *om. HN, del. Em2* 12 patiuntur *Em1G* corporeum—partiuntur *(15) om. Em1, in mg.* corporeum *(ex* corpore *m3)*—inanimati *(*animatum autem *s. l. add. m3)* sensibilis—partiuntur *add. m2* 13 animatum *om. G, post add.* autem *Em3* enim *Lm1, del. m2,* et *er. N* 14 *post* insensibilis *add.* partiuntur *CL* substantialis *Gm1Pm2* 15 si *del. Lm2, post* si *del.* et *R* heaedem *P (*dem *er.) R (*h *del.)* hae *HN* 16 quae *post* descendentes *L* 17 in *ex al. litt. Em2* 18 informantur *EHN* informant *part. ras. ex* informatur *Lm2* fit *E*

sensibile quae sunt differentiae, si referantur ad genera, diuisiuae sunt, constitutiuae uero fiunt animalis eiusque substantiam formant atque constituunt definitionemque conformant, ut sit animal substantia animata sensibilis, substantia quidem genus, animatum uero atque sensibile eiusdem differentiae consti- p. 85 tutiuae. | item animal rationabilitas atque inrationabilitas diuidit, mortali etiam atque inmortali diuiditur, sed iuncta rationabilitas atque mortalitas, quae animalis diuisiuae fuerant, fiunt hominis constitutiuae eiusque perficiunt speciem atque omnem eius rationem definitionis informant atque perficiunt. at si inrationabilitas cum mortalitate iungatur, fiet equus aut quodlibet animal, quod ratione non utitur, rationabilitas uero atque inmortalitas copulatae dei substantiam informant. ita eaedem differentiae cum referuntur ad genera, diuisiuae generum fiunt, si uero ad inferiores species considerentur, informant species earumque substantiam conuenienti copulatione constituunt. In hoc quaesitum est, quemadmodum dicerentur esse hae diffe-

1 *post* sunt *add.* eiusdem *P (s. l. m2) edd.* diuisiua *Em1G* 2 *post* sunt *s. l.* si ad speciem *Lm2Pm2* uero *om. N, del. Pm1?, s. l. Hm2Rm2* fiunt *s. l. Rm2* 3 definitionemque] diuisionemque *EG* formant *Hm1* 4 quidem] uero *N* 5 *ante* genus *add.* eiusdem *CN, post add.* est *s. l. LPm2* *ante* differentiae *add.* generis *GP, post add.* diuisiuae *R* *post* constitutiuae *add.* animalis *R, s. l.* speciei animalis *Lm2* 6 rationabilitas—diuiditur] *P* rationalitas atque inrationalitas diuidit mortalitas *(ex* mortali *m2)* etiam atque inmortalitas *(ex* inmortali *m2)* diuidit** *H* rationabilitas atque irrationabilitas mortale atque inmortale diuidit *C* rationale atque inrationale *(*diuidunt *add. N)* mortale atque *(*et *N)* inmortale diuidit *(*diuidit *om. N) NR* inrationabile *(*inrationale *L)* atque inmortale diuiditur *EGLm1, in mg. ante* atque *add.* irracionale. mortale etiam atque *m2* rationabilitas atque irrationabilitas, mortalitas atque immortalitas diuidit *brm* 7 rationalitas *E* 8 diuisiua *Em1GLm1R* 9 constitutiua *GLm1R* eiusque] hominisque *HNP* nominis *(del. Lm2)* eiusque *EGL* 10 atque perficiunt *s. l. Rm2* 11 irrationalitas *EP* mortali *Lm2Pm1* fiat *G* aut] atque *L* 12 rationalitas *HP* 13 inmortalitas] inrationabilitas *R* dei *om. G, post* substantiam *E (s. l. m2) L* formant *HN* item *HL* 14 diuisae *E* 17 esse *om. C* eae *EGR* heae *P*

rentiae specierum constitutiuae, cum inrationabilis differentia atque inmortalis nullam speciem uideantur efficere. respondemus primum quidem placere Aristoteli caelestia corpora animata non esse; quod uero animatum non sit, animal esse non posse; quod uero non sit animal, nec rationale esse concedi. sed eadem corpora propter simplicitatem et perpetuitatem motus aeterna esse confirmat. est igitur aliquid quod ex duabus his differentiis conficiatur, inrationabili scilicet atque inmortali. quodsi magis cedendum Platoni est et caelestia corpora animata esse credendum, nullum quidem his differentiis potest esse subiectum — quicquid enim inrationabile est corruptioni subiacens et generationi, inmortale esse non poterit —, sed tamen hae differentiae, quoniam substantialium differentiarum in numero sunt, si iungi ullo modo potuissent, earum naturam et speciem quoque possent efficere. atque ut intellegatur, quae sit haec potentia efficiendae substantiae specieique formandae, respiciamus ad proprias atque communes, quae tametsi iungantur, speciem substantiamque nulla ratione constituunt. si quis enim loquatur ambulans, quae sunt duae communes differentiae, uel si albus ac longus, num idcirco isdem eius substantia constituitur? minime. cur? quia non eiusdem sunt generis, quae alicuius possint constituere et conformare sub-

3—7 Aristoteli] cf. De caelo II 12, p. 292 [a], 18 ss.; ed. Didot IV part. II p. 38 [a], frg. 24 (Cic. de nat. deor. II 15, 42 cum locis ab Heitzio adlatis). 9 Platoni] Tim. p. 38 E. 39 E ss.; cf. supra p. 209, 2.

1 species *G* inrationalis *CEGP* differentiae *E* 5 concedit *Lm1N* 7 est] esse *CN, ad* est *s. l.* al esset *L* aliud *G* 8 conficeretur *H, s. l. (add.* al*) ad* conficiatur *L* irrationali *Lm2P* 9 accedendum *CN* (ac *er.) H* (ac *in ras. m2),* concedendum *edd.* est platoni *CN* et *om. C* 10 credendum *om. CN* 11 inrationale (irr- *P) HP* 13 *ante* substantialium *add.* in *CHN, post* diff. *om. CHNR* 16 efficientiae *G* 17 tametsi] etsi *C* etiam (si *er. H)* etsi *H (in mg.* ł tametsi *m2) NP* 19 loquitur *HN* 20 sit *H* num *ex* non *Rm2* isdem] *NP* eisdem (ei *in ras. m2) L* hisdem *cett., post s. l.* differentiis *add. Em2* 21 *ante* cur *add.* id *HNP, s. l. Lm2* eius *EG* sunt *ante* eiusdem *N, post* generis *L* 22 possunt *NP* confirmare *Em1GRm1*

stantiam. ita igitur hae, id est inrationale atque inmortale, etiamsi subiectum aliquod habere non possunt, possent tamen substantiam efficere, si ullo modo iungi copularique potuissent. praeterea inrationale iunctum cum mortali substantiam pecudis facit: est igitur constitutiua inrationalis differentia. item inmortale ac rationale coniuncta efficiunt deum: est igitur inmortale quod speciem formet. quodsi inter se iungi nequeunt, non idcirco quod in natura earum est, abrogatur.

7. Sed hae quidem quae diuisiuae sunt differentiae generum, completiuae fiunt et constitutiuae specierum; diuiditur enim animal rationali et inrationali differentia et rursus mortali et inmortali differentia. sed ea quae est rationalis differentia et mortalis, constitutiuae fiunt hominis, rationalis uero et inmortalis dei, illae uero quae sunt inrationalis et mortalis, inrationabilium animalium. sic etiam et supremae substantiae cum diuisiua sit animati et inanimati differentia et sensibilis et insensibilis, animata et sensibilis congregatae ad substantiam animal perfecerunt.

9—19] Porph. p. 10, 9—17 (Boeth. p. 36, 7—15).

2 aliquod *om.* *C* aliquid *LP* possunt—substantiam] possent tamen substantiam possent *C* 4 mortale *EGPm1* 5 irrationabilis *NP* ita *R* 6 coniunctae *HN* 8 eorum *edd.* 9 haec *CL* heae *P* 10 generum *om.* *EG* fiant *Cm1Em1G* sunt Σ 11 diuiditur—insensibilis *(18)*] Ω, *om. cett.* 12 *pr.* et—differentia *om.* Σ, *add.* Δ*m2* 13 ea ... differentia] *Porph. p. 10, 12* αἱ ... διαφοραί rationalis . . mortalis *cum cod. M Porph., cett.* τοῦ θνητοῦ καὶ τοῦ λογικοῦ 14 fiunt] definiunt Δ*m1*ΛΣ hominem Δ*m1*ΛΣ 15 dñi *in ras.* Σ, *add.* sunt et angeli Δ, *sed del., ante* dei *add.* angeli et Π*m2, sed del.; codd. Porph. p. 10, 13 aut* θεοῦ *aut* ἀγγέλου quae sunt *add.* Δ*m2* *post* mortalis *add.* constitutiuae sunt Γ 16 inrationalium Δ*m2*Λ*m1*, *add.* sunt Φ etiam] enim Φ supremae substantiae] Γ*m2* (suae substantiae *m1)* Δ*m2* (superna substantia *m1)* suprema substantia *cett. codd. edd. Busse; cf. Porph. p. 36, 12 et infra p. 259, 23* 18 animatum *EGR* sensibile *E* (le *in ras.) R* 19 congregata *ER* perficerent *G* perficiunt *in ras.* Σ *post* perfecerunt *add.* animata uero et insensibilis perfecerunt plantam *edd. cum Porph. p. 10, 17, om. Boethius etiam in commentario*

Geminum differentiarum usum esse demonstrat, unum quidem quo genera diuiduntur, alium uero quo species informantur; neque enim hoc solum differentiae faciunt, ut genera partiantur, uerum etiam dum genera diuidunt, species in quas genera deducuntur efficiunt. itaque quae diuisiuae sunt generum, fiunt constitutiuae specierum, huiusque rei illud exemplum est quod ipse subiecit: animalis quippe differentiae sunt diuisiuae rationale atque inrationale, mortale atque inmortale; his enim praedicatio diuiditur animalis. omne enim quod animal est, aut rationale aut inrationale aut mortale aut inmortale est. sed istae differentiae quae diuidunt genus quod est animal, speciei substantiam formamque constituunt. nam cum sit homo animal, efficitur rationali mortalique differentiis, quae dudum animal partiebantur. item cum sit equus animal, inrationali mortalique differentiis constitui|tur, quae dudum animal diui- p. 86
debant. deus autem cum sit animal, ut de sole dicamus, rationali inmortalique efficitur differentiis, quas diuidere genus habita partitio paulo ante monstrauit. sed hic, ut diximus, deum corporeum intellegi oportet, ut solem et caelum ceteraque huiusmodi, quae cum animata et rationabilia Plato esse confirmat, tum in deorum uocabulum antiquitatis ueneratione probantur assumpta, de primo quoque genere, id est substantia demonstrantur uenire. nam cum eius diuisiuae sint differentiae

18 ut diximus] p. 208, 22 ss. 20 Plato] cf. p. 257, 9.

2 aliud *EHm1Rm2* alio *m1* uero *om. R* 4 partiuntur *GPm1* diuidendo *N* 5 deducantur *HN* dicuntur *R* diuiduntur *C (*uid *in er.* duc*? m2)* diuisae *Em1Gm2HR* 6 huius *C* rei *om. EGR s. l. Lm2* 7 ipse] ille *R* diuisae *Em1Gm2* 8 mortale atque inmortale *om. EGR, in mg. Lm2* 9 quod animal est] animal *HNR* 10 *pr.* aut *om. R* *post* rationale *add.* est *HN* 11 est *om. HR* quod] hoc *C* 13 *post* efficitur *add.* ab his *EPm1, del. m2, s. l. Lm2* *post* differentiis *add.* constituitur *Cm1, del. m2* 14 partiebantur] diuidebant *Lm1R* 15 diuidebant] parciebantur *R* 16 ut] si *CH, in ras. N, recte?; cf. p. 208, 22* 20 confirmet *C (*et *in ras. m2) HLm2N* 22 substantiam *Em1* 23 demonstrantur] idem monstratur *HN* idem *(super ras. Cm2, s. l. Pm2)* demonstrantur *Cm1Pm1, alt.* n *del. Cm2Pm2* euenire *HNPm2, add. s. l.* differentiae *Lm2* diuisae *Em1Pm1* sunt *EHm1*

animatum atque inanimatum, sensibile atque insensibile, iunctae differentiae sensibilis atque animati efficiunt substantiam animatam atque sensibilem, quod est animal. iure igitur dictum est, quae diuisiuae sunt differentiae generum, easdem esse constitutiuas specierum.

8. Quoniam ergo eaedem aliquo modo quidem acceptae fiunt constitutiuae, aliquo modo autem diuisiuae, specificae omnes uocantur. et his maxime opus est ad diuisiones generum et definitiones, sed non his quae secundum accidens inseparabiles sunt, nec magis his quae sunt separabiles.

Omnes a genere differentias procedentes genus ipsum a quo procedunt, diuidere nullus ignorat. ipsae autem quae diuidunt genus, si ad posteriores species applicentur, informant substantias easque perficiunt. eaedem igitur sunt constitutiuae specierum, eaedem diuisibiles generum, alio tamen modo atque alio consideratae, ut si ad genus relatae quidem in contrariam diuisionem spectentur, diuisibiles generis inueniuntur, si uero iunctae aliquid efficere possint, specierum constitutiuae sunt. quae cum ita sint, hae differentiae quae genus diuidunt, rectissime diuisiuae nominantur — quae enim constituunt speciem, specificae sunt, sed constituunt speciem hae differentiae quae

6—11] Porph. p. 10, 18—21 (Boeth. p. 36, 15—19).

4 *post* constitutiuas *add.* et completiuas *C* completiuasque *HNP (ex p. 258, 10)* 6 ergo] igitur *P* hęedem *uel* heędem *hic et 15. 16. p. 261, 1 codd. quidam* alio *P (ras. ex* aliquo*)* Γ *(*o *in ras.)* quidem] ΓΔΛΠΨ, *om. cett.; Porph. p. 10, 18* μέν 7 aliquo—inseparabiles sunt *(10)*] Ω, *om. cett.* alio *ras. ex* aliquo *ut uid.* Γ autem modo Φ autem *add.* Δ*m2* 10 sunt inseparabiles Γ his *om.* Γ 12 *post* Omnes *add.* enim *R* 13 quo] quibus *EGR* procedent *Em1* 15 *post* substantias *s. l.* earum *L* eas substantiasque *(*quae *N) HNR* sunt igitur *HL* 16 *post* eaedem *add.* sunt *LR* 19 sint *CHPRm1* 21 diuisiuae] specificae *Lm2* nominantur] nuncupantur *HPN* enim *om. C post* speciem *add.* eaedem speciem faciunt. quae uero speciem faciunt *CHN*

sunt generis diuisiuae — eaedemque sunt specierum constitutiuae. quare iure quae generum diuisiuae sunt et quae specierum constitutiuae, specificae nuncupantur. has igitur in diuisione generis et in definitione specierum accipi oportere manifestum est. quoniam enim diuisiuae sunt, per eas diuidi oportet genus, quoniam autem constitutiuae, per eas species definiri; quibus enim unum quodque constituitur, isdem etiam definitur. constituitur autem species per differentias generis diuisiuas, quae sunt specificae. iure igitur specificae solae et in generis diuisione et in specierum definitione ponuntur. et de specificis quidem haec ratio est, de his autem quae uel separabilia uel inseparabilia continent accidentia, nihil in generum diuisione uel definitione specierum poterit assumi, idcirco quoniam quae diuisibiles sunt, substantiam generis diuidunt, et quae constitutiuae sunt, substantiam speciei constituunt. quae uero sunt inseparabilia accidentia, nullius substantiam informant. unde fit ut multo minus separabilia accidentia ad diuisiones generum uel specierum definitiones accommodentur; omnino enim dissimiles sunt substantialibus differentiis. nam inseparabilia accidentia hoc fortasse habent commune cum specificis, hoc est substantialibus differentiis, quod aeque subiectum non relinquunt, sicut nec specificae differentiae. separabilia autem accidentia ne hoc quidem; sepa-

1 diuisae *Gm1* eaedemque] *H (*hee-*) NP* eaedem *C* igitur eaedem *(*eaedem *s. l. Lm2)* quae *(*que *E)* sunt *EGLR* constitutiuae specierum *C* 2 quare—constitutiuae *om. EGLR* quare iure] iure igitur *P* 4 diuisionem *HLm2P* et] uel *R* definitionem *(uel* diff-*) HL (s. l.* al constitutione*) P* diuisione *Em1* 6 eius *Em1* 7 *post* definiri *add.* oportet *CN, s. l. (*scil. *add. E) EL* quibus—definitur *om. EGLR, in mg. Pm2* hisdem *CHN* 9 solae *s. l. Em2* 10 *post.* in *om. HN* 12 continent] concedunt *EG, s. l.* uel faciunt *Gm1?* 13 *post* uel *add.* in *L* 16 substantiam] *HN, om. Em1,* speciem *CGLm1R (post* informant*), s. l. Em2,* speciei substantiam *Lm2P edd.* 17 formant *H* multo *om. C* 18 ad diuisiones—accidentia *(20) in inf. mg. Gm2* definitiones] diuisiones *Em1G* 19 *ante* substantialibus *add.* a *HN, recte?* 22 *ante* quod *add.* id *H (linea del., sed linea er. uid.) N* *ad* quod aeque *s. l.* al quod hae similiter *L* sic *G (*ut *er.) L (*ut *del. m2)* 23 ne] nec *LN*

rari enim possunt, nec tantum potestate et mentis ratiocinatione, sed actus etiam praesentia, et omnino ueniendi uel discedendi uarietatibus permutantur.

9. Quas etiam determinantes dicunt: differentia est qua abundat species a genere. homo enim ab animali plus habet rationale et mortale: animal enim neque ipsum nihil horum est — nam unde habebunt species differentias? — neque enim omnes oppositas habet — nam in eodem simul habebunt opposita —, sed, quemadmodum probant, potestate quidem omnes habet sub se differentias, actu uero nullam. ac sic neque ex his quae non sunt, aliquid fit neque opposita circa idem sunt.

Specificas differentias definitione concludit dicens substan-
p. 87 tiales differentias a qui|busdam tali descriptionis ratione finiri: differentia specifica est qua abundat species a genere. sit enim genus animal, species homo: habet igitur homo differentias in se, quae eum constituunt, rationale atque mortale; omnis enim species constitutiuas formae suae differentias in se retinet nec praeter illas esse potest, quarum congregatione perfecta est. si igitur animal quidem solum genus est, homo uero est animal rationale mortale, plus habet homo ab animali id quod rationale est atque mortale. quo igitur abundat species

4—13] Porph. p. 10, 22—11, 6 (Boeth. p. 36, 20—37, 5).

1 nec] non *brm* 4 Quae *Δm1* dicuntur *Δm1* est *add. Δm2* 5 que *Em1* quae *Ga.c.* abundant (ha- *G*) *Em1G* a *om. N* homo—nullam *(11)*] *RΩ, om. cett.* ab *om.* ΓΦ 6 enim] enim tamen *R* autem Λ 7 horum nihil Γ 8 enim *om.* Φ, *add. Δm2,* autem *er.* Γ; *Porph. p. 11, 3* οὔτε δέ; enim *pro* autem: *cf. ad p. 16, 15; an* autem *(cf.* Γ*) Boethius scripsit?* opposita *R* habet] Π*m2*ΦΨ habent *cett. codd. et edd.* 9 nam] nec *R* habebit Φ *(post* opposita*)*, non habebunt Δ 11 habet] Γ*p.c.*ΦΨ habent *cett.* ac sic *om. N* sic *ex* si *Em2G* 12 hiis Φ sint Σ*a.c.* opposita] ex oppositis quae *RΔm1* 13 circa idem sunt] *Porph. p. 11, 6* ἅμα περὶ τὸ αὐτὸ ἔσται 15 diffiniri *Pm2R* 19 constitutiuae *Em1GLp.c.Rm1* in se *om. C* 22 est uero *E* 23 id] id est *EGP*

a genere, id est quo superat genus et quo plus habet a genere, hoc est specifica differentia. sed huic definitioni quaedam quaestio uidetur occurrere habens principium ex duabus per se propositionibus notis, una quidem, quoniam duo contraria in eodem esse non possunt, alia uero, quoniam ex nihilo nihil fit. nam neque contraria pati sese possunt, ut in eodem simul sint, nec aliquid ex nihilo fieri potest; omne enim quod fit, habet aliquid unde effici possit atque formari. quae propositiones talem faciunt quaestionem. dictum est differentiam esse id qua plus haberet species a genere. quid igitur? dicendum est genus eas differentias quas habent species, non habere? et unde habebit species differentias quas genus non habet? nisi enim sit unde ueniant, differentiae in speciem uenire non possunt. quodsi genus quidem has differentias non habet, species autem habet, uidentur ex nihilo differentiae in speciem conuenisse et factum esse aliquid ex nihilo, quod fieri non posse superius dicta propositio monstrauit. quod si differentias omnes genus continet, differentiae autem in contraria dissoluuntur, fiet ut rationabilitatem atque inrationabilitatem, mortalitatem atque inmortalitatem simul habeat animal, quod est genus, et erunt in eodem bina contraria, quod fieri non potest. neque enim sicut in corpore solet esse alia pars alba, alia nigra, ita fieri in genere potest; genus enim per se consideratum partes non habet, nisi ad species referatur. quicquid igitur habet, non partibus, sed tota sui magnitudine retinebit. nec illud dubium est, quin in partibus suis genus habeat

1 *post.* quo] quod *Em1 (*quid *m2) GHm1R* a *om. H* 2 hoc—differentia *om. C* huic] hunc *Em1N* 4 per se *ante* notis *brm* unam *GHa.r.* 5 aliam *C (sic) Ha.r.* *post* quoniam *add.* quidem *C* 6 sit *C* nec *N* 10 id *om. R* qua] quod *GHLm1P; cf. p. 270, 12* dicendumne *Lm2* 11 genus *ante* non habere *HNP* habent] habet *Lm2* 12 habet] habebit *CEGLm1, in mg. Rm2 (om. m1)* 13 ueniunt *R* 15 uidetur *GLm1P* differentia *EGL (ex* -tias*) P* 16 esse] est *CLP* aliquando *Em1* 18 contrarium *HLm2NPm1* contrario *R* 19 mortalitatem atque inmortalitatem] *CNP, s. l. Lm2, om. cett.* 22 esse *post* alba *N, post* alia *P* 25 detinebit *N* 26 in] *HNP, s. l. Lm2, om. cett.*

contrarietates, ut animal in homine rationabilitatem, in boue contrarium. sed nunc non de speciebus quaerimus, de quibus constat, sed an ipsum per se genus eas differentias quas habent species, habere possit atque intra suae substantiae ambitum continere. hanc igitur quaestionem tali ratione dissoluimus. potest quaelibet illa res id quod est non esse, sed alio modo esse, alio uero non esse, ut Socrates cum stat, et sedet et non sedet, sedet quidem potestate, actu uero non sedet. cum enim stat, manifestum est eum non agere sessionem, sed potius standi inmobilitatem. sed rursus cum stat, sedet, non quia iam sedet, sed quia sedere potest; ita actu quidem non sedet, potestate uero sedet. et ouum animal est et non est animal. non est quidem animal actu, adhuc namque ouum est nec ad animalis processit uiuificationem, sed idem tamen est animal potestate, quia potest effici animal, cum formam ac spiritum uiuificationis acceperit. ita igitur genus et habet has differentias et non habet, non habet quidem actu, sed habet potestate. si enim ipsum per se animal consideretur, differentias non habebit, si autem ad species reducatur, habere potest, sed distributim atque ut eius speciebus separatim nihil possit euenire contrarium. ita ipsum genus si per se consi-

1 *post* homine *s. l.* habet *E, post* rationabilitatem *Lm2* 2 nunc *om. EGR, s. l. Lm2* 4 suae intra *C* 6 quaelibet illa res] *HLm2NPm1* quaelibet res (res *s. l. E) CEPm2* quidlibet *Lm1R* quodlibet *G* 7 alio uero non esse *om. Hm1, s. l.* alio non esse *m2* 8 *secund.* sedet *om. CEGR* 9 enim *om. CEGLPm1 (s. l.* autem *m2) R* sessione *G* 10 mobilitatem *CEGLm1P* mobilitate *N* cum stat *in* constat *mut. ERm2* 13 actu *om. EG* 14 neque *CL* ad *om. E* animal *G* animalis quidem *L* 16 spiritum] speciem *CHR* genus et] *ELm2NP* et genus et *H* genus *CGLm1R* 17 non habet quidem—potestate] habet quidem potestate sed non habet (habet *om. C) actu CEm2P* habet quidem actu sed non habet potestate *Em1G* 18 consideretur] quis *(s. l.)* consideret *E* 19 autem] enim *R* reducat *E* 20 distributim] *HLm2PRm2* distributum *CN* distribute *EGLm1* distributam *Rm1* atque—contrarium] atque in species separatum (separatim *H)* ut nihil possit esse (euenire *H)* contrarium *CHN, add. locum* atque ut eius—contrarium *C* nihil] et nihil *G* 21 si ipsum genus *HN*

deretur, differentiis caret; quod si ad species referatur, per distributas species uel in partibus suis contraria retinebit, atque ita nec ex nihilo uenerunt differentiae quas genus retinet potestate nec utraque contraria in eodem sunt, cum contrarias differentias in eo quod dicitur genus, actu non habet. inpossibilitas enim eius propositionis quae dicit contraria in eodem esse non posse, in eo consistit quod contraria actu in eodem esse non possunt. nam potestate et non actu duo contraria in eodem esse nihil impedit. quae uero nos contraria diximus, Porphyrius opposita nuncupauit. est enim genus contrarii oppositum; omnia enim contraria, si sibimet ipsis considerantur, opposita sunt.

10. Definiunt autem eam et hoc modo: differentia est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quale sit praedicatur; rationale enim et mortale de homine|praedicatum in eo quod quale quiddam est p. 88
homo dicitur, sed non in eo quod quid est. quid est enim homo interrogatis nobis conueniens est dicere animal, quale autem animal inquisiti, quoniam rationale et mortale est, conuenienter adsignabimus.

Tres sunt interrogationes ad quas genus, species, differentia, proprium atque accidens respondetur, haec autem sunt: quid

13—20] Porph. p. 11, 7—12 (Boeth. p. 37, 6—12).

1 species] differentias *H* 2 uel *om. Lm1* uelut *HLm2* 5 in eo] id *HN* quot *E* 7 actu *ante* contraria *H, post* eodem *CLN* in eodem esse—in eodem *om. EG* 8 *post* non possunt *add.* quantum ad genus potestate solum. quantum ad species actu et potestate *Rm2* 9 nil *L* contraria nos *C* 11 si *om. HN, s. l. Cm2* si in semet *Lm2P* considerentur *CLm2* 12 sunt *om. HN* 13 autem *om. H* enim *C* et *om. CEGHNPΣ, ante* eam *Δ; Porph. p. 11, 7* καὶ οὕτως 14 quae *EP* de *om. C* et *om. CEGLR; Porph.* καί; *cf. infra p. 267, 1* 15 rationale—animal *(19)*] *RΩ, om. cett.* 16 praedicatur *Γa.c.Δm1* quiddam *om. ΓΦ* 18 homo *om. RΔΦ, s. l.* scil. homo *Λm2; Porph. p.11, 10* ὁ ἄνθρωπος 19 *post post.* animal *add.* sit *C, ante EG* inquisiti] *Porph. p. 11, 11* πυνθανομένων 20 et *om. CEGLR; Porph. p. 11, 12* καί est *om. HNR, s. l: Σm2* assignauimus *E* assignamus *G* 22 hae *Hp.r.LR edd.* heedem *P*

sit, quale sit, quomodo se habeat. nam si quis interroget: quid est Socrates? responderi per genus ac speciem conuenit aut animal aut homo. si quis quomodo se habeat Socrates interroget, iure accidens respondebitur, id est aut sedet aut legit aut cetera. si quis uero qualis sit Socrates interroget, aut differentia aut proprium aut accidens respondebitur, id est uel rationalis uel risibilis uel caluus. sed in proprio quidem illa est obseruatio, quod illud proprium dici potest quod de una specie praedicatur, accidens uero tale est quod qualitatem designet quae non substantiam significet, differentia uero talis est quae substantiam demonstret. interrogati igitur qualis una quaeque res sit, si uolumus reddere substantiae qualitatem, differentiam praedicamus. quae differentia numquam de una tantum specie praedicatur, ut mortale uel rationale, sed de pluribus. quod igitur de pluribus speciebus inter se differentibus praedicatur ad eam interrogationem, quae quale sit id de quo quaeritur interrogat, ea est differentia cuius talem posuit definitionem: d i f f e r e n t i a e s t q u o d d e p l u r i b u s

1 se *om. G, s. l. E* habet *CEGLR* 2 per *om. H* ac *N* 3 *pr.* aut] ut *CHm1N* *post.* aut] ut *Hm1N* habet *R, post* habeat *del.* se habet *G* 4 iure—legit] differentia aut legit *G* aut differentiam *ut *(a er.)* legit *E* differentia respondetur *(*respondetur *etiam R)* id est aut sedet aut legit *Lm1* 5 aut] et *HLm1NP* quale *H* 6 proprio aut accidenti *EGR* respondebitur] *CLm2P* respondebit *EGR* respondetur *HLm1N* 7 *pr.* uel *om. LN* uel risibilis uel caluus] *Lm1 edd.* uel mortalis uel caluus *CHLm2N* uel mortalis uel alicuius *EGR* uel mortalis uel saluus uel caluus *Pm1* uel mortalis uel risibilis uel caluus *m2* 10 quae non—demonstret] Differentia uero talis est *(haec om. L)* quae *(*que *ELm1* atque *m2)* non substantiam significet *(*-cat *Lm1, add. m1* Differentia uero talis est quae substantiam significat*, del. m2).* Differentia uero talis est quae *(*non *add., sed del. E)* substantiam demonstret *(*-at *Lm1) EGL* *post* significet *in mg.* Proprium uero est quod non substanciam significat *H* 11 quae] quia *R* demonstrat *CLm1* interroganti *R (ex* -tis*)* quale *R* 12 constantiae *G* 13 numquam] non *C* tantum de una *C* 14 sed *om. EG, s. l. Lm2* 15 quod] quodsi *R* 16 *ad* praedicatur *in mg.* respondetur *E* 18 pluribus—differentibus] *cf. p. 265, 14*

specie differentibus in eo quod quale sit praedicatur; cuius definitionis causam rationemque pertractans ait:

11. Rebus enim ex materia et forma constantibus uel ad similitudinem materiae et formae constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est aeris, forma autem figura, sic et homo communis et specialis ex materia quidem similiter consistit genere, ex forma autem differentia, totum autem hoc animal rationale mortale homo est, quemadmodum illic statua.

Dixit superius differentias esse quae in qualitate speciei praedicarentur, nunc autem causas exequitur, cur speciei qualitas differentia sit. omnes, inquit, res uel ex materia formaque consistunt uel ad similitudinem materiae atque formae substantiam sortiuntur. ex materia quidem formaque subsistunt

3—10] Porph. p. 11, 12—17 (Boeth. p. 37, 12—17).

1 *post* quale *add.* quid *Lm2 (in ras.) E (sed er.) Rm1, del. m2, add.* quid *post* sit *s. l. Hm2* 4 *post* similitudinem *add.* proportionemque *LNRΩ (in mg.* nempe communionem Γ*); om. Porph. p. 11, 13* et] ac ΓΔΠΨ, *om. LΛΣΦ* formae] Δ*m2*ΠΨ speciei *CEGHNPRΔm1* specieique *LΛΣΦ* formae speciei *cr. uid.* Γ; *cf. Porph. et infra 13 ss.* 5 quemadmodum—differentia *(8)*] *LRΩ, om. cett.* *post* materia *add.* quidem *edd., recte ut uid.; Porph. p. 11, 14* μέν 6 aeris] et *(s. l. m2)* aere *(in ras. m2)* Ψ forma] ex *(in al. litt.* Ψ*m2)* forma *LΨbrm Busse; Porph.* εἴδους *post* figura *haec* Proportionale autem *(*enim Φ*)* dicitur *(*est Σ*)* quod proportionem omnium specierum teneat *(*tenet Σ*)* id est communionem omnium partium uel *(*et Γ*)* specierum quae diuidi *(*diuidendo *RΔm1* diuidendae ΓΔ*m2*Π*m1*ΣΦ*)* ex ea *(*eo *LΣ)* contingunt *(*contingant *R)* per *(del.* Σ*)* differentiam *(*differentiarum figuras ΓΠ*m2* differentiam figuras Δ*) add. LRΓm1Δm1ΛΠΣΦ, om.* Ψ, *del.* Γ*m2*Δ*m2* 7 similiter] *Busse* similiter proportionaliter *LRΛΠm1* similiter proportionaliterque ΓΔΠ*m2*ΦΨ*p* proportionaliter Σ*brm; cf. Porph. p. 11, 15* 8 *ante* genere *add.* in Γ*m2 (*ex *m1) LΣ* toto *Ga.c.* 9 ratione *E* *ante* mortale *add.* et *CEGHLPR, om. NΩ cum Porph. p. 11, 16* homo est *om. N, ex* homine Δ*m2* 11 differentiam *HN* 12 praedicaretur *HN* causis *Em1* *post* cur *add.* autem *Hm1, del. m2* qualitas speciei *H* 13 omnis *ELm2N* uel *om. EGR* 14 consistit *Ea.c.HLm2* subsistit *N* 15 sortitur *HLm2N* ex *om. CEGR* formaque] et forma *P*

omnia quaecumque sunt corporalia; nisi enim sit subiectum corpus quod suscipiat formam, nihil omnino esse potest. si enim lapides non fuissent, muri parietesque non essent, si lignum non fuisset, omnino nec mensa quidem, quae ex ligni materia est, esse potuisset. igitur supposita materia ac praeiacente cum in ipsam figura superuenerit, fit quaelibet illa res corporea ex materia formaque subsistens, ut Achillis statua ex aeris materia et ipsius Achillis figura perficitur. atque ea quidem quae corporea sunt, manifestum est ex materia formaque subsistere, ea uero quae sunt incorporalia, ad similitudinem materiae atque formae habent suppositas priores antiquioresque naturas, super quas differentiae uenientes efficiunt aliquid quod eodem modo sicut corpus tamquam ex materia ac figura consistere uideatur, ut in genere ac specie additis generi differentiis species effecta est. ut igitur est in Achillis statua aes quidem materia, forma uero Achillis qualitas et quaedam figura, ex quibus efficitur Achillis statua, quae subiecta sensibus capitur, ita etiam in specie, quod est homo, materia quidem eius genus est, quod est animal, cui superueniens qualitas rationalis animal rationale, id est speciem fecit. igitur speciei materia quaedam est genus, forma uero et quasi qualitas differentia. quod est igitur in statua aes, hoc est in specie genus, quod in statua figura conformans, id in specie differentia, quod in statua ipsa statua, quae ex aere

2 potest] putem *G* putemus *R* 4 nec *om. Gm1* ne *EGm2L* 5 materia est] fit materia *HNP* *ante* igitur *add.* si *E, sed del.* 6 in *om. R* ipsa *ER* figuram *Hm1La.r.* peruenerit *HN* 9 corporalia *HNP* ex *om. C* 11 prioris *Em1G* 12 antiquiorisque *G* 13 tamquam *om. CLP, del. Hm2* ex] ea *GL (in ras. m2) R* 14 materia ac figura] *brm* materia *(in ras. Lm2)* forma ac figura *(*ac figura *del. Lm2) LP* forma ac figura *CEGHRp* figura ac forma *N* 15 generi] generis *EG* 16 aes—statua *(17) om. N* materiae *G* 17 et quaedam—statua] *CH, om. Lm1 (in mg.* et quaedam figura *m2) P* statua *(cet. om.) EGR* 18 quod] quae *edd.* 22 et *om. EGR, s. l. Lm2* qualitatis *R* igitur est *(*est *s. l. Pm2) HNP* 23 figura] forma *N* 24 *post* quod *add.* est igitur *Pm2*

figuraque conformatur, id in specie ipsa species, quae ex genere differentiaque coniungitur. quodsi materia quidem speciei genus est, forma autem differentia, omnis uero forma qualitas est, iure omnis differentia qualitas appellatur. quae cum ita sint, iure in eo quod quale sit interrogantibus respondetur.

12. Describunt autem huiusmodi differentias et hoc modo: differentia est quod|aptum natum est diuidere p. 89 quae sub eodem sunt genere; rationale enim et inrationale hominem et equum, quae sub eodem sunt genere, quod est animal, diuidunt.

Haec quidem definitio cum sit usitata atque ante oculos exposita, eam tamen plenius dilucideque declarauit. omnes enim differentiae idcirco differentiae nuncupantur, quia species a se differre faciunt, quas unum genus includit, ut homo atque equus propriis discrepant differentiis; nam sicut homo animal est, ita etiam equus, ergo secundum genus nullo modo distant.

6—10] Porph. p. 11, 18—20 (Boeth. p. 37, 18—38, 1).

1 formatur *CHNP* 2 quidem] quaedam *CHLm2PR* 3 autem] uero *N* uero] ergo *Lm1* autem *N* qualitas] *HNPm1* qualis *CEGLR* uel qualis *s. l. Pm2* 5 *ante* respondetur *excidisse* differentia *coni. Brandt* 6 *post* autem *add.* et *L (del.) R; Porph. p. 11, 18 post* δὲ *add.* καί *cod. B* differentias] *Em2GHPm1Ψ* differentiam *CLPm2* ΓΔΛΠΣΦ differentia *Em1NR; Porph.* τὰς τοιαύτας διαφοράς et] *LPRΩ, om. cett.; Porph.* καὶ οὕτως 7 qua *CG* actum *R* natum] *HL (del. m2)* ΓΔΛΠΦΨ, *om. cett.; Porph. p. 11, 19* πεφυκός; *cf. infra p. 272, 5—9. 275, 12* 8 *ante* quae *add.* ea ΓΣ, *s. l.* Δ*m2, del. m. al.,* illa *s. l.* Λ*m2* genere sunt *L*ΛΨ rationale—sunt genere *om. EG* 9 et equum] equumque *C* 10 diuidit *L* 11 cum—oculos *in mg. E* sit usitata] sita sit situr *(sic) Em1* ita sit *m2* situ sit sita *G* ante *om. HNR, s. l. Lm2* oculis *HN* 12 *post* exposita *add.* superius *R* ea *GNR* plenius dilucideque declarauit] (claruit *Em1Gm1) CEm2Gm2* plenius dilucideque declarauit *L* plenius lucidiusque declarauit *Hm2* plenius dilucidiusque claruit *R* exempli insuper luce declarauit *(ex* declaruit *N) NP* plenius dilucideque exempli insuper luce declarauit *Hm1* exempli insuper luce reserauit *edd.* 13 species a se differre] specie *(ex* specierum, *sequ. rasura)* differentiam *E* species in aere differentiam *G* species a se differentiae *Lm1* 14 a] ad *R* concludit *N* 15 nam *in ras. Lm2* sed *EG*

quae igitur secundum genus minime discrepant, ea differentiis distribuuntur. additum enim rationale quidem homini, inrationale uero equo equus atque homo, quae sub eodem fuerant genere, distribuuntur et discrepant, additis scilicet differentiis.

13. Adsignant autem etiam hoc modo: differentia est qua differunt a se singula; nam secundum genus non differunt. sumus enim mortalia animalia et nos et inrationabilia, sed additum rationabile separauit nos ab illis, et rationabiles sumus et nos et dii, sed mortale adpositum disiunxit nos ab illis.

Vitiosa ratione et non sana quod uult explicat definitio quorundam. id enim esse dicunt differentiam qua una quaeque res ab alia distet. in qua definitione nihil interest quod ita dixit an ita concluserit: differentia est id quod est differentia. etenim differentiae nomine in eiusdem differentiae usus est

5—10] Porph. p. 11, 21—12, 1 (Boeth. p. 38, 1—5).

2 describuntur *EG* 3 *post* equo *distinguunt edd.*, '*post* equus *expectatur* igitur' *Schepps,* additum *eqs. nominatiuum absolut. (cf. indicem Meiseri) interpretatur Brandt* qui *Lm2P* 5 autem *om.* Δ, *del. Lm2Δm2* etiam *om. H* etiam et Δ eam et *NΣ*; *Porph. p. 11, 21* δὲ καί 6 qua] *Porph.* διαφορά ἐστιν ὅτῳ διαφέρει ἕκαστα; '*an* quo?' *Busse, sed cf. infra p. 271, 1. 7. 18. 272, 17.* 6 nam—ab illis *(9)*] *LRΩ, om. cett.* *post* nam *add.* homo et equus *cum Porph. edd. (cf. etiam infra p. 271, 9. 12, sed etiam supra p. 269, 9), etiam Bussio* homo atque equus *addendum uid.* 7 enim] autem Γ 8 inrationalia *(uel* irr-*) R*ΓΠ *(in ras.)* ΣΨ, *ras. ex* -bilia Δ sed—illis *(9) om. R* rationabile] Δ*p.r.*Λ rationale Δ*a.r. et cett.* separauit] disiunxit ΓΦ 9 et] *CHP, s. l. er. uid.* Δ, *om. cett.* rationabiles] *L*Δ*m1*Σ rationale *CP* rationales *cett., add.* enim *EGH*ΛΠΦΨ; *codd. Porph. aut* λογικοί *aut* λογικά sumus *om. CEGHP; Porph.* ἐσμέν et nos *om. E* et *om. N* di *C* dei *ut uid.* Σ sed—ab illis *om. EG* 11 *ante* Vitiosa *in ras.* Haec *E* ratione] *L edd., om. cett. (recte?), in ras.* est *E* et *om. G* sane *E (in ras.) NP* explicans *HNP* non *(s. l. m2)* explicat *L* 12 id] *cf. p. 263, 10* 13 aliis *R* distat *HN* differt *P* 14 dixerit *Lm2P* an] utrum *R* concluderit *L* concludat *EGR* id quod est *om. E* *ante* differentia *add.* ipsa *ER* differentia *om. G* 15 etenim *om. EGR* differentiae nomine] qua differt una res ab alia. id est id quod est differentia est differentia. Differentiae nomine *(*id est—nomine *in ras. m2) E* in—definitione] usus in eius diffinitione *N*

definitione dicens: *differentia est qua differunt a se singula.* quodsi adhuc differentia nescitur, nisi definitione clarescat, differre quoque quid sit qui poterimus agnoscere? ita nihil amplius attulit ad agnitionem qui differentiae nomine in eiusdem usus est definitione. est autem communis et uaga nec includens substantiales differentias, sed quaslibet etiam accidentes hoc modo: *differentia est qua a se differunt singula;* quae enim genere eadem sunt, differentia discrepant, ut cum homo atque equus idem sint in animalis genere, quoniam utraque sunt animalia, differunt tamen differentia rationali, et cum dii atque homines sub rationalitate sint positi, differunt mortalitate. rationale igitur hominis ad equum differentia est, mortale hominis ad deum, atque hoc quidem modo substantiales differentiae colliguntur. quodsi Socrates sedeat, Plato uero ambulet, erit differentia ambulatio uel sessio, quae substantialis non est. namque istam quoque differentiam definitio uidetur includere, cum dicit: *differentia est qua differunt singula;* quocumque enim Socrates a Platone distiterit — nullo autem alio distare nisi accidentibus potest —, id erit differentia secundum superioris terminum definitionis. quam rem scilicet uiderunt etiam hi qui definitionis huius uagum communemque finem reprehendentes certae conclusionis terminum subiecerunt.

2 nesciatur *Lm2 (*non noscitur *m1) P* definitione] in definitione *N* 3 qui] *LN* quomodo *CEGPR* qui* *(*d *er.) H* possemus *EG* possimus *R* 4 ita *om. EGR* cognitionem *NPm2, post* agnitionem *add.* a cogitatione *Hm1, del. m2, s. l.* uel cognitione *m2, del. m. al.* 5 et *om. EG* 7 accidentales *Lm2Pm2* 9 sunt *EGHLm1R* in *om. GNR* 11 et *om. EGR* rationabilitate *CGLm1* rationale *N* sunt *CEGLm1R* 12 positi] post *EG* *post* differunt *add.* tamen *L* rationabile *L* 13 est *om. C* 15 ambulatio uel *om. EG, s. l. Lm2* 16 nam *HLm1* ista *E* 18 quo *EGHm1* *post* differunt *add.* a se *R* cumque *EG* quoque *Rm1* quocumque modo *P* *post* enim *s. l.* modo *Lm2* 19 destiterit *CEm1HPRm2* distauerit *m1* *post* alio *s. l.* modo *Em2* accidentibus] ex accidentibus *P*

14. Interius autem perscrutantes de differentia dicunt, non quodlibet eorum quae sub eodem sunt genere diuidentium esse differentiam, sed quod ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est; neque enim quod aptum natum est nauigare erit hominis differentia, etsi proprium sit hominis. dicimus enim 'animalium haec quidem apta nata sunt ad nauigandum, illa uero minime', diuidentes ab aliis, sed aptum natum esse ad nauigandum non erat completiuum substantiae nec eius pars, sed aptitudo quaedam eius est, idcirco, quoniam non est talis quales sunt quae specificae dicuntur differentiae. erunt igitur specificae differentiae quaecumque alteram faciunt speciem et quaecumque in eo quod quale est accipiuntur. — Et de differentiis quidem ista sufficiunt.

Sensus propositionis huiusmodi est. quoniam superius dixit determinasse quosdam differentiam esse qua a se singula dis-
p. 90 creparent, ait alios diligentius de differentia | perscrutantes non

1—15] Porph. p. 12, 1—11 (Boeth. p. 38, 6—17).

1 perscrutantes] *EGHP* perscrutantes et speculantes *cett.; Porph. p. 12, 1* προσεξεργαζόμενοι de differentia] *CH (linea del., sed lin. er.)* Σ differentiam *cett. edd. Busse; Porph. p. 12, 1* τὰ περὶ τῆς διαφορᾶς 2 non] non solum *R* quodlibet] quod habet *ELm1Δm1Λ, post* quodlibet *er.* habet Σ 3 diuidentium esse *om.* Λ, *s. l. Lm2* sed quod—dicuntur differentiae *(12)*] *LRΩ, om. cett.* 5 aptum] actu *R* natum *om. LR; Porph. p. 12, 4* τὸ πεφυκέναι πλεῖν 6 dicimus] *Porph. p. 12, 5* εἴποιμεν γὰρ ἄν, *unde* dicemus *coni. Brandt, cf. supra p. 230, 18. 19; infra 12* erunt εἶεν ἄν; *p. 234, 16. (*erit*). 17. 235, 2 (*erunt*)* 7 animalia Λ acta *Rm1* nata *om. LR* 8 aliis] illis Λ 9 actum *Rm1* natum *om. R* est *R* erit *Δm2* 10 neque *Busse* 11 est *om. R* quoniam *om. LR* 12 quae *om.* Φ igitur] ergo *L* 13 alteram—quaecumque *om. H* 14 et] ea *EG* quale *in er.* quid *ut uid. Hm2* quid *EG* *post* est *add.* esse *EG* accipiunt *EG* 15 Et—sufficiunt *om. N* Et *om. CEGP; Porph. 12, 11* Καί de *om. EGΛ* differentiis] *Porph.* περὶ μὲν διαφορᾶς quidem *om. H* sufficiant *CLΔm2; Porph.* ἀρκεῖ 18 alios] ilico *EGLa.c.* ilico alios *P* de differentia] differentiam *CLm1P*

fuisse arbitratos recte esse superius propositam definitionem. neque enim omnia quaecumque sub eodem posita genere differre faciunt, differentiae hae de quibus nunc tractatur, id est specificae, numerari queunt. plura enim sunt quae ita diuidunt species sub uno genere positas, ut tamen eorum substantiam minime conforment, quia non uidentur esse differentiae specificae nisi illae tantum quae ad id quod est esse proficiunt et quae in definitionis alicuius parte ponuntur. hae autem sunt ut rationale hominis. nam et substantiam hominis conformat et ad esse hominis proficit et definitionis eius pars est. ergo nisi ad id quod est esse conducit et eius quod est esse rei pars sit, specifica differentia nullo modo poterit nuncupari. quid est autem esse rei? nihil est aliud nisi definitio. uni cuique enim rei interrogatae 'quid est?' si quis quod est esse monstrare uoluerit, definitionem dicit. ergo si qua definitionis pars fuerit, eius erit pars quae unius cuiusque rei quid esse sit designet. definitio est quidem quae quid una quaeque res

